CATVLLI VERONENSIS LIBER

ELLIS

London

HENRY FROWDE

OXFORD UNIVERSITY PRESS WAREHOUSE

7 PATERNOSTER ROW

CATVLLI VERONENSIS LIBER

ITERVM RECOGNOVIT

APPARATVM CRITICVM PROLEGOMENA APPENDICES

ADDIDIT

R. ELLIS

COLLEGII TRINITATIS APVD OXONIENSES SOCIVS

Oxonii

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

M DCCC LXXVIII

PRAEFATIO.

QVOD anno demum 1878 prodit haec noua Catulli editio, cum iam quattuor ante annos postulata fuerit, multae sunt causae; sed nihil me magis impediit ad haec festinantem quam commentarii cura, quem diu ac diligenter conscriptum anno 1876 uulgaui. Is liber quanto labore mihi constiterit, non fugiet legentes, saltem si cum commentariis compararint quos ad id usque tempus contenti euoluebamus. Quaecumque enim mihi a pueritia semper in his studiis uersato, inde autem ab anno 1859 operam in Catullo praecipue ponenti, occurrebant quae lucem possent poetae offundere, haec in ordinem redigere non leuis curae fuit. Itaque nemo mirabitur me commentario detentum ad alteram curam textus recensendi tardius nec nonnisi per interualla rediisse. Etsi enim uulgatis Behrensii Analectis Catullianis (1874) Prolegomena mea iterum retractare coeperam, eaque pars huius libri cum carminibus I–XXX insequente anno impressa est, ulterius progredi religionem habui donec interpretationem carminum non absoluissem modo sed etiam publice edidissem.

Quod ego primus in editione anni 1867 feceram ut codicem Canonicianum 30 (*O*) integrum exhiberem, neglexit id Lucianus Muellerus, qui in praefatione editionis suae (1870) nihil sibi adfuisse dixerit instrumenti critici nisi quod Schwabii diligentia comparasset, idemque ex Germanensi Laurentiano Colbertino Datano multa, ex Canoniciano nihil excerpserit. Huius discipulus Behrensius, magistro suo nequaquam par arte metrica, sagax crisi codicum, comparatis quae in *GO* caeterisque a me exhibitis

codicibus legebantur, postquam intellexit *G* et *O*, quotiens a caete discreparent, mire inter se conspirare, in eam sententiam inci ut duobus illis, utpote saeculo XIV scriptis, omnia tribueret, a fidem demeret, cum post annum 1400 transcripti Italorum int polationes experti passim uiderentur. Itaque omissis praeter (omnibus Catulli carmina ex duobus his pendere arbitratus e nimirum *O* unum solumque librum esse qui omni a parte ab int polationis labe immunis sit: Germanensem autem fontem omnium (post annum 1400 scripti extent. Haec Behrensius Analectis Cat lianis proposuit, nec multo post iterum collatos *GO* totos exhibuit ex his solis textum Catulli restituere conatus est. Qui quanqu gloriosius de se de me iniquius locutus est, uidit tamen quod al fefellerat, in Catulliana crisi summam auctoritatem esse Canonici codicis, nec ad emendandum quenquam quidquam profecturum, r hunc librum diligentissime examinasset. Nam, quae est uis inue ratae consuetudinis, ne Hauptio quidem, quanquam Catullianae poe peritissimo et omnia perscrutanti unde posset ea expolitior euade illud satis placere poterat, ut ab Anglo protraheretur codex (Lachmannum fugisset, esset autem Lachmannianis sincerior. Nec ego is eram qui editum semel codicem arrogantius uenditarem: nec adeo inuento meo delectabar ut non etiam aliis codicibus preti suum attribuerem. Quos ne nunc quidem abicio, nec si Behrens Canoniciano primus Germanorum pretium suum posuit, idcirco r etiam idem uehementer errauit. Quod enim credidit ex Germane (*G*) omnes quot supersint libros manuscriptos praeter *O* profluxi nulli id credo persuasurus est. Atqui nisi hoc euicerit, cadit simpl tatis iactatio tanquam duobus tantum libris usus reliquorum farrag supersederit. Non hic agitur de libris saeculo IX uel X scrip quales sunt Lucretii duo Leidenses Lachmanniani: quanquam ne Lucretio quidem inutilis fuit recentiorum codicum collatio. Cat nullus liber ante annum 1370 scriptus uidetur extare: inter quem ann et 1400 scripti sunt et *G* et *O*. Atqui codex ille unde hi ducti s repertus est circa 1300: contra anno 1411 Bononiensis exaratus nec multo post hunc Laurentianus ille quem in hac editione signaui. Itaque si inter repertum illum principalem codicem et r trorum antiquissimos *GO* septuaginta sunt anni, inter *GO* et Bon

ensem uiginti tantum uel triginta, non uideo cur *GO* tanquam unice sinceri habendi sint, Bononiensis cumque eo Laurentianus tanquam interpolati abiciantur. Neque enim recte illud adseuerat Behrensius doctos Italos saeculi XV corrigendi libidine omnia, dum sanant, corrupisse; codices eius temporis si forte careant interpolationibus extra Italiam exaratos: contra ante id tempus religionem fuisse quicquam inferre quod emendationis esset. Simplicior ista discretio, non uerior. Ego illud pro uirili adfirmarim: extare non paucos codices saeculi XV, praecipue inter 1400–1430, qui interpolatoris manum non experti sint: non deesse quae etiam saec. XIV interpolata uideantur: uix satis temperanter rem in lubrico sitam tractari tanquam secura sit[1]. Ecquis erit qui Lachmannum credat uirum ingenio acutissimum, studiis atque omni doctrina instructissimum, sententiam quam de Datano ac Santeniano tulerit, etiam post inuentos *G* et *O* ita fuisse mutaturum ut interpolatos illos, sinceros hos ex omnibus solos iudicauerit? Aut ego fallor aut ad ueram Catulli crisin libris post 1400 scriptis non erit supersedendum.

In uniuersum illud de Behrensio iudico, festinantius locutum. Velut de Datano quae edixit non modo falsa mihi uidentur, sed ita falsa ut periculo sint incaute accipientibus. Esto enim ut interpolatione non careat: concedatur id quod nequaquam demonstratum est, librarium antiquam scripturam consulto adhibuisse ut antiquitatis speciem fucatae adiceret, non ut exemplar, quod describebat, quam fidissime imitaretur: non tamen idcirco credas tot Datani lectiones aut singulares aut in Riccardiano tantum et nostro *a* simul inuentas ex mero arbitrio scribae prouenisse, siue consulto pristinam speciem reuocantis, siue quod socordia fuerit indiligentior. Dic mihi, 'ista nouas lectiones procreandi libido' ecqua tandem est? Ego multa correcta a scribis, nonnulla interpolata, pauca etiam conficta inueni: nullum noui codicem qui ut falsam induceret speciem uetustatis, non solum scriptura ueteri sed uerbis etiam in medii aeui barbariem immutatis corruptus sit. Qua quidem in re ipse se Behrensius coarguit: dicit enim saec. XV fidem demi quia uitiatum sit emendationibus doctorum;

[1] 'Illud secure possis adfirmare nullum illius temporis codicem (dicit saec. xv) plane carere Italorum interpolationibus.' Behrensius, Proleg. p. xii.

atqui aliud, opinor, est emendare, aliud quaesitam barbariem induce: Quid? Lachmannumne putabis cumque eo Hauptium Froehneru Schwabium, tot uiros tam solertes cautos diligentes nihil huiusmodi ‹ Datano odoraturos fuisse?

Neque uero illud uerum est quod idem Behrensius dixit (Prolegoı p. xxx) post a. 1375 latuisse Catulli librum donec a. 1425 'repertı pessimeque acceptus in manus hominum' rursus uenerit (Andr. Schot in Obseru. Human. II. 16. p. 53). Nolo in Xichone Polenton morari cuius quae ex Catulli libro citantur in Vitis Scriptoruı Illustrium uix satis constat quo anno scripta fuerint: Antonio Becca dello Panormitae trita fuisse poetae carmina circa annos 1410–141¦ ipse testatur in Hermaphrodito, qui liber ut est totus ab imitatore natu: Catulli, ita epigrammate quodam diserte declarat lectitatum etiam ɛ mulieribus fuisse.

Multo magis a uero abhorrent quae Behrensius protulit Prolegom pp. xlv–li. Qui cum uideret uocabulorum qualia sunt *ocidere catulı sagitiferos saculus comendo comoda remite explicaset puelulam auelere sustolant flamati comunes uiolare* consonantes in Catulli codicibus saepe non geminari, archetypo hoc tribuit uitium: ueritus tamen ad ipsius poetae tempora id reuocare, Frontonianum nescio quem grammaticum imaginatus est, qui dum priscam orthographiam, non constanter semper seruatam in exemplaribus, archaismi studio abreptus uult reducere, complures formas atque adeo uocabula et coniecturas carminibus intulerit quae ab ipso poeta alienae essent. Hoc enim demonstrare locos ex Catullo citatos si inter se comparentur quomodo ante Gellium et post hunc scripti sint: emendatius enim tradi quam in Catulli codicibus quae ante Gellium citentur, contra quae post hunc isdem uitiis laborare quibus Catulliani codices. Hoc ut demonstraret scriptores percensuit hosce.

1. Catal. III. 6 *Gener socerque perdidistis omnia*, ubi quod habet *Gener socerque*, non ut Catulli codices *Socer generque*, id uerum esse sequi ex Mart. IX. 70. 3, Minuc. Octau. 18. 6, Anth. L. I. 462 R.

2. Festus (h. e. Verrius Flaccus, unde sua Festus excerpsit) habet *suppernata* XVII. 19, *molli rabidus* LXIII. 38, *ploxeni* XCVII. 6 pro corruptis Catullianorum MSS. *superata, mollis rabidus, ploxomo* uel *ploxnio*.

3. Senecae patris LIII. 5 *salaputtium* pro eo quod habent Catulliani MSS. *salapantium*.

4. Caesii Bassi (quo, uelut ad communem metricorum fontem, omnia Behrensius reuocat quae in his reperiuntur), LII. 2 *struma* (*scrofa* Mar. Victorinus) *Nonius*, LXIII. 1 *Attis celeri*, LXIV. 1 *Peliaco* pro Catullianorum MSS. *Nouius*, *Actis celere*, *Pelliaco*.

5. Plini maioris apud Charisium, XXXV. 12 *inpotente amore* pro corrupto Catullianorum MSS. *impotentem amorem*.

6. Quintiliani, LXII. 45 *dum innupta manet dum cara suis est* pro eo quod habent plerique Catulli MSS. *dum intacta manet tum cara sui sed:* XCIII. 2 *albus an ater* pro corrupto *saluus an alter:* XCVII. 6 *ploxeni*.

7. Plini iunioris, XVI. 7. 8 *Qui tunc . . . si sunt*, pro *Qui tum . . . si sint*.

8. Capri apud Priscianum, XXXVII. 17, 18 *Celtiberosae Celtiberiae* pro Catullianorum MSS. *Cuniculosae Celtiberiae*.

Age, examinentur haec.

1. Romanos gener socerque potius quam socer generque dixisse ex aliis etiam liquet locis quos Behrensius non attulit e. g. Luc. I. 118, Flor. IV. 2. 13. Neque ideo tamen relinquendus est ordo quem tradunt Catulli codices. Nam in omni carmine XXIX primarium locum Caesar obtinet, 11 *imperator unice* 12 *Fuisti* 13 *Vt ista uostra* h. e. qua tu et Pompeius utimini 21 *fouetis* h. e. tu et Pompeius; post quae recte infertur *Socer generque*. Sed et Vergilius eundem sequitur ordinem Aen. VI. 830. (Munro, *Elucidations and Criticisms* p. 112.)

2. Incertissimum est quid in LIII. 5 Catullus scripserit. Sed ut concesserim recte salaputtium in Senecae libris scriptum tradi, corrupte salapātium quod uidetur habuisse fons Catullianorum codicum, non ideo sequitur salapātium ad Gelliana tempora reuocandum esse, salaputtium ad ea quae ante Gellium fuerunt.

3. (*a*) Metricos 'ex Caesio Basso omnes sua hausisse' nec Lachmannus putauit neque ullo modo pro certo potest haberi, cum libri de metris quem Victorinus Basso tribuit aut nulla iam pars aut manca tantum extet. (O. Hense de Iuba Artigrapho p. 64 sqq.)

(*b*) Si ex Basso metrici sua sumpserunt, unde factum est ut in Cat. LII. 2 scrofa ter Victorinus, struma Atilius Fortunatianus cum

Plinio ac Boetio scripserit? Certe eundem uersum ex eodem sump Caesio, debuerant isdem uerbis citare. · An Victorino potius dendum est, cum is aliter locum tradiderit ac Catulliani codices? enim omnes habent *struma*.

6. Cur ex Quintilianeis unam partem Behrensius amplexus cetera reiecit? Quintilianus enim legit *dum innupta manet du* Behrensius ex Catulli codicibus *dum intacta manet dum;* solt *tum* reiecit. Nimirum Quintilianus recte dum seruauit, cete memoria lapsus errauit. Quod quid est aliud quam fidem deme Quintiliano, codicibus addere Catulli? Atque ipsum illud du legitur in Bononiensi, ut in principali Veronensis codice esse potuer

7. Vnde Behrensius pronuntiat Plinium *Qui tunc* praue et memor lapsum, *Si sunt* recte scripsisse? Si in priore uersu errauit, cur i altero solus audiendus est? Manifestum est duplici modo uersu traditos fuisse: *Si sunt . . . possunt, Si sint . . . possint,* hin ortam quod habent Catulli codices *Si sint . . . possunt.* Et potes quidem uerum esse *sunt . . . possunt*: at non est adeo extra dubitationem positum, ut incorruptam aetatem solum prae se ferat, *sin . . . possint* ad deprauatum uocetur exemplar.

8. *Celtiberosae* uitio bis scriptum apud Priscianum non est cur Capro imputes. Nam is ut uersum in quo est *une* (XXXVII. 17) cum sequente in quo alter uocatiuus est *fili*, potuit coniunctim afferre, quo planius probaret id quod probaturus erat, ita priore solo uersu uti potuit. Sed ut ambos citauerit, ideone putabitur aut Celtiberosae aut Celtis perose, seu quid aliud docti alucinati sunt pro Cuniculosae legisse? Melius et Catullo et Capro credo consuluisse qui optimam lectionem seruarunt nec metro repugnantem nec carentem ui sua, *Celtiberosae* illud uel Prisciano imputant uel iis qui Priscianum transcripserunt.

Caetera quae Behrensius allegat *suppernata*, *molli rabidus*, *inpotente amore*, *albus an ater*, *ploxeni* melius sic legi quam quomodo in Catulli codicibus extant, quis negabit? sed quod corruptius tradita sunt in Catulli codicibus, hoc fit quod ex uno omnes fonte proueniunt, qui medii aeui barbariem multimodis expertus sit. An uere Behrensius sibi persuadebit omissam geminationem consonantium ad archaismi studiosos, non ad scribarum inscitiam referendum esse? Nihil opinor

tam magnum hinc sequitur. Non quo nulla nobis Veronensis ille codex tradiderit quae possint ad antiquitatem referri; uelut *ei phasellus pilleatus Furei mei* pro *mihi;* sed cautissime tantum ingrediendum est in lubrico, ne quod barbaries intulit, uetustati assignetur.

Sed instat Behrensius dicitque Catullum qualis a Gellio traditus est et post Gellium isdem uitiis laborare quae in nostris codicibus inueniuntur. Nihil hic dico de Gell. VI. 20. 6 de quo omnia incerta sunt. Sed XCII. 3 sic extat in Gellio *Quo signo quas in totidem ea,* in *O* sic *Quo signo quia sunt totidem ea.* Hinc quod *ea* pro *mea* in utrisque sit, 'id uitium iam tempore Gelliano insedisse' credit Behrensius. Ego quod excidit post *totidem* repetita littera *m* errori tribuo satis uulgato non Gellianorum, sed omnium temporum; quod *sint* apud Gellium est, non *sunt,* multo uerius mihi collecturus uideor aliter locum legisse Gellium, aliter qui codicem Veronensis exarauit. Sed nec in uerbis *alis equos* LXVI. 54 macula inest quam repetiuerit Hyginus, si modo repetiuit, P. A. II. 24 *hanc Berenicen nonnulli cum Callimacho dixerunt equos alere;* nec quae tradit scholiasta Bernensis ad G. IV. 289 (uide Prolegom. p. vii) satis certa emendatione nituntur: LXIV. 172 autem in quo tradendo consentiunt Macrobius et Catulli codices, uni Behrensio corruptus uidetur.

Haec si temerarie finxit, etiam intemperantius de me locutus est. Nam cum in tanta multitudine codicum quos exhibuit editio mea anni 1867 uix ac ne uix quidem abesse errores possent, Behrensius socordiae me arguit quod nonnulla ex *O* falso tradiderim. Inerantque sane uitia: quaedam neglexeram, nonnulla praecipue in priore parte carminum absens neque rursus inspecto codice impresseram; plura, ut minoris pretii, consulto praeterieram. Nonnunquam scripturae compendia quae in *O* sunt plurima neque eadem semper idem ualent aliter interpretatus sum ac nunc interpretor; in qua re ignoscet mihi qui sciet dubitasse etiam H. O. Coxium quem in dubiis locis interdum consului. Ne nunc quidem desunt quae incerta mihi quanquam saepius perpensa atque examinata uideantur; cuius rei exempla sunt *proferre* LXIV. 196, *praeram* (*praeeam posteam*) LXIV. 11, et saepius repetitum ħ (*haec*) quod uere Behrensius uidetur ab ħ (*hoc*) discreuisse. Sed impudentissime idem mentitur cum dicit fere nullam paginam editionis meae a falsis de *O* testimoniis

liberam esse. Nam a LXIV. 284 ad CXVI. 8 h. e. in octoginta I uiginti octo errata numeraui, et ex his ipsis parui multa ne. nullius momenti, e. g. *hesterno fines Lycaonia ali contempta flam* *esterno finis licaonia alli cotēpta flāma.* Sed lectorem morari i eis quae in hac noua editione emendata sunt: tantum dico eti Behrensii editione, quamuis praeter *O* unum *G* contulerit, omi *O* nonnulla, nonnulla falso etiam ubi me corrigebat, tradita fuisse subicio.

IV. 9. siniā *O, non ut Behr.* simā.
XII. 9. sui *O, non ut Behr.* sin.
XXII. 20. siuis *O, quod neglexit Behr.*
XXV. 2. moricula *O, non ut Behr.* moricilla.
12. inimica *O, non ut Behr.* iminica.
XXXI. 14. Ridere *O, non ut Behr.* Ridete.
XXXV. 17. docior *O, non* dotior.
XXXVI. 1, 20. *Bis hic errauit Behr.* Nam in 1 *O habet* su *non* suo uolusi, *in* 20 lusiụ *non* lusii.
XXXVII. 3. mentualas *O, non ut Behr.* mentuales.
12. quam (q̄) *pro* quantum *O, quod neglexit Behr.*
XXXVIII. 5, 7. alocucionis *O, non* alocutionis.
XXXIX. 16. risti *O, non ut Behr.* risu.
XLIII. 7. cōpantur *O, non ut Behr.* compaṇtur.
XLV. 1. septimios *O, non ut Behr.* septinnos.
21. septumius *uel* septunuus *O, non* septimuus.
XLVI. 1. equi noctialis *O, quod omisit Behr.*
L. 10. sōnos *O, non* somnos.
LIII. 5. ḍsertum *O.*
LVII. 9. puellullarum *O, non* puellularum.
LXI. 57. puelullam *O, non* puelulam.
62. Fāma *O, quod neglexit Behr.*
LXII. 29. uinxere *O, non* iunxere.
28. thiasis *O, non* thrasis.
49. magestates *O, non ut Behr.* magestatem: *eoden scriptum est* medullas LXVI. 23, C. 7.
68. minisꝭ *O, non* ministra.
87. bumida *O, quod neglexit Behr.*

LXIV. 33. oppl'etur *O*.
36. Grauinonisque *O*, *non* Graumonis.
62. *Pro* et magnis *habet O* ꝗmagnis.
86. conpexit *O*, *non* conspexit.
196. ꝑfére *O*, *quod sitne* proferre *an* proferere *dubito*.
229. secles *O*.
280. quodcumque (qcumqꝫ) *O*.

LXVI. 8. uertite *O*, *omisit Behr*.
14. exiuius *O*, *non* exuuiis.
62. eximie *O*, *non* exunie.

LXVIII. 21. Tum̃a *O*, *non* tu ĩia.
36. ima *an* una *incertum; abest certe linea qua i denotatur*.
116. Heb'2 *O*, *non* Heb2.
90. efflauo *O*, *non* esflauo.
115. uite *O*, *potius quam* uice.

LXXVI. 6. auicere *O*, *non* auiore.

XCVII. 8. cõmis *O*, *non* cõnus.

XCIX. 1. Iuuenti *potius mihi uisum est quam* Uiuenti.
10. saluua *O*.
14. ellebore *O*, *potius quam* elleboro.

CIII. 3. m̃imi *O*, *non* nũmi.

Ex his quaedam K. P. Schulzius occupauit; addiditque alia quae et me et Behrensium fefellerant (Hermes XIII. p. 50 sqq.)

Sed siquis mirabitur me tot codices etiam in hac editione adhibuisse, sciat me id consilio et diu perpensa re facere. Nam ut persuasum habeo errasse eum qui omnia in *GO* posuerit, ita quomodo id declararem non habui nisi prolato apparatu ampliore. Blandiatur ista simplicitas quibus breuia pro ueris, longa pro falsis habentur; nunquam ex me extorquebunt aut per *GO* solos ad principalem illum Veronensis rediri codicem, aut ex *G* caeteros praeter *O* omnes profluxisse, aut futilia esse ac uana quaecunque his discrepantia inueniantur. Qua in re Munroni me repugnare doleo; hic enim comparatis *G* et *O* Datanum cumque eo *a* impugnauit tanquam figmentis et interpolatione deformatos; meque arguit quod in commentario ad LXVII. 34 uerum suspicer esse quod est in *a* scriptum uice pro mee. Quid? Si

et *G* et *O* et uniuersi codices mee habent, solus *a* uice, idcircone corruptum hoc, illud unice uerum habebitur? Hoc ut euincas, statuendum erit Veronensis codicem (*V*) aut semel tantum aut eodem semper modo transcriptum fuisse. Quod nec per se ueri simile est nec condicioni superstitum librorum conuenit. Sed esto: fuerit semel tantum transcriptus *V*: at si ita exaratus est ut incertum relinqueretur mee an uice exhiberet, satis habes causae cur inueniatur hodie utraque lectio. Nam fluctuasse librarios et quae incerta erant modo ut potius credebant, scripsisse, modo apposuisse quod isdem litteris significari poterat, testis est ipse *O* in quo pauca tantum διττογραφούμενα reperiuntur. Sed multo ueri similius fuit *V* compluriens fuisse transcriptum; hinc cum ab alio mee legeretur, ab alio uice, inualuisse mee quod Verone conuenire existumaretur. Idem ualet in LXIV. 249. Vbi cum *G* habeat tamen p/aspectans, *O* tñ prospectans, caeteri tamen aspectans Munroni necessario legendum uidetur tum prospectans. Ego quod contra Behrensium olim dixeram, idem Munroni respondeo: non tantum praestare *GO* caeteris ut in quod hi duo conspirant, id pro certo habeatur; cum *O* possit annum 1400 attingere, Bononiensis 1411 exaratus uideatur. Quod igitur habet *B*, quod caeteri fere omnes, non statim reiciendum, cum praesertim langueat tum, contra exquisitum sit tamen atque adeo seruatum in uniuersis.

Dicendum est etiam de ea re quam ut mihi sic Schwabio et Behrensio idem obiecit. Nam in editione priore Lachmannum secutus non ausus sum libros ita deserere ut uerba arbitrio meo reformarem et ad Vergilianorum librorum orthographiam reuocarem. Fecit id quidem Lucianus Muellerus in editione sua, scribendo *elegantiusuest unumst notho's adlocutione inrigat ingenuos tuom inmineat paruolus flauos adsiduos* et similia, nec dubito placiturum me legentibus magis fuisse eadem licentia usum. Sed illud mihi proposueram non ut Catulli carmina ea scriptura ederem qua ipse poeta usurus fuerat, sed ut quamuis corruptorum librorum inhaerens uestigiis si quid uerae uetustatis supererat conseruarem, caetera sic traderem quomodo in eis inueni. Ergo quod XXIII. 1 Furei, LXI. (225) bonei uocatiuos, XXVIII. 15 Romulei, LXI. (199) Africei, LXIII. 91 Dindymei, LXV. 14 Itylei genetiuos, habent, non ideo sic scripsi

semper, ubi nihil eiusmodi traditum esset: nec quod LXVI. 27 adepta's XXXV. 23 solita's uere uidentur ex adeptus solitas es elici, tutum sum ratus 's 'st semper pro es est inferre; nec quod XXIII. 1 seruos, LXI. 54 nouos, LXII. (60) aequom, LXVI. 54 equos Catulli aetatem referunt, uo pro uu constanter admisi. Cuius rei singulare exemplum erit nomen Septimius, nam XLV. 1 Veronensis codex uidetur habuisse Septimios, 21 Septumius, 23 Septimio, quae omnia sic ut tradita sunt seruaui, cum incertus essem quid potius Catullus scripturus fuerit. Qua in re et Schwabius mecum et Behrensius faciunt: licet hic quidem dum et antiqua studet reducere nec libros tamen deserit, ea ex horum uestigiis conatus est eruere quae nullo modo inesse potuerint. Velut ex *dii* LIII. 5 *dei* elicuit, ex *abiit adiit*, LXI. 192, LXIII. 74, *abeit adeit*, ex *silices sororum* LXIII. 5, LXIV. 290 *silicei sororei*, ex *proruit* LXXXVIII. 2 *prorit*, ex *scis* LXXVIII. 10 *seis* (atqui XXIX. 19 *sit scit* inter se confunduntur, idemque saepius notaui), ex *et* LIII. 1, LXI. 210 *ec*, quod si Lucilio uix satis tute illatum est, multo minus Catulli carminibus conuenit. Neque ex codicibus satis apparet cur *set domna domnia* idem intulerit; cum *sed* habeat etiam Thuanaeus LXII. (51), *domina* LXIII. 91 non magis metro repugnet quam *ubi capita* 23, *ibi maria* 48, *ego uiridis* 70; *domnia* autem quod coniecit pro *dum omnia* CXIV. 5 nulla probabili nec sensus nec prosodiae ratione nitatur. Haec ego ut nimis temere admissa arbitror, ita quaedam ipse in editione anni 1867 ad antiquum genus scribendi reuocaueram, ut LXVI. 14 *absumptei* ex *assumpta*, CXVI. 7 *amictei* ex *amicta*, XXII. 8 *derecta*, XXX. 6 *dice* ex *dico*, L. 1, 8 *Lucini* quod est in Datano, *haec* pro *hae* LXIV. 320, *mei* pro *mi* LXXII. 6, *sei* pro *seu* LXXVI. 21, *dolorei 'st* XCVI. 5 pro *dolorest*, XVII. 3, *acsuleis* pro *ac sulcis*, *sompno harena* LXIV. 57, 58. Haec et quaecumque erant huiusmodi cautius nec nisi praeeuntibus libris scripseram. Ne Lachmannus quidem, credo, si Catullum suum ex *GO* edidisset, ita scripturae rationem mutaturus fuerat ut ex tenuioribus horum uestigiis Catulli manum ubiuis repraesentare conaretur. Itaque si cum Lachmanno Hauptio Schwabio Behrensio *nequicquam* constanter scripsi, feci id monentibus non *GO* solum sed omnibus libris quos contuleram: sed securius feci quia intellexi non malis auctoribus niti sic scriptum, quamuis post

Ritschelium nequiquam praeualuerit. Nam codex Mediceus Vergili non raro nequicquam habet a manu prima, et sic scriptum est aliquotiens in Palatino. Quod ideo monendum duxi ne quis barbaras uocabulorum formas me putet reliquisse; uere enim possum profiteri nihil me semper antiquius habuisse quam ut eiusmodi scabritiem fugerem quam longissime.

Fecit iniuria temporis ut quae prima Catulli carminum saeculo XIV facta uidetur mentio ab alio in lucem protracta sit, non ab eo qui primus repperit, Ingramo Bywater. Is enim, ut est uir immensi studii et omnis antiquitatis scrutator acerrimus, locos Hieremiae Iudicis de Montagnone quattuor quos in Proleg. p. X attuli iam anno 1870 mihi indicauit; cuius usus indicio ipse reliquos tres in Museo Britannico inueni. Hos postea Rudolfus Peiperus indagauit ediditque anno 1875, unde in Behrensii editionem peruenerunt. Sed nostri saeculi erat plura eiusmodi inquirere: quod in Catullo atque adeo in Propertio non factum esse miror ac maereo. Maioris enim duco uel unum uersum indicare qui ab aliquo citatus fuerit quam ex Martiale uel Seneca conicere quidnam hi imitati uideantur. Sed nescio quomodo ἴχνος ἄφαντον hactenus uidemur secuti; adeo sunt parua quae inter Isidorum atque Hieremiam de Montagnone ex Catullo ducta comparent. Atqui nunquam plures tenuit hoc studium inuestigandi quid aeuo quod dicitur medio scriptum lectitatumne fuerit; ut uix dubitem esse aliquando emersurum quod hanc rem magis ponat in propatulo.

Quod superest commemorandi sunt qui me in hac opera adiuuerunt, inprimis H. O. Coxius quem saepius de Canoniciano 30, nonnunquam de aliis codicibus consului: cuius iudicium, etiam ubi a meo discreparet, relligioni habui tacere, cum scirem paucissimis parem rei huius experientiam inesse: dein E. A. Bond et E. M. Thompso, curatores codicum MSS. Musei Britannici: G. N. du Rieu qui lectionem Gellianam mihi exscripsit: Nicolaus d' Anziani, hypobibliothecarius Laurentianae qui non modo Florentiae me agentem omni beneuolentia iuuit, sed nonnulla ex MSS. Mediceis et Riccardianis transmisit: quicum Ferrucii nostri infelicem obitum doleo. Tum agendae grates sunt A. Ceriani, praeposito bibliothecae Ambrosianae: Paulo Meyero qui locos quosdam Germanensis rogatus

a me sedulo inspexit: Falconero Madan cuius uide adnotationem ad LXVI. 32: Adolfo Neubauero, Io. W. Nutt, Henrico G. Woods, Carolo Gore: denique adulescentibus optimae spei Sidneio G. Owen et A. Curtis Clark, Balliolensibus, qui indicem a sorore mea maiore confectum suppleuerunt correxeruntque. Sed ante omnes commemorandus erat Arturus Palmer, Dublinensis, cuius beneficio codicem quem Perusiae exarauit Pacificus Maximus poeta Latinus saeculi XV, post autem Cuiacius obtinuit et ab eo Iosephus Scaliger, primus hic totum exhibui. De quo si quis uolet plura edoceri quam huius operis fuit, legat quae de eo scripsimus in Hermathena III. pp. 124–158.

Dabam Kalendis Maiis a. MDCCCLXXVIII.

PRAEFATIO EDITIONIS PRIORIS.

OCTAVVS hic annus agitur ex quo Catulli edendi consilium suscepi. Sed primum commentarium scribere in animo fuit; mox cum conparatis cum Lachmanni editione codicibus quos in Bibliotheca Bodleiana et in Museo Britannico repperi, intellegerem ea quae Lachmannus suo more breuius praecepisset, *codices omnes non interpolatos cum alterutro eorum quos ipse exhiberet ubique consentire*, non adeo uera esse ut nihil noui posset adferri; praeterea a uero abhorrere paginarum numerationem archetypi, quale ab eo constitutum esset, quod idem ante me sensissent Heysius Rossbachius Boehmius alii; collatis etiam externis codicibus Catulli librum de nouo recognoscere statui. Accessit non minor stimulus quod duo uiri, qui in corrigendi arte summum inter nostros locum tenent, Ioannes Conington et Hugo A. I. Munro, suas iam mecum communicarant in Catullum emendationes. Itaque anno 1862 codicem Sangermanensem Parisiis, insequente Venetiis Mediolani Vicetiae Bononiae Florentiae Italos sex contuli; quibus subsidiis adiutus, mox et Vaticano et Colbertino, quorum alterum Fridericus Vmpfenbachius, hunc Claudius Cobham diligentissime pro me excusserant; postea autem alio quem in domo sua Thomas Phillipps inspici-

endum mihi praebuit; tum Thuanaei specimine quod humanissim pro me descripsit Gulielmus G. Markheim[1]; deinde Gualteri S. Lando emendationibus, quarum partem ipse ediderat, partem ad me misi amicus eius Robertus Browning, poeta illustrissimus; postremo Eduini Palmer Balliolensis, et Iacobi Mowat Cantabrigiensis obseruationibus et coniecturis; satis a me factum putaui ut librum sine commentario publici iuris facerem. Hoc eo libentius feci quod praepositis Typographeo Academico consilium meum cum relatum esset id et probauerunt et omni auxilio adiuuerunt; in primis H. O. Coxe et H. Latham, quibus utrisque summas grates ago habeoque. Neque ea tantum noua affero quae dixi; nam etiam editiones praesto fuerunt rarissimae, Princeps quae dicitur anno 1472, et quae uere est, incertum quo anno edita, quae utraeque in Bibliotheca Bodleiana asseruantur; Parmensis a. 1473; Alexandri Guarini a. 1521; postremo ea cuius unicum creditur extare exemplar id quod his diebus copiis Bibliothecae Bodleianae additum est, Hieronymi Auantii Cardinali Farnesio dedicata; ut uix cuiquam credam tot suppeditasse auxilia unde librum toties deprauatum uel emendaret ipse uel aliis emendandum relinqueret. Sed nescio quo pacto euenit ut in Catullo curam Anglus ante me uix unus et alter, Oxoniensis quidem nemo posuerit; Vossius enim cuius editio Catulli Londini prodiit anno 1684, quanquam in Anglia aliquot annos egit, et canonicatum apud nos Vinsoriae obtinuit, Batauo patre ortus est; is autem qui Catullum edidit anno 1702, Cantabrigiensis uidetur fuisse et nomen suum libro non adiecit. Ego si quibus temerarius uidebor qui etiam post Lachmannum hoc susceperim—tantum enim Lachmanno in codicibus Catulli discernendis tribuendum esse quantum ante eum nemini, nec quenquam quicquam in Catullo profecturum qui non in Lachmanno se stabiliuerit, hoc iam omnibus est pro explorato—his ideo me spero excusatum iri, non solum quod tot tam egregiis subsidiis rem aggrediar, sed etiam opibus adiutus typographei quo nullum usquam aut typorum nitore ac pulchritudine aut opificum cura praestabilius habeatur.

Dabam Nonis Septembribus a. MDCCCLXVII.

[1] Nunc est socius collegii Reginensis apud Oxonienses.

EODORO AVFRECHT | MVNVS QVALECVNQVE

PROLEGOMENA.

CATVLLI Codicum, qui quidem nunc exstent, tria sunt genera (1) Thuanaeus (*T*), saeculo IX uel X scriptus, qui in florilegio carminum Latinorum habet c. LXII Catulli; (2) Datanus (*D*), anno 1463 scriptus, cum similibus sui Riccardiano, et hoc quem ipse in hac editione exhibui, *a*; (3) Germanensis (*G*), scriptus anno 1375, cuius in uniuersum similes sunt ceteri boni codices, Canonicianus 30 quem O signaui, Lachmanni *L*, Ambrosianus 38, Bononiensis, Colbertinus, Vaticanus (*ABCV*). Horum generum duo posteriora a communi fonte deriuari omnibus constat: Thuanaeum ne ipsum quidem origine diuersum esse, ex c. LXII demonstratur. Huius enim carminis post u. 32 eadem in *T* exciderunt quae in *DG*. Deinde corruptorum locorum in *DGT* similis quamquam non omnino eadem est ratio, e.g. u. 7 *imbres T*, *imber DG*, *ignes* Catullus, u. 45 *tum cara DGT*, *dum cara* Quintilianus IX. 3. 16; u. 58 *Cura uiro DGT*, *cara uiro* Catullus. Postremo, idem erat uersuum numerus in utraque pagina codicis eius unde *T* ductus est, et eius unde *DG*. Multis enim indicils codices *DG* colliguntur ex paginis uel columnis descripti fuisse uersuum aut 16 aut 16 et 17 alternantium; quod idem cadit in *T*. Exciderunt enim in *T* LXII. 30, 62, in *DG* LXII. 14 *Nec mirum penitus quae tota mente laborant*. Excidunt autem uersus facilius in summa uel ima pagina. Si igitur summa uel ima pagina codicis eius unde *DGT* ducti sunt scriptus est u. 14, summa uel ima pagina scripti sunt etiam uu. 30, 62. Ab eodem igitur libro ducti sunt omnes *DGT*. Non tamen ab uno omnes descripti; sed *T* ut uidetur ab ipso, *DG* intercedente saltem uno exemplo, fortasse etiam pluribus. Hoc ex diuersitate colligitur lectionum; 7 *oeta eos T*, *hoc eos DG*; 9 *par est T*, *parent DG*; 12 *innupte T*, *innuptaeque DG*;

17 *nunc DG*, *non T*; *committile DG*, *conuertile T*; 20, 26 *quis qui DG*; 24 *credelius T*, *crudelius DG*; 26 *iucundior T*, *iocund DG*; 28 *quae T*, *quo DG*; 35 *eospem T*, *eosdem DG*; 36 *ad lucet at libet DG*; 40 *conuolsus T*, *contusus DG*; 41 *quem mulcent aur firmat DG*, *quaemulcens aurefirma T*; 42 *obtauere T*, *optauere DG* 50 *Nunquam se extollit numquam mitem educat DG*, *Numquam extollit quam muniteam ducat T*; 51 *deflectens DG*, *perflectens T*; 5 *acoluere T*, *coluere DG*; 60 *equom T*, *equo D*; 63 *Tertia patris pas est data tertia matri T*, *Tertia pars patri data*, *pars data tertia matri DG*.


Ex his pleraque nihil diuersi habent praeter orthographiam; quae dam sunt eiusmodi, ut ab eodem libro describi uix potuerint, u *certes* .I. *certe*, *committile conuertile*, *conuolsus contusus*, *acoluere coluere* nisi forte utramque lectionem habuit hic liber, quarum altera in Thuanaeum, altera in ceteros codices peruenit. Illud potius iudico; scribam aliquem ex iis qui eum descripserunt, haec aut ab alio libro in suum exemplar intulisse, aut per errorem immutasse. Quantum autem scribae errauerint, ipse Thuanaeus optime testatur. Cuius errores si accurate perpensi fuerint, facilius intellegetur qualis fuerit is unde et ipse Thuanaeus et ceteri deriuati sunt codices[1]. Itaque confunduntur in *T*

b, ps	memorapsile = memorabile
p, d	eospem = eosdem
p, t	apsi = atsi
s, t	mulcens = mulcent
tui, pu	tuignare = pugnare
e, u	credelius = crudelius
it, a	solit = sola
i, t	certes .I. = certest

Horum sunt quae ad maiores literas referenda uidentur; ut *memorapsile* ex confusis B, B, *eospem* ex P D, APSI ex TP; cetera ex minusculis prouenerunt. Vnde mixtae uidentur fuisse maiores minoresque literae; quod confirmant etiam reliqui codices, praecipue Datanus. Hic enim codex quamquam exeunte saeculo XV scriptus,

[1] Non dico archetypon, quod ipsum paginis 16 uersuum, (ut postea demonstrare conabor,) sed nullis omissis uersibus descriptum est. Contra in eo unde orti sunt *DGT* nonnulla certe exciderant post u. 32.

uestigia prae se fert noni uel decimi saeculi. Disputauit de his Froehnerus in Philologo XIV. 578, unde paginam transcribendam curaui.



Haec titulos exhibet carminum, quales in *D* reperiuntur. Forma literarum satis antiqua ad X certe saeculum, fortasse ad IX refertur. Id demonstrant apertiores A V R B, C in dextram curuata atque erecta, F in dextram insurgens, N linea recta et propiore literae H non ut plerumque a summa sinistra ad imam dextram ducta in transuersum, e denique minuscula iuncta magnae (E). Idem etiam ex permutatis in Datano literis intellegitur. Permutantur autem hae

e, a dicabis cassi detinat aripuisti Cybales alacras = dicebas cess detinet eripuisti Cybeles alacres; dee pinee perit legerat telis suscitet = dea pinea parit legarat talis suscitat. Sic Theleamacho ex scriptura, ut uidetur, ortum, quae Thelemacho an Thelamacho esset in incerto fuit.

o, a Pasiteo tergo delapso tanto = Pasithea terga delapsa tanta; tua nulla tota obrupto = tuo nullo toto abrupto.

u, a diualso bonam uoltarium buttriade = diuulso bonum uulturium battriade.

e, o cares ueta = caros uota, Penolopeo deomum = Penelo[
domum.

u, o clarissimas (clarissunas) indibius = clarissonas in dubios.

s, t reuisēs refulgens mittis facis = reuisent refulgent mit
facit.

r, i rudiit = inbuit.

d, b rudiit = inbuit, ibidem = indidem.

it, a solit (*T*) hilaritate (*D*) = sola hilarate; scriptum fuer
hilarate, tum scriba incertus a an it esset a superscripsi
hilaritte, mox utraeque coniunctae hilaritate effecerunt.

Quae secuntur omnium codicum sunt communia.

c, e oeticos Canopieis ac sulcis = aeeteos canopieis acsuleis
mina ei = minaci.

o, u populus popula = pupulus pupula.

oc, a alocrisea = alarisea.

co, a moenia conciliis indecor alcos uelle que tot = moenia
ancillis uidear golgos uelle queat.

p, r portaret = praeoptaret.

p, c septam ereptum = sectam erect(e)um; erectis subrecti =
ereptis subrep(s)ti.

p, n precernens = precerpens.

x, s dextitit nox extuante axis = destitit nos estuante asis; ansia
praetestate sassea dissimus = anxia praetextate saxsea
diximus.

cl, d oradum sedis = oraclum, seclis.

t, r euitastis spetare uestet Matrucine curtam detecta tuentes
turis Artius = euirastis sperare uester Marrucine curram
derecta ruentes ruris Arrius; Atris Batriade = Attis
Battiade.

Suspicatus est Scaliger exemplar Catulli unde nostri codices deriuati sunt, Langobardicis literis scriptum fuisse; nec desunt quae huic sententiae conueniant. Nam Langobardice oc = a, e = c, l = t et i, t = r, ut mutari inter se possent l, i, r, t; sic ꝗ Langobardice = ci, quam credo originem esse corruptelae (LXVIII. 81) deficieret = desideret (*D*). Praeterea plurima sunt contractionis signa in codicibus Langobardice scriptis, ut stabil' = stabilis; uidꝫ = uidet; arte' = artem. Interdum etiam additur ' nulla significata litera, ut *dolor'*




Repulsis aliqu
cum psalterii caele
immersi ut dicta
obscuritas quae n
praeteritur dum s




Memini
sanctae blesi
in mundo ce

uidentur'; et sic in Catulli codice unde nostri orti sunt scriptum fortasse fuerat *Castor'*, *uer' uera*, quae scribae parum intellecta *Castorum uerum uera* interpretati sunt. Fortasse etiam huc spectat amissa toties in uerbis t finalis. Quom enim Langobardice a per oc scribatur, t autem per a, si coniuncte legerentur ut in uocabulo *pruriat*, facile poterat ultima a excidere, confusis ob similitudinem literis. Quamquam illud non huc quadrat, quod in Catulli codicibus aut raro aut nunquam t in a corrupta est. Nec Langobardicis literis congruunt confusae toties, a, e; a, u; a, it; t, p; p, r; p, n; quae omnia Merouingicae potius scripturae assignanda iudico, ut ex tabulis apparebit quas in libris suis exhibuerunt Bastardus et Siluester. Quod dedi specimen ex Bastardi Iconibus sumpsi. Est autem saec. VIII.

Hic



Haec ualde ad propositam pertinere de codice quaestionem unde nostri ducti sunt nulli credo esse dubium. Sic enim explicabitur P cum T permutata, *e* cum *a*, *o*; *a* cum *e*, *o*, *u*, *co*; *it* cum *a*, *ta*, ut in *prosilta* (D) = ;  cum b. Froehnerus quidem, quem honoris causa nomino, literis Anglo-Saxonicis uel Hibernicis scriptum codicem opinatus est; quae sententia et ipsa multa habet unde commendetur, primum similitudinem literarum, (uide Siluestris Palaeograph. Uniuers. Part. III) deinde literae Latinae Hibernis a sexto usque post Christum saeculo notae lectitataeque sunt: postremo apte de Britannia uel Hibernia dicturus erat scriptor Epigrammatis Catulli codicibus praefixi 'Ad patriam uenio *longis de finibus* exul.' Sed tamen plura meo iudicio sunt quae Merouingicae scripturae possint quam quae Saxonum uel Hibernorum tribui. Et nusquam magis quam in Gallia Romanorum post quartum saeculum florebant literae. Gallia saltem scriptum fuisse Thuanaeum codicem inde ueri simile est quod alter codex quem eadem habuisse quae Thuanaeus coniecit

Hauptius, ipse prope Lugdunum in insula Sanctae Barbarae a Sanr zario repertus est. Huius codicis quae antiquissima pars est mei branis constat undeuiginti, ut Hauptio uidetur saeculo nono m inferioribus. Insunt carmina Eucheriae, Halieutica Ouidi, ep gramma Apollinaris Sidonii, Cynegetica Gratii, Martialis aliqu epigrammata. Carmen Eucheriae, Halieutica, Cynegetica eode ordine se excipiunt in Thuanaeo: unde Hauptius integrum librui Sannazarianum eadem cum hoc non immerito collegit habuisse Ipse Thuanaeus nihil habet a Gallico scriptore profectum. Eugeniu enim, cuius opuscula post Iuuenalis satiras, intercedente epitaphio illic leguntur, Toletanorum in Hispania Episcopus fuit. Sed Cyne geticon Nemesiani qui unus multis saeculis mentionem facit, Hinc marus, Episcopus Remensis[1], hic et ipse Gallus fuit, et cum aliis pueris ea in scola legerat (Haupt. Quaest. Cat. p. 3). Nec a uero abhorret florilegia haec, dico libros Thuanaeum et Sannazarianum in usum puerorum Gallicorum scripta fuisse[2]. Et Thuanaeus quidem VII saeculo medio prior non potest esse; Eugenius enim episcopus fuit Toletanorum circa 650. Sed nihil hinc concluditur de codice unde Catulli c. LXII descriptum est. Si uero recte de literis Merouingicis diximus, is saeculo sexto uel septimo scribi potuit.

Post Isidorum Hispalensem qui c. I. 1–2 Catulli affert in Origg. VI. 12, fortasse ex Grammaticorum aliquo, et LXIV. 65, quem uersum Cinnae tribuit[3], neminem[4] scimus qui Catullum legerit ante

[1] Ad Hincmarum Episcopum Laudunensem cap. 24 (Haupt. p. 42 Gratii et Nemesiani). *Tuis compilationibus confuso (? confusis) et sicut ipse dixisti praepostero ordine positis et nunquam in eodem statu manentibus aliter respondere non potui, nisi, ut uenatores ferae lustra sequentes agere auditu et lectione puer scolarius in libro qui inscribitur Kynegeticon Carthaginiensis Aurelii didici, hac illacque discurrendo retrograda etiam uestigia repetendo, anfractus tuos uestigando explicare studerem: quod adhuc mihi erit necessarium facere et in explicanda de inceptis ratione et in ostendenda causali actione de his quae admisisti et pro quibus tibi et ecclesiae tibi commissae scripsi, contra quae inregulariter subscriptionem, quin potius tuam nouam praesumptionem adiens mille uias tristesque labores discursusque citos securi proelia ruris et sincero corde lites domesticas subire compellar.*

[2] Haupt. Quaest. Catull. p. 3.

[3] Hauptius (Quaest. Catull. p. 92) putat Isidorum Catullum respicere in libro *De Differentiis Sermonis t. V. p.* 63 *Areu. Sacrum duo significat et bonum et malum. Bonum, ut illud* 'Inter flumina nota et fontis sacros;' *malum ut* 'Auri sacra fames' *et* 'Sacrae 'panduntur portae' *et* 'Leno sacer' *et* 'Sacer hircus.' Cf. Cat. LXXI. 1 *Si quoi, Virro, bono sacer alarum obstitit hircus.* Ad Georg. II. 395 *Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram* certe non pertinent ut Froehlichius et Schwabius putant; sacer enim hic est qui in sacrificio caeditur. Sed nimis incerta est scriptura uersus Catulli, codices

Ratherium, episcopum Veronensem annis, si Ballerinos sequimur, 931–933, 946–948, 961–968. Hic in sermone quem Veronae creditur habuisse anno 965 haec dicit. (Serm. XI. p. 639 B) *Quid de me dicere ualeo, quid ualeo cogitare, et ut turpia subsilens, honesta solum prohibita licet depromam, si in lege dei, ut debitorem me fore non nescio, die (non) meditor ac nocte, Catullum numquam antea lectum, Plautum iam olim lego nec lectum, musicam quando saepe rogatus expono*[1]? Hinc Leutschius et Schwabius concludunt Ratherium Catulli librum in bibliotheca Veronensi repperisse, ibique non antea lectum legisse. Sed nihil tam magnum dicit Ratherius. Potuit Catulli librum a Gallia secum uel ex alia urbe Italica fortasse etiam ex Roma Veronam asportare. Quacunque enim inuenerat, non erat eum ex manibus depositurus, uir ex doctissimis saeculi illius, et ob peritiam liberalium

enim habent *sacrorum obstitit hircus*, quam ut quicquam de eo exploratum sit, praesertim cum potuerit Isidorus alludere uersui Ouidii F. II. 441 *Italidas matres, inquit, sacer hircus inito.* Nihil de Catullo dicit Alcuinus, Archepiscopus Eboracensis, in carmine quod de Pontificibus et sanctis Ecclesiae Eboracensis scripsit (II. p. 257 ed. 1777) nec quenquam nominat de poetis qui quidem non sint recentioris aeui praeter Vergilium Statium Lucanum.

[4] Incertissima enim sunt quae in scholiis Bernensibus leguntur ad Verg. G. IV. 289 (ed. Hagen in Fleckeiseni Ann. Supplem. IV. 673–1014) *phaselis. genus nauium pictarum sicus phasillus ille quem agiunt auctorem esse nauium cạlaetarum, quem habuit hospes Serenus. Iunilius dicit.* Ubi cum Hauptius in Herme IV. p. 334 pro *cạlaetarum* uel *celaturum* (quod habet Bern. 167) scripsisset *celerrimum*, eaque uerba ad Catull. IV. 1, 2 retulisset, Behrensius totum locum sic refinxit. *Sicut phasellus ille quem aiunt esse nauium celerrimum:* quae si vera sunt pro corrupto uocabulo *auctorem* legendum erit *actuariarum*. Sed quod Behrensius hinc concludit, uersum Catulli IV. 2 iam exeunte antiquitate in codicibus sic scriptum extitisse quemadmodum in nostris codicibus corrupte legitur *Aiunt fuisse nauium celerrimum;* uelim ex tam dubia re tam grande quicquam probare noluisset. Quanquam enim ingeniosa est coniectura Hauptii *celerrimum* ex *cạlaetarum* uel *celaturum* elicientis, potest tamen id tantum latere quod scripsit C. G. Muellerus *quem aiunt auctorem esse nauium caelatarum*, hoc est qui primus exemplo fuit Romanis pictarum nauium; siue Catulli phasellus auctor reuera fuit his nauibus utendi, siue fuisse traditur, quod in tam nobili poeta facilius fieri potuit. Certe *calaetarum* illud bene ad Vergilii *pictis phasellis* conuenire existumo.

[1] Ratherii Opera ed. Ballerini p. 639. Hunc sermonem Veronae habitum sic concluditur; cetera quae in codicibus reperiuntur ubi haec scripta sunt, omnia ad tempus pertinent quod Ratherium Veronae tertium restitutum secutum est. Sunt autem sermones omnes. Horum secundus (est de Quadragesima) scriptus uidetur anno 965; ipse enim locum laudat ex eo ineunte anno 966 (uide *Qualitatis Coniecturam* p. 381) Sermoni additur apologia, in qua haec dicit. '*Non dicit Ratherius Episcopus quod 'malum faciat qui uadit ad Ecclesiam sancti Michaelis aut audit missam sancti 'Michaelis.*' Ecclesiam de qua loquitur Ballerini putant esset S. Michaelis ad portam Bursariorum, Veronae. Veronae igitur et hic sermo et ceteri habiti sunt.

artium episcopatum adeptus. Perpauca tamen in Ratherii scrip inueni quae Catulli carmina eum legisse testentur. Neque illud mirum pauca enim extant quae post tempus scripta credantur quo Catullu se legere dicit. Plautum quidem non raro affert ac Terentium, rari Phaedrum, saepius Horatium Iuuenalem Persium, interdum etiam nc nominatos[1].

Ad Catullum fortasse pertinent haec Serm. VIII. p. 624 B ed. Bal lerini, *Non angelico ut Elias quondam subuectus non pennigero ut poetica ille uolatu:* cf. Catull. LV. 16, 17 *Non si Pegaseo ferar uolatu, Non Ladas ego pinnipesue Perseus;* Serm. II. p. 595 C *Quem finire omnium qui fuerunt sunt aut erunt non ualuerunt ualent ualebunt loquendo ser mones,* et Serm. VIII. p. 627 D *Galilaei uero qui sunt fuerunt ue erunt nisi qui Galilaeam incoluerunt incolunt uel incolentes futuris temporibus erunt?* cf. Cat. XXI. 23 *Non harum modo sed quot aut fuerunt Aut sunt aut aliis erunt in annis* quae uerba leuiter immutata rursus leguntur XXIV. 2, 3, XLIX. 2, 3; Liber Apologeticus p. 501 *Sed hoc necesse non esse clamat liberalitas,* quod fortasse ad Cat. VI. 7 refertur, quemadmodum ad Persium (I. 115) quae secuntur *ut genuinum uestrum*

[1] Epist. I. *Quod iuris ipse non sum proprii et demum* in sese *quod* nemo tentat descendere (Pers. V. 22). Epist. III. *Nauci pendens quid* mendax Graecia, *quid poetica garrulitas semper de falsitate referat ornata, posthabens* fontem caballinum bicipitemque Parnassum (Iuuen. X. 174, Pers. Prol. 2) Ep. XII. *Quidam presbyter me os uuluae . . . me fellonem bausiatorem atque periurum appellauit* (§ 12). *Hic quum omnes illud Terentianum ualuissent iustissime respondere* O factum bene (Ter. And. I. 1. 78) *porcino magis uniuersi concrepauerunt stridore.* Qualitatis Coniectura p. 377 A *Multos asseuerans ignobiles nobilia saepe fecisse,* nobilitatem*que* ex potentia et proprio actu quam ex alieno, *Sallustio teste,* pendere. Itinerarium p. 440 D digitoque compescens labellum (Iuuenal. I. 160). Serm. II. p. 588 D *surdam mentis non* praebeat aurem (Hor. S. I. 1. 22). Serm. VI. p. 617 A Heu dira furoris Conditio, qui uim patitur magis ille ligatur (*quem uersum nescio unde excerpserit*). Fluuius *enim malignae operationis illorum ab eis* ad me decurrit. *Et ego illum turbari agni illius exemplo fabularis accusor* (Phaedr. Fab. I. 1. 7). Hinc Ratherius colligitur ipsum Phaedri librum legisse. Aliam fabulam de Rana Mure et Accipitre (VII. 4 ed. Dressler) spectat in eodem Sermone (p. 618 B). Epist. XI. 560 *Tolerabilius nam fuerat uestrum sic ferre dominium, ut quem timerem, eumdem diligerem ipsum, ut facere inchoaueram illum, de quo mihi congruere illud feci Nasonicum* Probra Therapnaeae qui dixerat ante maritae, Mox cecinit laudes prosperiore lyra (Ouid. A. A. III. 49, 50). Ep. XIV. p. 569 *Hyperbaton cum ambagibus suis omittens rem ipsam quanta* meae pars *uestra sit* animae, *nudo et aperto sermone me iuuat describere, scholastice si non ualeo utinam uel rustice, non ficte tamen quia pura traho uoce* quod latet arcana non enarrabile fibra (Pers. V. 29); *quantum uos* sinuoso in pectore fixi (ib. 27) *notare gestio. Illud comicum nostis* Dauus sum non Oedipus (And. I. 2. 23) *ut fucatis uerbis fallam audientes.*

nos ita rodentem pistillo huiusmodi conteramus (502 C) ad Vergilium (Ecl. IX. 65) *ut et me eodem fasce leuare et uobis inde utcumque concurrere ualeam* (439 A). Quamquam non infitior ne unum quidem locum ex his tam clare ad Catullum referri ut non aliunde deriuari potuerit. Post Ratherium usque ad initium saeculi XIII unus est qui aliquid ex Catulli carminibus laudauerit Ioannes Sarisburiensis, qui in Metalogiae Libro I. 24 haec dicit *Antiquitus uocabatur literator, iuxta illud Catulli Munus dat tibi Sulla literator* (XIV. 9). Sed hunc uersum ex Martiano Capella uidetur deprompsisse (III. 229). *Itaque assertor nostri nunc literatus dicitur, litterator antea uocabatur. Hoc etiam Catullus quidam non insuauis poeta commemorat dicens Munus dat tibi Sylla literator.* Nusquam commemoratur a Dante, Vincentio Bellouacensi, Hugone Trimbergensi. Illud tamen uere uideor posse dicere, paucis scriptores aeui medii tam cognitos esse ut pro certo habeant nemini eorum Catullum innotuisse. Duos locos apponam qui a Catulli libro profluere potuerunt. Guilelm. Malmesb. II. § 159 *Mater puellae quae concubinatum filiae dedignaretur ancillam adiuta noctis tenebris cubili apposuit, uirginem sane nec inelegantem nec illepidam.* cf. Cat. X. 3, 4 *Scortillum, ut mihi tum repente uisum est, Nec* sane *illepidum nec inuenustum.* Gualteri Alexandreid. VIII. 385 *Sic quoque multa cupis quae non capis.* cf. Cat. LXI. 197 *Quae cupis capis.* Nec desunt in Glossariis uocabula quae ex Catullo petita uideantur. Nam quod Schwabius in Placido, ego in Glossario Balliolensi repperi, *citarier celeriter moueri*, pro se quisque ad Catulli lxi. 42 rettuleramus, quanquam uix congruente interpretatione; post in eodem Glossario inueni *Cinge tempora coronare*, quod ad lxi. 6 non absurde reuocaueris. Vide etiam quae ad lxii. 12 adnotaui. Praeterea qui uersus apud Priscianum bis sic legitur v. 77, vii. 22, *Celtiberosae Celtiberiae fili*, in uno codice Darmstadiensi saec. xii *Cuniculosae C. f.*, unde sic correctus est? Aut ex glossario aliquo, ut uidetur, aut ex ipso codice Catulli carminum; siue in margine scriptum fuerat *Cuniculosae* codicis Priscianei unde Darmstadiensis deriuatus est, siue ipse scriba Darmstadiensis ex Catulliano carmine id sumpserat. Sed haec incerta, nec quenquam nouimus qui post Ratherium Catulli librum siue integrum siue excerptum legerit ante finem saeculi xiii. Eo fere tempore scriptum creditur *Compendium moralium notabilium per Hierimiam*[1] *iudicem de Montagnone ciuem Paduanum* quod inter multa diuersorum scriptorum haec habet Catulli.

[1] Scardeonius de Antiquitate Urbis Patavii, p. 235, ed. Basil, 1560: *Quandoquidem nuper Hieremiae Montagnoni mentio facta est, non ab re erit quaepiam de*

p. iii. b. iv. 8, ed. Ven. 1505. Catullus c. 5 Ocium et reges et be per odit urbes.

prius et beatas perodit u. Add. MSS. Brit. Mus. 22, 801.

Catulus c. v. Otium—et *om.*—redditur u. Bodl. Misc. 186.

Catulus li. v. et *om.*—reddidit u. Nov. Coll. 100.

p. iiii. iv. 8, Catullus c. 5 risu inepto res ineptior nulla est.

Catulus c. v. Nov. Coll. 100, Misc. 186.

Catulus—inepcior. Add. 22, 801.

p. iiii. v. 11, Catullus c. 8 nulla uiro iuranti—periuria curant. *Sed pro* praegestit apisci *habet* p̄gessit adipisci—nil promitter—saciata.

Catulo c. 8 pregessit apisci—promictere—sed silāt—sociat libido *om.* est—nichil—nichil Add. 22, 801.

Catulus c. viii. nulla ē uiro—pregessit et ipsi—nihil promitter—sed sumit ac cupide mentis saciata—nichil—nil Misc. 186.

Catulus c. viii. Nulla ī uiro iuranti iuranti (*sic*)—speret sermones speret esse—aliquis cupiens p̄gessit animus ipsi—iurare ipsi—percunt—sumit at Nov. Coll. 100.

Post hoc sequitur in ed. Ven. 1505.

Capitulo ii. et pe.	difficile est longum subito deponere amorem.
c. 12.	difficile κτλ. Add. 22, 801.
Idem c. xi. et pe.	difficile κτλ. Misc. 186, Nov. Coll. 100.

ipsius scriptis attingere. Fuit is Iure consultus excellens, et ob id Iudex appellatus. Illum nanque hominem maiores nostri Iudicem dixerunt, quem nos modo Iuris doctorem soliti sumus appellare. Atqui uidetur is, praeter Iuris studium, morali quoque philosophiae, et sacris literis, multam operā dedisse, infinitaeque propemodum lectionis fuisse, ac literarum omnis generis admodum studiosus. Nam discurrens per disciplinas omnes, quicquid de moribus praeclarum a quouis scriptore, siue sacro, siue profano, dictum est, in unum ueluti aceruum congessit, collectisque undecunque a plusquam centum auditoribus idoneis sententiis ad reformandos hominum mores, opus admodum fructuosum et utile, studio suo sed alieno labore cōtexuit: quo quidem iudicis in modum per capita rerum singula quaeq; notatu digna excerpta, in egregium satisque iustum uolumen accurate redegit. Quod quidem opus postea cum imprimeretur, epitoam sapientiae a librariis impressoribus nuncupatum est, et ab iisdem in uulgus editum et publicatū, et per uniuersum orbem diffusum. Obiit autem Hieremias anno ab incarnatione Dom. circiter M. CCC. *Extat ingenti mole sepulchrum huius familiae insigni mortis insculptum, apud basilicam D. Antonii Confess. in Coemeterio antiquo quod dicitur Paradisus cum hoc epitaphio:*

SEPVLCHRVM DORELI FILII QVONDAM NOBI
LIS VIRI DOMINI HIEREMIAE DE MONTAGNONE

Et hos quidem locos indicauit mihi Ingram Bywater; quibus haec ipse adicio.

Pars I. 111, Rubr. 8, ed. Ven. 1505.

Catullus. l' 5. Omnes fallimur: neque est quisquam quem non in aliqua re uidere suffectū possis: suus cuique attributus est error.

Catulus li. v. Omē-*tum pro* re *habet* de *uel* ōe—posses—atque attributus (? actributus). Add. 22, 801.

Catulus in v. aliqua re *om.* Misc. 186.

Catulus c. v. Rerum *pro* re. Nov. Coll. 100.

Pars iiii. Lib. vi, Rubr. 3, ed Ven. Catullus poeta. c. 9

Est ne nouis nuptiis odio uenus atque parentum
Frustrāntur falsis gaudia lachrymulis.

Catullus poeta. c. 9. Nuptiis—lachrymulis. Add. 22, 801.

Catulus poeta. c. ix. Nuptiis—frustratur—lacrimilis. Misc. 186.

Catulus poeta. c. 4. Nupciis odit—falsis *om.* Nov. Coll. 100.

Pars ii. Lib. i, Rubr. 5, ed Ven.

Catullus c. 9. Ne nimium simus stultorum more molesti.

Catulus ca. 9. Misc. 186; et sic fere Nov. Coll. 100, Add. 22, 801.

Ex his locis unus *idem omnes—error* (xxii. 18–20) ita congruere uidetur cum iis quae in Florum Moralium Auctoritatum lib. ii. c. 3 scripta inuenit Detlefsenus, ut ex alio tamen fonte deriuatus fuerit. Nam codex Florum, qui liber a. 1329 Veronae scriptus est, habet haec, *De errore. Catullus ad Varum. Quem non in aliqua re* (*uidere* om) *Suffenum possis suus cuique attributus est error. Sed non uidemus mantice quod in tergo est*[1]. Haec si ex Hieremiae compendio sumpta sunt, miror quo pacto euenerit ut quod in Compendio inueniatur *idem omnes fallimur, neque est quisquam* in libro Florum non extet, quod autem hic liber habeat *sed non uidemus—tergo est,* id in Hieremiae Compendio non legatur. Praeterea titulus iste *ad Varum* unde profluxit nisi ex ipso codice carminum Catulli? Sic enim etiam nunc in codicibus legitur c. xxii praefixa *Ad Varum* inscriptio. Itaque ante annum saltem 1329 codex ille redux Catulli iam innotuerat. Sed ipse Hieremias unde septem eos locos in Compendium suum intulit? Credidit I. Bywater ex anthologia eum sumpsisse, cum *capita* quaedam memoret, quod ad integrum Catulli codicem uix reuocaueris, libris autem et alias rarissimis usus uideatur, quales sunt

[1] Schwabius de Codicibus Archetypo et Veronensi Catullianis Dorpati, 1865, p. 11, n. 13.

Phaedo et Meno Latinus saeculi xii, et, quod his annis frustra qua siuit Valentinus Rose, epitoma illa Diogenis Laertii, quam *Cronica nugis philosophorum* medii aeui scriptores appellabant. Quae sentent si uera est, non intellego unde factum sit ut capitum ordo quem hab Hieremiae Compendium ordinem sequatur carminum Catulli qualis i codicibus seruatus est. Nam uersus illi xxii. 18–20 praeterea xxxix. 1(li. 15, 16, capiti quinto adnumerantur; tum lxiv. 143–148 octauo lxvi. 15, 16, lxviii. 137 nono; lxxvi. 13 undecimo uel duodecimo neque uero *capita* semper in Compendio, sed nonnunquam pro capi tibus *libri* commemorantur. Potuit sane scriptor Anthologiae, und Hieremias Catulli uersus duxisse creditur, ea tantum excerpere quae sententiam communem prae se ferrent, cetera omittere, idque seruato ordine carminum; sed neque alia apparent talis Anthologiae uestigia, et nihil subest causae cur non ut scriptor florum Veronensis, ita Hieremias ex integro codice Catulli sua excerpserit. Quod capita uel libros memorat, codex is Catulli quem secutus est, numeris distincta carmina non habuit; quod etiam in codices cadit qui nunc extant, hi enim et numeris carent plerumque, nec nisi titulis uel spatiis distinguuntur. Sed et uitia uersuum allatorum in Compendio eadem sunt quae in optimis codicibus Catulli; nam lxiv. 145 pro *apisci* codices Compendii exhibent *et ipsi* Misc. 116, *animus ipsi* Nov. Coll. 100, ed. Ven. *adipisci*; ex nostris autem codicibus Catulli hoc ipsum *adipisci* inuenitur in *O*, fuisse uidetur in *G*, quamquam erasis duabus literis nunc legitur *apisci*; tum lxvi. 15, pro *anne parentum* quod uerum habetur, et in Compendio et in Catulli codicibus legitur *atque parentum*. Itaque ex integro codice Catulli locos suos septem Hieremiam duxisse iudico; qui si ante annum 1300 mortuus est, Catulli carmina ante eum annum inuenta fuisse credibile est. Veronae inuenta, et quidem ex libro in quo ea saeculo x legerat Ratherius, transcripta, credidit Schwabius et post eum alii. Sed, ut ante dixi, nihil de Ratherii libro memoriae traditum est, neque hoc iure colligitur ex epigrammate quod de repertis Catulli carminibus scriptor aliquis circa initium saeculi xiv fecit. Est autem hoc.

Versus domini Benuenuti de Campexanis de Vicencia de resurrectione Catulli poetae Veronensis.

Ad patriam uenio longis de finibus exul,
Causa mei reditus compatriota fuit.
Scilicet a calamis tribuit cui Francia nomen,
Quique notat turbae praetereuntis iter.
Quo licet ingenio uestrum celebrate Catullum,
Cuius sub modio clausa papyrus erat.

Titulum cum uersibus dedi, quales leguntur in fine codicis Sangermanensis antiquissimi eorum qui nunc exstant, exaratus est enim anno 1375. Benuenutus de Campesani, inter satellites Canis Grandis primi, familiaris autem Guilelmi Pastrengici, a quo dicitur poeta et scriba mirabilis, heroicum carmen Vicentiam a Patauinis liberatam conscripsit, cuius fragmentum superest apud Pagliarinum [1]. Mortuus est anno 1323 ut a carmine intelligitur Ferreti, qui et ipse Vicentinus et poeta erat [2].

Itaque si epigramma uere est Campesani, Catulli liber ante hunc saltem annum inuentus est. Etiam ante 1314 inuentum Meinertus existumabat. Eo enim anno Mussatus in Elegia qua gratias egit Academiae Patauinorum quod se laurea coronasset, haec dixit

Non ego fagineis cecini te Tityre siluis,
Scripta Dionaei nec mihi gesta ducis.
Carmine sub nostro, cupidi lasciua Catulli
Lesbia, dulce tibi nulla susurrat auis.

(uu. 7–10 Epistulae ad Collegium Artistarum, p. 39 ed. Pignorii 1636).

Sed et haec, ut Hauptii uerbis utar, potuit ex Martialis carminibus VII. 14 et XIV. 77 petere, nec quidquam in Mussati carminibus est quod Catulli imitatorem testetur [3]. Vtcunque res se habet, nihil inest epigrammate quod ab ineunte saeculo XIV alienum uideatur.

[1] *Caesareas aquilas Augustaque signa secutum*
Scaligera de gente Canem, sotiamque triumphi
Veronam et pulsos seruili ex urbe tyrannos,
Exigua transibo lyra; mihi caelica uirtus
Aspiret, patriaeque datas conseruet habenas.
Iam fauor imperii Verona potentibus armis
Exierat pontemque Canis superauerat altum.

[2] Ferreti (Muratori Rer. Ital. IX. p. 1165) quinque carmina sunt de Campesani morte, primum longius, cetera breuiora. Breuiorum in tertio haec scribit *Mille trecentenis decies geminauerat annum Tertius.* In primo poetas enumerat, Flaccum, patrem Maeonium ducem carminis alti, Lucanum, Statium, Ouidium; de Catullo Propertio Tibullo nihil dicit. Idem aliud poema de morte Campesani ad Mussatum Patauinum scripsit, et quatuor libros hexametrorum de Canis Grandis rebus gestis, in quibus Claudianum uel Statium imitatus est, de Catullo nihil habet. Sed haud scio an non ad Catulliani Epithalamii finem spectent uerba orationis in Ferreti nuptiis habitae. *Has itaque nuptias undique decora nobilitate fulgentes mecum celebrate fauentes ac Deum pariter precemur ut . . . . faciat ex hoc connubio nasci prolem suis clarissimis progenitoribus similem.*

[3] Nisi forte imitatus est codicem aliquem Catulli LXVI. 28 dum scribit haec p. 30. *Nemo tam fortis ualet esse quo non fortior assit.*

Multa eiusmodi epigrammata profert Pagliarinus, rudiora pleraque, non qualia scribebant politiore iam facto saeculo. Quod uulgo dicitur a Guarino Veronensi scriptum, id iure infitiatur Schwabius, quanquam in quibusdam codicibus huic assignatur et editione principe. Nam Guarinus anno 1370 natus est, hoc est quinque tantum annis ante exaratum codicem Sangermanensem, in quo primo legitur. De interpretatione eius multum ambigitur. Lessingius (VIII. 450 ed. Lachmann.) censebat Catulli librum aut a Bernardino Plumato, insigni medico, aut ab aliquo ex eius maioribus inuentum esse; hoc enim significare uersum 3 *Scilicet a calamis tribuit cui Francia nomen*, cum Gallice calami *plumae* dicantur. Sed Bern. Plumati recentior aetas quam ut scriptor habeatur epigrammatis, uixit enim circa 1450–1500; siue autem ipse, siue unus dicitur ex eius maioribus, difficilius dixit epigrammatista qui pro plumis tam mira circumlocutione usus sit. Melior sententia Laurentii Pignorii (Symb. epist. I. xvi. p. 57) nomen inuentoris Francisci ex uerbis *Tribuit cui Francia nomen* elicientis, eamque amplexi sunt Naekius Silligius Heysius Schwabius. *A calamis* aut ad officium refertur aut cognomen: si ad officium, scriba fuit uel amanuensis; si ad cognomen, quae ut Lessingii ita opinio fuit Scaligeri et Beniamini Iowett, Franciscus de Calamis fortasse appellatus est. In u. 4 nonnulli codices habent *cursum*, non *Turbae*, quod Naekii iudicio de eo dicitur, qui notat iter praetereuntis Cursum (*the Corso*). *Turbae* bene interpreteris de eo qui uel ad portam urbis uel in ponte consistens huc illuc praetereuntes notat. In u. 6 *modius*, sub quo Catulli clausa papyrus erat, manifeste translatus est de Lucae uerbis XI. 33 (Haupt. Quaest. p. 8[1]), quanquam in tam αἰνιγματωδεῖ carmine non adeo certa est sententia ut non uere sub horreo aliquo liber reperiri potuerit.

Venio ad uersus primum alterumque: quos Naekius Hauptius Schwabius sic interpretantur: 'Ad Veronam patriam redeo (loquitur 'Catulli liber) longis de finibus ubi exul fui, h. e. ab inferis; causa 'reditus conterraneus fuit, h. e. Veronensis.' Quibus uerbis signifi-

[1] Simili modo scriptor epigrammatis seruati in codice saec. XIII, qui est de Translatione Thomae Martyris (Bibl. Publ. Cant. D. d. XI. 78 f. 25).

Sub modio lumen, sensus sub claue sepultus;
Non multum prodest lumen, dum lucet in alto.

Beda in Vita S. Cuthberti XXI,

populisque regendis
Praeficitur, modio lateat ne tecta lucerna.

Scriptor Praefationis Chronicon Monasterii de Melsa, '*Tum quia tot et tales lucernae sub modio lateant absconditae.*'

catur Catulli liber postquam diu Veronae latuisset a Veronensi iterum in lucem protractus fuisse. De uersu 2 recte iudicare uidentur; non item de primo. Non enim *ad patriam uenire* neque *exul* dictus esset qui esset in patria, certe addito *longis de finibus;* uel ut alii codices habent *longis erroribus.* Deinde, quod Schwabius autumat, librum qui saeculo X ex bibliothecae capituli Veronensis tenebris protractus esset a Ratherio, mox autem denuo in tenebras recidisset et per trecentos amplius annos Veronae nemini notus iacuisset, hunc eundem librum ineunte saeculo XIV a Veronensi ciue rursus Veronae repertum esse, haec cupidius mihi uidetur dixisse. Nam ut antea dixi neque unde Catullum protraxerit Ratherius scimus neque ubi eum reliquerit; nec facile crediderim Veronenses latere potuisse poetae librum in quo tantopere gloriabantur, si in Verona relictus fuisset. Illud potius dicit; se ab ultimis orbis finibus ubi in exilio latuisset ad patriam Veronam a Veronensi reductum[1]. Vnde uenerit, ignoratur; potuit a Britannia uel Hibernia, potuit a Germania uel Gallia, potuit etiam ab Oriente uel ab Aegypto uenire. Iam enim omnes partes orbis scrutabantur librorum studiosi, Itali inprimis, quibus Romanorum scripta tanquam popularium, mox etiam Graecorum curae esse coeperant. Ne Anglis quidem ea cura deerat; siquidem Ricardus Buriensis[2], qui episcopatum Dunelmensem ab anno 1333 usque ad 1345 tenuit, nihil magis in omni uita affectabat quam ut libros undecunque conquireret, idque ut faceret, non solum mendicorum ope utebatur

[1] Comparari potest carmen Mussati (XIV. p. 64 ed. Pignorii).

Ad Magistrum Guizardum Grammaticae Professorem cum ab eo librum Virgili sibi accommodatum repeteret.

Virgilius thalamo mecum uersatus in uno,
Tempore quo Pataua pulsus ab urbe fui,
Exul *ad externas ultro se contulit oras*
Exilii *poenas sustinuisse uolens.*
In patriam redii, *redeat securus et ipse,*
Et comes et ciuis sit uelut ante fuit.

[2] Vide eius Philobiblion, quem librum non multum ante mortem scripsit. '*Affluxerunt loco donorum et iocalium cenulenti quaterni ac decrepiti codices, nostris tam aspectibus quam affectibus pretiosi. Tunc nobilissimorum monasteriorum aperiebantur armaria referebantur scrinia et cistulae soluebantur, et per longa saecula in sepulchris soporata uolumina expergiscuntur attonita, quaeque in locis tenebrosis latuerunt nouae lucis radiis perfunduntur. Delicatissimi quondam libri corrupti et abominabiles iam effecti murium quidem foetibus cooperti et uermium morsibus terebrati iacebant exanimes*' (c. VIII. p. 227 ed. Cocheris). Notus erat Ricardus Petrarcae, quem fortasse Auenione uiderat, quanquam etiam Romae fuerat; ab eo dicitur *uir ardentis ingenii nec literarum inscius* (Petrarc. Epist. p. 80 ed. Sam. Crispini a. 1601).

orbis ambitum perlustrantium[1], sed *librariorum*[2] etiam *per regnum Franciae Teutoniae et Italiae notitiam comparabat.*

Quod studium si in Anglo fuit, quorum adhuc in obscuro erant literae, quanto magis in Italis.

Sed non ita multo post scriptum hoc epigramma Guilelmus Pastrengicus, qui uixit circa 1295–1360, ab oppido autem appellatus est quod non longe abest a Verona, in libro quem scripsit de Originibus rerum quatuor locis Catulli mentionem fecit. Hos, ab Hauptio (Quaest. p. 5, 6) excerptos, apposui. (1) p. 16ª editionis Michaelis Angeli Blondi, quae prodiit Venetiis a. MDXLVII. *Bencius Longobardus gente, patria Alexandrinus, Caiusgrandis (Canis grandis) primi, inde nepotum cancellarius, magnae litteraturae uir, omnium historiographorum scripta complectens et a mundi constructione exordium sumens cunctarum gentium nationum regum populorumque omnium simul gesta contexuit, opus grande, uolumen immensum, quod in tres dimensus est partes, ut de illo dici possit quod scribit Veronensis poeta dicens Ausus quidem unus Italorum omne aeuum tribus explicare chartis .i. uoluminibus Iupiter doctis et laboriosis.'* (2) p. 18ᵇ '*Catullus Veronensis poeta, Ciceronis coetaneus, librum uario 'metrorum genere exaratum, multa iocosa et placita continentem, scolas- 'ticis legendum tradidit Protholomaei Alexandri temporibus.*' (3) p. 85ª '*Mamutram Romanum aequitem, Formiis natum, Romae primum mar- 'moreis crustis totius domus suae parietes in Caelio monte operiisse Cor- 'nelius Nepos et Plinius referunt. Addiditque Catullus eum primum 'totis aedibus nullam nisi e marmore Caristeo columnam solidam habu- 'isse.*' (4) 88ᵇ *Siculi libros primum circumcidere coeperunt cum ante pumicarentur, de quo Catullus Qui dono lepidum nouum libellum arrida modo Punicae expolitum. Idem* (h. e. Isidorus). Horum locorum tertius ex Plini H. N. XXXVI. 48 sumptus est. *Primum Romae parietes crusta marmoris operuisse totos domus suae in Caelio monte Cornelius Nepos tradit Mamurram Formiis natum, equitem Romanum, praefectum fabrum C. Caesaris in Gallia ne quid indignitati desit, tali auctore*

[1] '*Qui circumeuntes mare et aridam, orbis ambitum perlustrantes, uniuersitatum quo- 'que diuersarum prouinciarum generalia studia perscrutantes, nostris desideriis militare 'studebant certissima spe mercedis.*' Philob. ib.

[2] '*Stationariorum ac librariorum notitiam non solum intra natalis soli prouinciam 'sed per regnum Franciae Teutoniae et Italiae comparauimus dispersorum, faciliter 'pecunia praeuolante; nec eos ullatenus impediuit distantia neque furor maris absterruit, 'nec eis aes pro expensa defuit, quin ad nos optatos libros transmitterent uel afferrent.*' Philob. ib.

inuenta re; hic namque est Mamurra Catulli Veronensis carminibus proscissus, quem, ut res est, domus ipsius clarius quam Catullus dixit habere quidquid habuisset Comata Gallia. Namque adicit idem Nepos primum totis aedibus nullam nisi e marmore columnam habuisse et omnis solidas e Carystio aut Lunensi. Vnde errasse Pastrengicum apparet, qui Catullo tribuerit quae Nepotis sunt. Caeteros tres locos uix scripsisset, nisi ipsum librum Catulli legisset: nam quae uerba in primo attulit, nusquam alias leguntur; alter, quanquam nihil habet quod ex carminibus ductum sit, habet tamen quae lectorem prodant carminum; unde enim nisi ex ipso libro didicisset Pastrengicus, Catullum 'uariis metrorum generibus usum, multa iocosa et placita scripsisse?' etiam illa 'Catullus Veronensis poeta' ex libri ipsius titulo fortasse desumpsit. Quartus Isidori est (Orig. XII. 6. 3), sed ut recte animaduertit Hauptius, collatus cum Catulli codice[1]. Nam Isidori codices habent *cui, arido:* Pastrengicus *Qui, arida;* et *arida* quidem potuit ex Seruio ipse mutuari; potuit etiam ex codice, siue scripto *arid*$\overset{a}{o}$ siue *aridǫ*. Sic enim scriptum est in Datano codice, si Froehneri specimini fides est; idem autem codex habet *Qui, punice,* quod utrunque legitur apud Pastrengicum nisi quod hic habet *punicae.* Itaque Catulli codicem uiderat cum haec scriberet. Scripsit autem certe non ante annum 1329[2]: quo anno Albertus et Mastinus della Scala nepotes Canis Grandis, Veronae principatum nacti sunt; fortasse non ante 1351[3]. Tum enim Mastinus mortuus est, teste Pagliarino in Annalibus Vicentinis; successit filius eius Canis Grandis II.

Sed et Petrarca, aequalis Pastrengici, Catullum norat: nam et in Triumpho Amoris IV. 19 Catullum Tibullum Propertium una commemorat, et in Senilibus XI. 3 haec dicit *Solet enim, ut Catulli Veronensis uerbo utar, meas esse aliquid putare nugas*[4]*;* et, quod ipsa carmina eum legisse demonstrat, uersus affert grammaticis non citatos, XLIX. 1 *Disertissime Romuli nepotum:* XXXIX. 16 *risu inepto res*

[1] Etiam Tibullum legerat Pastrengicus p. 88^{b} *Osiris Aegyptiorum deus aratra primus apud Aegyptios fecit, terram ferro sollicitauit, et inexperta semina commisit, poma abignotis legit arboribus, palis uitem adiunxit, uiridemque comam dura falce caedere docuit et ex matura uua suaues liquores expressit.* Cf. Tib. I. 7. 29-36.

[2] 1329 significare uidetur epigramma Gratidiadii Grimani '*Annua tunc lapsis memo- 'rabat mille trecentos Tempora uirgo parens ter tria bisque decem.*' Pagliarin. p. 102.

[3] Epigramma apud Pagliarinum p. 114 *Occubui primo post annos mille trecentos Ac decies quinque lux ibat tertia Iulii.*

[4] Hoc ex Plini H. N. Praef. § 1 potuit sumere; sed non credo sumpsisse, cum Plinius mutato ordine uerborum dicat 'putare esse aliquid meas nugas.'

ineptior nulla est: priorem dum ad Colam di Rienzi scribit cii annum 1347 *Eloquio Ciceronem* (*ut dicunt*) *ad quem Catullus Veronen ait: Disertissime Romuli nepotum*[1]*:* alterum in libro *de remediis utrii que fortunae,* Praef. Lib. II. p. 104 ed. Basil. 1581 *Stultorum ris quo inepto res ineptior nulla est ut Catullus ait.* Etiam LXIV. 1 respexisse uidetur in eiusdem libri I. p. 32 *nulla fugae, nulla sp igitur est salutis*[2]. Post Petrarcam Catulli nulla facta est mentio, qu quidem nobis innotuerit, ante annum 1374. Eius anni aestate Col cius Salutatus Florentinus, uir inter doctissimos illius saeculi, in ep stula quam ad Casparum de Broaspinis Veronensem misit, petiit ab e ut Catullum Propertiumque sibi curaret transmittendos[3]. *Benuenut de Imola a quo primum de te grata accepi suggessit imo promisit a impetraturum ut Propertium et Catullum haberem. Nescio si de h scripsit: scio quod interprete non indigeo tecum. Illos si potes fac uideam. Vale mei memor. Fl. XIII. kl. Sext.* Idem mox in epistul ad Benuenutum de Imola ab ipso petit. *Tua epistola nil aliud fec quam amor et caritas, inprimis quod uotorum meorum diligentissimu executor dyomianes* (sic) *Propertium Catullumque procuras quorum mih nil paene nisi nomen innotuit. Quod ut perficere coneris exoro. Ingen enim cupido mihi diu fuit poetas aspicere. Deinde me tanti facis u auctoritate mea utaris ad probandum uerum tragoediarum auctorem e incultam illam epistolam meam qua id declaro candidissime postulasti.... Ego florenti huic urbi dum fata erunt, siue bellum siue fames siue pesti insultat, perpetuum inhaerebo. Quae petisti cum praesentibus mitto. uale. VIII. Kal. Sextilis. Audiui, uae mihi, Petrarcam nostrum ad sua sidera demigrasse. quia nollem non credo et quia timeo factum dubito. Si quid de eo habes rescribe. Iterum uale felix amicorum optime.* Tertia epistula ad Casparum de Broaspinis sic scribit. *Lepidissimas atque ornatissimas epistolas tuas pridie auida manu sed auidiore mente tuo uiso nomine laetus accepi. Si prece uel pretio Propertium de bibliotheca*

[1] Scripsisse haec Auenione Petrarcam testatur idem qui locum protulit Heysius p. 281 editionis suae.

[2] Eodem libro rursus Catullum memorauit I. 59. p. 55. ed. Basil. *Pastor eris officium uile laudatum licet a multis ante alios a Catullo Veronensi;* in quo errasse Petrarcam manifestum est; uenerat in mentem Tibulli I. 1 uel I. 5 uel II. 3 quae Elegia tota est de rure; et I. 69, p. 63. *Quid ex uestris Ouidio? Catullo? Propertio? Tibullo? quorum nullum ferme nisi amatorium est poema;* unde uere uideor posse dicere, id quod ex locis Catulli allatis apparet, Petrarcam omnia Catulli carmina legisse.

[3] Vide Hauptium in Actis Regiae Saxonicae Societatis I. pp. 256–260 ubi tres epistulas citat unde haec excerpsi, postquam eas Mommsenus exscripserat.

illius celeberrimi uiri, Petrarcae inquam, quem nobis subtractum esse, gloriae tamen tam certum quantum potest humano iudicio deprehendi, moleste fero et metrico opusculo, quod absoluere cito ut uellem impedior, lamentor et fleo, haberi posse confidis uel ut meus sit uel ut exemplari queat deprecor ut procures. Catullum quem credo paruum libellum aut exemplatum aut exemplandum rogo transmitte .... Ciceronis epistolas ut alias dixi omnes uellem et libri quantitatem rogo notam facias. Illas circiter LX quas habere te dicis nescio an in continuato opere an excerptas habeas atque delectas, et ideo arbitrio tuo dimiserim numquid illarum me uelis esse participem. Florentiae XXI Decembris. Habuit igitur Properti exemplum Petrarca; Catulli si habuit, mirum quod nihil de eo dixit Colucius. Aut latuit Petrarcae exemplum, aut carmina in alieno libro legerat.

Ineunte ut uidetur saeculo xv [1] Xicho Polentonus in *Epithoma in scriptorum illustrium latinae linguae* (*uitas* suppleuit manus altera) Harl. 4769, qui liber perscriptus est die XXI Iulii 1438, haec dicit lib. II. p. 30 b. *Fuit Emilius Macer Veronensis. Fuit conterraneus eius Valerius Catullus. bello hic ciuili quod in Marium Sylla gessit natus est Veronae. Diem uero ipso in aetatis flore, trigesimum agebat annum, exegit Romae. Poema suum habetur unum ad Cornelium Gallum inscriptum. Epithalamia sunt rebus amatoriis et lasciuiis plena. Feminam quandam cui uerum Clodia nomen erat Lesbiam nomine mutato et falso uocat, eandemque basiis multis milibus basiat.* (Cf. Cat. V, 7, 10.) [2]

[1] *Xichi Polentoni suorum temporum literatissimi uiri*, quae uerba sunt Hieronymi Squarzafici Alexandrini in epistula ad Antonium Serachum Archiepiscopum Corinthiensem, impressa in fine libri anno 1477 editi Venetiis, continentis autem fragmenta Asconii Pediani commentariorum in Ciceronis orationes, qualia scripta sunt in codice a Poggio reperto in Monasterio Sancti Galli prope Constantiam, Dissertationem Georgii Trabezuntii de artificio Ciceronianae orationis pro Quinto Ligario, Inquisitionem Antonii Luschi super XI orationes Ciceronis, Xichonis Polentoni argumenta super aliquot orationibus et inuectiuis Ciceronis. Nota est Xichonis epistula ad Nicolaum de Niccoli de reperto Titi Liui sepulcro Pataui, scripta V. Cal. Nouemb. 1414. Eius in fine haec dicit de se ipso. *Breuius atque ornatius quisquam forte sed uerius (nam ipse ego rebus interfui) nemo dicet. Hoc enim quod sapientia tua dignum munus censui uelut massam quandam auri rudem non modo purgandam sed digniorem ad formam recoquendam refingendamque mitto. Mihi enim seruit non ut tibi illud lepidum quod apud nostros coaetaneos resurrexit sed quoddam commune dicendi genus.*

[2] Hunc Xichonis locum sicut et Petrarcae de Rem. Vtr. Fortunae Praef. Lib. II, p. 104, ed. Basil. et I. 59, p. 55, mecum communicauit Iacobus Mowat, socius Collegii Sidney Sussex apud Cantabrigienses.

Cynthius Cenetensis dictus a Ceneta oppido non longe distant Taruisio, cuius *mira in elegiaco carmine facilitas sed omnino elum atque eneruis* fuisse dicitur a Lilio Giraldo in dialogo I de poetis temporis, in commentario ad Vergili Aeneidem incertum quo an scripto sed ut uidetur inter 1400–1460[1], unde partem quae primos tres libros pertinet Maius edidit in Auct. Class. VII. 32 396, haec habet ex Catullo. Aen. I. 3 Lauinia uenit Littoı *Et non Lauina. Silius Italicus.* Sceptraque fundauit Teucı lauinia uictor. *Catullus Veronensis* 'lauinius acer.' unde cc ligas sic scriptum fuisse in codice Catulli quem uiderat Cynthius, p Lanuinus ater (Cat. XXXIX. 12), quemadmodum acer legit etiamnum in H et Phillippensi.

Aen. I. 4 (*Iuno*) *dicitur Cincia quod cingulum castitatis resoluat nam quando deponebant uirginitatem, cingulum dissoluebant marit Ouidius* zonaque salaci (fallaci) casta recincta manu, *et Catull* quod zonam soluit diu ligatam. (Cf. Priscian. I. 22.)[2]

Sed tardius Catullum innotuisse peregrinis hinc apparet quod i Philobiblio, quem librum de codicibus scripsit Ricardus Buriensis[3] nulla eius facta est mentio. Neque ideo tamen assentior Schwabi

[1] Maius dicit Cynthium *circa tempora Pii II Papae uixisse aequalem Pomponi Sabini, hominem philologia mira abundantem qui multos deperditos hodie auctores adhu legebat.* (p. ix.)

[2] His addi potest quod in Glossario Harleiano 6514 inueni. *Direeus Amphion. Illa quae propter uoluptatem iocunditatemque quae inde nobis perueniunt proponimus, non autem propter dignitatem aut utilitatem: hinc* passer delitie meae *dixit Catullus. In singulari autem* delitia *tigni species est aut a culmine ategulas uersus fustigiatum* (l. fastigiatum) *collocatum unde et tectum delitiatum et tegule delitiares. hin titus* (Hinc Titus) *Vespasiani filius propter clementiam et liberalitatem suam delitie humani generis dictus est.* Vide Paul. Diac. p. 73 Mueller, Sueton. Titus I.

[3] Norat A. Gellium, cuius historiam de Sibylla (I. 19) excerpit, sed ualde immutatam, praeterea citat VI. 10 (p. 246) VI. 16 (p. 233) Prologum (p. 246): norat Ouidium, Horatium cuius Artis Poeticae profert uu. 343, 353 (p. 257), Martialem cuius citat Epig. I. 39; Valerium Maximum, cuius citat duos locos IV. 3, VIII. 7, Senecae Epistulas (p. 264), Suetoni Vitas Caesarum (p. 269), Grammaticum Phocae (p. 245), Priscianum, Donatum (p. 247), Cassiodorum de Institutione diuinarum literarum (p. 257), Platonis Phaedonem Latine expressum (p. 261). Praeterea commemorat hos, incertum an ab ipso lectos an in scriptis citatos aliorum p. 251 '*Quid fecisset Virgilius Latinorum poeta 'praecipuus si Theocritum Lucretium et Homerum minime spoliasset et in eorum uitula 'non errasset? Quid nisi Parthenium Pindarumque cuius eloquentiam non modo potuit 'imitari aliquatenus lectitasset? Quid Sallustius Tullius Boethius Macrobius Lactantius 'Martianus imo tota cohors generaliter Latinorum si Athenarum studia uel Graecorum 'uolumina non uidissent?*'

existumanti inuentum codicem neminem transcripsisse ante eum qui anno 1375 Sangermanense exemplum exarauit. Qui quamuis autumarit nullum aliud extitisse exemplar unde posset libelli habere copiam exemplandi, unde id certo scire poterat? Nam si constat ineunte saec. XIV inuentum esse codicem Catulli, si iam anno 1329 tres Catulli uersus excerpsit scriptor Veronensis Anthologiae, si anno 1347 legerat citaueratque Petrarca, eodemque fere tempore Pastrengicus, uidentur iam anno 1350 tria minimum facta fuisse exemplaria: quae intra hunc numerum stetisse nec ueri simile est, et aliud demonstrat codicum qualis ad nostram aetatem peruenit condicio.

Nam quod uir peritissimus codicum H. O. Coxe mihi confirmauit, codicem Canonicianum 30 et ipsum saeculo XIV scriptum esse, id ad hanc quaestionem maximi esse neminem, ut opinor, fugerit qui apparatum nostrum accuratius excusserit. Iam in editione anni 1867 dixeram hunc codicem (*O*) me aut antiquissimum habere omnium qui nunc extarent aut uno Germanensi inferiorem. Nunc cum Behrensium uideam idem ex meo libro perspexisse eamque rem fusius tractasse in Analectis Catullianis qui libellus Ienae prodiit anno 1874, minutius de codice dicendum est.

Iam primum locos apponam in quibus *G* et *O* contra ceteros codices ita conspirant ut maiorem antiquitatem testentur: cf. Behrens. p. 31.

XI.	3	ut *G O*, ubi *cett.*
XXXI.	13	gaude *GO*, gaudete *cett.*
XXXVII.	2	pilleatis *GO*, pileatis *cett.*
XXXVIII.	2	male si me *GO*, male est si me *cett.*
LXI.	169	hac tibi *GO*, ac tibi *cett.*
LXIV.	213	egens *GO*, Aegeus *cett.*
	324	opus *GO*, opis *cett.*
LXVII.	12	istius *GO*, isti *plerique.*
LXVIII.	37	noli *GO*, nolim *cett.*
	81	nouit *GO* cum *Ven*, uouit *cett.*
LXXVI.	11	qui tui animo offirmas *GO*, Qui tu animo offirmas *cett. plerique*
	18	extremo *GO*, extrema *cett.*
XCVII.	8	megentis *GO*, meientis *cett. plerique*
CII.	1	ab antiquo *GO*, ab amico *cett.*
CV.	1	pipileum *GO*, pipleium *cett.*
CXII.	1	homo *GO*, homoque *cett. plerique.*

His adde lectiones quarum prima manus in utrisque *GO* consentit.

LXIV. 137 crudeles mentes *pr. G, O cum h,* crudelis
G a m. sec. et cett.
145 adipisci *pr. G, O,* apisci *G a m. sec. et cett.*
249 tamen prospectans *O,* tamen praspectans *G,*
aspectans *cett. plerique.*

Haec omnia incorruptam antiquitatem prae se ferunt, si cum codicibus comparentur; partim enim sunt eiusmodi ut per indicent quid in codice illo scriptum fuerit quem inuenerat Veron ueluti sunt *gaude hac tibi opus nouit ab antiquo crudeles mentes* quae omnia post exaratos *GO* correcta crediderim; partim lectionem soli exhibent, uelut *ut* XI. 3, *offirmas* LXXVI. 11. illud *adipisci* LXIV. 145 considera quanti sit; nam hoc in prim codice scriptum non *apisci* fuisse, testantur, ut dixi, codices Com Hieremiae Iudicis cum editione Veneta: nec dubito quin si plu Catullo sumpsisset Hieremias plura etiam in Compendio super quae cum *GO* collata ex principali illo fonte ducta uiderentur.

Venio ad locos quos sincerius *O* quam *G* tradidit: cf. Bae p. 29.

III. 9 circum silens al. siliens *O,* circum siliens *G*
V. 8 mille *O,* mi *G*
XVII. 25 derelinquere *O,* delinquere *G*
XXIV. 4 mi dededisses *O,* mi dedisses *G*
XXVIII. 12 urpa *O,* uerba *G*
XXIX. 19 scit *O,* sit *G*
XXXIV. 12 Omniumque *O,* omnium *G*
XXXIX. 2 sei ad rei *O,* seu ad rei *G*
XLIV. 11 Oratione minantium petitorem *O,* orationem m
tium petitorum *G*
XLV. 1 Septimios *O,* Septimos *G*
LV. 11 Quedam *O,* Quendam *G*
LVIII. 5 magna amiremini *O,* magna admiremini *G*
LIX. 1 fellat *O,* fallat *G*
LXI. (187) uelut *O,* uultu *G*
LXII. 3 pinguis *O cum Thuanaeo,* pingues *G*
8 sic certes . i. *Thuanaeus,* sic certe si *O,* sic cert
(63) Tertia patris pars est data tertia matri *Thua*
Tercia pars patri est data tercia matri *O,*
pars patri data pars data tertia matri *G*

LXIII.	46	sineque is *O*, sineque his *G*
	81	terga *O*, tergo *G*
LXIV.	130	atque haec *O*, atque hoc *G*
	138	mirescere *O*, mitescere *G*, miserescere *Catullus*
	165	Externata *O*, extenuata *G*
	174	in Creta *O*, in Cretam *G*
	179	ponti *O*, pontum *G*
	183	lentos *O*, uentos *G*
	291	Flamati *O*, Flamanti *G*
	301	Palea *O*, Pelea *G*
	377	Esterno *O*, Externo *G*
LXV.	14	assumpta (i.e. assumptei) *O*, assumpti *G*
LXVI.	45	cumque iuuentus *O*, atque iuuentus *G*
	55	auolat *O*, aduolat *G*
	72	ullo *O*, nullo *G*
LXVII.	8	ueterem *O*, uenerem *G*
	42	concillis *O*, conciliis *G*, ancillis *Catullus*
LXVIII.	2	mittis *O*, mittit *G*
	46	cata *O*, certa *G*
	(66)	allius *marg.* manllius *O*, manlius *G*
	(119)	tam *O*, causa *G*
	(130)	efflauo *O*, eflauo *G*, es flauo *Catullus*
LXXI.	2	secunt *O*, secum *G*, secat *Catullus*
LXXVII.	1	amice *O*, amico *G*
XCVII.	3	nihiloque *O*, nobisque *G*
XCIX.	8	abstersti *O*, abstersi *G*

Sed et orthographiae antiquorum plura in *O* supersunt quam in *G* uestigia. Huiusmodi sunt XI. 14 *temptare*, LXIII. 92 *era*, LXIV. 56 *sompno*, 57 *harena*, VII. 3 *harenae*, LXIV. 190 *adiuis*, 223 *querellas*, LXVIII. (92) *ei* non *hei*, LXIV. 52 *fluenti sono*, 252 *nisi genis*, LXVIII. (112) *falsi parens*, LXIII. 72 *nemori uagus*, XCVII. 10 *pristrino* quibus adicias coniunctas cum casu suo praepositiones *ad auris*, LXIII. 75, *impectore*, LXIV. 72, *affesso* (*a fesso*) 189, *incorde* 54, LII. 2 *incurulu* (? *incurulei*).

Quanquam hoc quidem etiam in *G* cadere infra demonstrabo.

Etiam maioris momenti ad *O* aestimandum sunt quod (*a*) duo uersus LXVII. 21 *Languidior tenera cui pendens sicula beta* LXVIII. 16 *Iocundum cum aetas florida uer ageret* qui in ceteris codicibus bis leguntur, prior in loco suo et post LXIV. 386, alter in loco suo et post

LXVIII. 49. in *O* semel tantum post LXIV. 386, LXVIII. 49 co parent in loco suo sunt omissi. Nam ex hoc intelleguntur, id qu uere Behrensius perspexit, semel tantum scripti in eo fuisse codi quem Veronensis inuenit; cuius ex apographo quod non longe ipso distaret credibile est scribam qui *O* exarauit, hominem ignaru nec nisi scribendi peritum, eos quomodo inuenisset repraesentass nec, quod postea factum est etiam in Sangermanensi, ita exempl ausum immutare, ut et locis suis LXVII. 21, LXVIII. 49 uers redderet, et alienis tamen, ubi falso scriptos uidit, relinqueret. ((Versus isti XCII. 3. 4 *Quo signo? quia sunt totidem mea. Deprec illam Assidue, uerum dispeream nisi amo* ex uno *O* arguuntur in Verc nensis codice fuisse, non, ut Lachmannus existumauit, ab Italis saecu XV ex Gellio in Catulli codices influxisse. Nihil me credo planiu demonstrasse quam quomodo hi uersus exciderunt. Nam postquan scriba aliquis, confusis quae in fine sunt uu. XCII. 2, 4 *dispeream nis amat, dispeream nisi amo*, u. 2 ita scripserat ut *amat al. amo* in librun

al. amat

suum inferret, hoc ipsum *amo* in Bononiensem influxit, in caeteris aut *amo* aut *amat* solum reperitur. (*c*) Solus *O* spatium habet quinque uersuum ante LXI. Id indicio esse credo omissorum in LXI, non unius tantum uel duorum, sed complurium etiam uersuum. Recte enim, si quid uideo, indicaui intercidisse inter 78 et 79 quattuor uersus, quibus additis duae strophae complerentur.

Ad haec signa uetustatis etiam illud Behrensius adnumerauit quod, tituli carminum in *O* non inueniuntur. Sed nihil mihi inde ad uetustatem comprobandam uidetur accedere; quanquam enim absunt tituli, spatia tamen supersunt titulorum: nec cuiquam illud ueri simile uidebitur, titulos istos quales in *G* et plerisque leguntur post finem denique saeculi XIV inductos fuisse; adeo sunt omnibus modis possumdati corruptique. Nam a multis carminibus omnino absunt, uelut a LXXII usque ad CXVI nonnisi ante LXXII LXXVII LXXX LXXXIX XCIII C CI extant; interdum a loco suo tralati sunt, ut *ad Egnatium* quod ante XXXIX scribendum fuerat, nunc post XXXVII. 16 legitur, *ad Caesarem* quod non ante XCIII, ubi oportuerat, sed ante XCII positum est; interdum uitiose scripti sunt ut LXV *ad Ortalem*, interdum ridicule ut XXXVI *Ad Lusicacatam*. Quae monstra quis est qui credat a scribis inducta eius aeui quod post Petrarcam fuit? nec potius iudicet a communi aliquo deriuata fonte qui antiquioris saeculi inuenta multo tempore immutata ac deprauata acceperit tradideritque. Neque hoc coniectura tantum nititur; nam etiam in Vaticano codice

omissi sunt tituli; atqui in Bononiensi (*B*) et Laurentiano primo (La[1]), qui artissime cum Vaticano conspirant, iidem leguntur. Credo eadem de caussa et in *O* et in *V* omissos; scriba pictis literis supplendos reliquerat, postea non suppleuerat.

Multo magis in hac re ualere censeo speciem ac formam codicis; nam *G* quidem annum suum 1375 diserte testatur; *O* autem tum litterarum forma, tum quod interdum propius accedit ad eam scripturam quam in Veronensis codice possumus fingere, cuius rei insigne exemplum est illud *nihiloque* XCVII. 3, uix minorem antiquitatem prae se ferre existumo. Accedit documento ipsa scribae inscitia, nam qui in fine codicis scripsit *Finito Libro referamus gracia Christo*, is Latini sermonis paene rudis fuit, nec quicquam potuit de suo immutare.

Itaque quod iam anno 1867 dixeram codicem Oxoniensem (*O*) aut antiquissimum mihi uideri omnium aut uno Sangermanensi inferiorem, idem nunc asseuerantius dixerim; neque ita tamen ut non iudicio cedam eorum qui multis annis codices omnis aeui tractando retractando paulum temporis inter *O* et *G* intercedere arbitrantur. Neque tamen Behrensio adsentior opinanti hunc unum ex omnibus librum pro sincero habendum esse; neque id ullo modo uerum potest esse quod sibi persuasit, ex *G* ceteros omnes profluxisse. Nam si *O* pro sincero solus habendus esset, ecquidnam esset lectionibus tribuendum quas exhibent ceteri ueterrimi codices, *O* non habet? Sunt enim non pauci loci, ubi longius a uero *O* abest quam aut *G* aut *Ven* aut *Bon* ubi quidem hic legi poterat, aut Datanus et noster *a*, aut denique etiam *C* (Colbertinus). Comparentur haec.

X. 26 Sarapim *D*, S^{e}arapim *G*, Serapini *O*
tu insula *BG*, tulsa *O*, tu insulsa *Catullus*
XXV. 2 moricilla *BDG*, moricula *O*
LXIV. 16 Illa atque alia *BDG*, illa alia *O*
77 Androgeoanee *G*, Androgeane *O*
139 nobis *G*, blanda *O*
270 procliuas *BDG*, procliuit *O*
273 leuiter sonant *BDG*, leuiterque sonant *O*[1]

[1] Hanc lectionem codicis *O* Behrensius ueram esse existumat; mihi contra uidetur lectio altera *leuiter sonant* propius ad uerum accedere. Nam facile interpolatur *que*, ut ex his locis apparet:

VI. 15 *bonique malique O*, *boni malique* plerique

LXIV. 355 prosternēs *G a m. pr.*, prosternens *BD*, prosternet (
LXV. 3 dulcissimus harum *BDG*, dulcissimus hauum *O*
LXXXIV. 2 insidias he *G*, insidias hee *O*
XC. 6 Omne tum *BG*, Quintum *O*, omentum *Catullus*
CIII. 2 est o *BG*, es o *D*, est *O*, esto *Catullus*
XIII. 9 meros amores *BG*, meos amores *O*
LXXII. 6 Multo ita me nec *BGO*, Multo" me "ita nec *C*, qui uerae scripturae uestigia solus seruauit. Scripsit enim Catullus *Multo mei tamen es.*

Venio ad locos ubi duplices scripturae siue altera alteri superscriptae siue in contextu appositae siue denique in margine adscriptae fuerunt. Harum plurima pars in *G*, paucae in *O*, nonnullae in *B* seruantur. Has Behrensius congessit pp. 35–38; existumatque in principali illo Veronensis codice fuisse. Quod quanquam et ipse olim factum credidi, et nunc credo fieri potuisse, nequaquam tamen id pro explorato habuerim. Nam si codicis eius quem Veronensis inuenit cum multis annis deperditus esset obscuriores iam factae essent litterae, ut quisque accuratior in describendo fuit, diligentiam adhibiturus erat ut quae incerta legenti uiderentur, incerta ipse traderet, idque significaret apposito quod rectius esse posset. Sed cum horum διττογραφουμένων haec sit ratio ut pleraque in *G* inueniantur, pauca tantum in *O*, cuius par antiquitas scriba inscitior, huc magis inclino, ut credam neque *G* neque *O* ex primo illo codice transcriptos; sed cum is iam anno 1300 innotuisset, Germanensis autem non ante 1375, *O* eodem fere tempore scriptus esset, inter hos utrosque et illum primum codicem unum saltem ex hoc descriptum exemplar, fortasse etiam plura intercessisse; neque uero ex eodem apographo utrosque *G* et *O*, sed *O* ex simpliciore, *G* ex recentiore descriptum. Nam, ut dixi, iam in *G* exciderunt XCII. 3, 4, praeterea bis leguntur LXVII. 21 et LXVIII. 16; quod cum ad indiligentiam scribae referri nequeat, dicit enim se a corruptissimo exemplari transcripsisse, decreuisse tamen potius corruptum habere quam omnino carere, credibile est haec iam in apographo

XVI. 10 *bonisque malisque*, omnes sinceri
VI. 8 *Sertisque Assyrioque* Datanus, *Sertis asirio* plerique
XLV. 22 *Syriasque Britanniasque GO* et plerique

quibus addendum censeo XI. 11 *horribilesque ultimosque*, cum hic quoque alterum *que* ex altero ortum sit. Alia est ratio XXXIV. 12 ubi *O* recte habet *Omniumque*, ceteri plerique *Omnium;* credo propter repetitum in uu. 10, 11 *que*. Sed non pluris habeo *leuiterque* in *O* quam quod idem codex habet LXVIII (93) *iocundumque*.

unde ductus est *G* omissa fuisse: contra *O* cum ab indoctiore scriba exaratus fuerit, nullo modo credibile est aut XCII. 3, 4 non in apographo fuisse quod hic transcriberet, aut LXVII. 21, LXVIII. 16 non in loco suo omissos, in alieno tantum scriptos comparuisse. Quae si uera sunt, quae res in causa fuit ut progrediente saeculo XIV alterum apographon XCII. 3, 4 omitteret, LXVII. 21 et LXVIII. 16 bis exhiberet, alterum XCII. 3, 4 retineret, LXVII. 21 et LXVIII. 16 semel tantum et in loco alieno exhiberet, eadem res facere potuit ut διττογραφούμενα ista in *O* antiquiore uel ex antiquiore ducto pauciora essent quam in recentiore uel ex recentiore ducto *G*. Et sane sunt non paucae ex lectionibus quae in *G* sic διττογραφοῦνται eiusmodi ut corruptam scrip-

al. hic al. ille *al. cyrenis*
turam interpretari uideantur, e. g. VI. 9 *et hec et illo*, VII. 4 *tyrenis*
al. quonam *al. nec* *al. salsum* *al. muneri*
X. 8 *et quoniam* X. 13 *non* XII. 4 *falsum* XII. 15 *numeri* XIV. 15
al. optimo *al. salse* *al. seruus* *al. araneoso*
opimo XIV. 16 *false* XXIII. 1 *seruo* XXV. 3 *arãcoroso*
al. sis quocũque tibi placet *al. pena*
XXXIV. 21 *scis quecũque tibi placent* XL. 8 *poema* XLII. 3
al. iocum *al. in* *al. pinnipesue*
locum LV. 4 *id circo* LV. 17 *primipesue* LXI. (120) *lotatio*
al. bonei *miseriter*
marg. *al. locutio* LXI. (225) *bolnei* LXIII. 49 *miseritus* LXIV. 3
al. Phasidos *al. corollis* *arsinoes*
Fascidicos LXIV. 283 *curulis* LXVI. 54 *asineos;* modo ne credas ipsum scribum *G* ea sic interpretatum, saltem pleraque; neque his lectionibus fidem omnino deneges, quasi interpretationis uicem semper impleant, aut eodem tempore omnes sint conscriptae. Nam
al. salsum
cum nonnullae earum etiam in *O* compareant, XII. 4 *falsum G*, *falsum al' salsum O*, aliae in *O* solo, ut XXII. 15 *uel neque*
al. neque
nec idem quod uidetur ex male intellecto *nec idem* ortum, III. 9 *circum silens al. siliens*, LXVIII. (66) *Allius* marg. *Manllius*, LXVIII. (84) *Posset ut ab in nupto* fortasse ex *abrupto al. in nupto* conflatum; aliae in *B* (Bononiensi) aut solo aut cum *G*, uelut XXV. 2 *arãcoroso al. araneoso BG*, XXVIII. 11 *parum al. pari BG*, XXX. 9
al. idem
inde B, XXXIII. 4 *uoratiore al. uolantiore BG*, C. 2 *Treronensum al. Veronensum B*, *Treronensum O*, *Veronensum G*, XXXIX. 19 *expolitor al. expolitior B*, *expolitor O*, *expolitior G*, pleraeque autem sint eiusmodi ut quae in *G* coniunctae leguntur, earum alterutra in *O* et caeteris codicibus

•

al. ligatam *al. castorum*
sit, e.g. II. 13 *negatam G*, *negatam O, ligatam* plerique, IV. 27 *castrum*
al. cyrenis
G, castrum O, castorum B a m. pr., VII. 4 *tyrenis G, tyrenis O, cireni*
al. sanam
La^{2}, IX. 4 *uno animo suamque G, uno animo sanamque O* cum
al. loco
plerisque, *uno animo suamque C*, XII. 2 *ioco G, loco O, ioco* plerique,
al. muneri *bis*
XII. 15 *numeri G, numeri A La*^{1}*O V*, XXI. 6 *experibus G, ex-*
al. seruus
peribus BD, experibis plerique; XXIII. 1 *seruo G, seruo BO, seruus*
i
alii; XXV. 5 *ostendet G, ostendet DO, ostendit* plerique; XXVIII. 14
nobis *al. credens*
uobis G, nobis BO, uobis CD; XXXI. 5 *crederis G, crederis D,*
al. pena
credens O et plerique; XL. 8 *poema G, poema H, pena* uel *poena* plerique; L. 13 *omnem al. essem BG*; *omnem D, essem* plerique;
al. carmina *al. crude*
LIII. 3 *crimina G, carmina D, crimina* plerique; LV. 26 *crede G,*
al. in
crude La^{2}, *crede* plerique; LV. 4 *id G, id O, in* plerique: ex hoc autem ipso conspectu intellegantur hae lectiones et *G* et *O* aetate plerumque anteire; necesse est uetustatis aliquantum habere uideantur. Atque ipse in editione anni 1867 idem quod nunc Behrensius censet opinatus fueram, has διττογραφίας in unico illo exemplari fuisse quod ad Veronam relatum est circa 1300: nunc ueri similius credo aut paucas tantum aut nullas ibi extitisse; sed cum codex ille, ut pote qui diu latuisset, aeuo ac situ, simul conpendiis scripturae difficilior lectu iam factus esset, eos qui annis 1300–1350 hunc describerent, incertos quidnam ex obscurioribus litteris eliciendum esset, modo alterum illud quod uerum esse posse arbitrarentur, apposuisse, modo quod uerius iudicarent solum descripsisse; sic factum ut quo tempore *O* exaratus est, iam extarent duo saltem apographa quae dissimili modo Veronensis codicem repraesentarent; alterum sincerius, ut nondum omitteret XCII. 3, 4, semel scriberet LXVII. 21, LXVIII. 16, pauca denique διττογραφούμενα haberet, dico codicem unde ductus est *O*; alterum recentius, iam omissis XCII. 3, 4, bis scriptis LXVII. 21, LXVIII. 16, διττογραφίᾳ pluribus locis admissa longius a primo fonte remotum; dico codicem unde ductus est *G*. Neque ideo tamen colligas duplices scripturas quas in *G* manus prima intulerit omnes in apographo fuisse unde descriptus est; neque hoc definire ullo modo ausim, quibus modis ad eam διττογραφιῶν multitudinem peruentum sit

quae ut in *G* solo prope uniuersa nunc legitur, ita ex caeteris codicibus circa 1350 iam latius patuisse arguitur.

Errat enim Behrensius dum omnes Catulli codices qui noti sint praeter *O* ex *G* deriuatos opinatur ideo quod solus *O* XCII. 3, 4 seruarit, LXVII. 21, LXVIII. 16 semel scriptos exhibeat; caeteri omnes XCII. 3, 4 omiserint, LXVII. 21, LXVIII. 16, non in aliena tantum sed sua etiam sede habeant: denique ex lectionibus quae in *G* coniunctae reperiantur alterutra semper in caeteros codices peruaserit. Non enim hinc efficitur ex *G* reliquos codices, sed ex eodem apographo et reliquos codices et ipsum *G* profluxisse. Nam ne potuit quidem *G* fons esse reliquorum. Si enim esset, unde in hos uenerunt tot tam incorruptae lectiones quae in *G* nullae sunt? e. g. XV. 16 *nostrum G, nostrorum* plerique; LXIV. 301 *Pelea G, Palea* plerique; 309 *incinxerat G, intinxerat* plerique; 360 *lumina al. flumina G, flumina* ceteri; LXV. 14 *Baiulas G, Dauilas BLa*[1] *La*[2], LXVI. 5 *sublimia G, sublamia B, sub Latmia* Catullus; LXVI. 45 *atque G, atque al. cumque B;* LXVI. 71 *Parce G* et *O, Pace* ceteri; LXVI. 83 *colitis G, petitis* Datanus, *queritis* plerique: LXVII. 35 *arnat G, narrat* ceteri; LXVII. 42 *cum conciliis* (*al. conciliis*) *G, cum aliis* Ven.; LXVIII. 3 *Naufragum G, Naufragium O* et plerique; LXVIII. 29 *tepefacit G, tepefacta La*[2] (*tepefactat*), *tepefacit* Ven; LXVIII. (144) *uenit G, uenitis* (*uenit*) Ven.; LXIX. 8 *cui cum G, quicum B* et *a*, quem codicem inter sinceriores habeo; LXXII. 6 *multo ita me nec G, multo'' me ''ita nec* Colbertinus, *multo mei tamen es* Catullus; XCVI. 5 *dolor est G, dolore est ACHLa*; C. 2 *ueronensum G, treronensum al. ueronensum B, treronensum CLa*[1] et *O;* C. 6 *est exigitur est G, est igitur* (*al. exigitur*) *B, est igitur est* quattuor *exigitur* alii; CIII. 3 *mimi G, numi* (*al. mimi*) *B, mimi* uel *minimi* uel *nimium* alii. Vel quid fecit ut quod in margine *G* scriptum est ad LXIV. 322 *Epythalamium thetidis et Pelei* id in *BLa*[1] quos ex *G* derivatos censet Behrensius sincerius sic legatur *Epitalamion* (*Epitalamiom B*) *tethidis* (*thetidis La*[1]) *et Pelei?* Denique Datanum ex *G* ductum quis est tam delirus ut uel credat uel suspicetur? in quo uno tot sunt sincerae uetustatis indicia ut quanquam non ante annum 1463 exaratus est, multis locis propius ad originem uideatur accedere quam *O* uel *G* uel qui his non multo posterior est, B.

Incidit hic quaestio, post inuentum illum unicum codicem omnes

ab eo transcripti fuerint, an serius in lucem alter prodierit, ex quo aliquot sed pauciora exempla deriuata sint. Codices, ut dixi, praeter Thuanaeum in duo genera diuiduntur; alterum G et eius similium quae maxima turba est, alterum D et eius similium Riccardiani et nostri codicis *a*. Itaque uidendum haec duo genera an aliquid habeant tam diuersum, ut ab uno fonte profluxisse nequeat. Habet igitur D haec aut sui propria, aut cum uno tantum alteroque communia.

1. Omittit XXXIX. 4, 5 *Renidet ille—mater*, XLII. 12 *Redde putida moecha codicillos*, LXII. 54, 55 *At si forte eadem est ulmo coniuncta marito Multi illam agricolae multi accoluere iuuenci*, LXIV. 258 *Pars sese tortis serpentibus incingebant* (abest etiam a Riccardiano), LXIV. 362, 3 *Denique testis erit morti quoque reddita praeda Cum teres excelso coaceruatum aggere bustum*, LXIX totum, XCVIII. 2–5 *Id quod uerbosis—uis omnis perdere, Victi*[1].

2. Habet haec uestigia antiquioris scripturae. I. 1 *Qui*=*Quoi*, et sic II. 3, I. 10 *peremne*, VI. 10 *cassa*=*quassa*, VII. 4 *Lasarpiciferis*, et sic VIII. 1 *in aptire*, XXII. 14, XLIII, 8 *infaceto*, *infacetum*, XLIII. 8 *insapiens*, LXI. (120) *Fascennina*, X. 26 *Sarapim*, XVII. 6 *Sali-subsali*, XI. 23, LXIV. 303, LXXXIV. 11 *posquam*, XXII. 18 *omnis*, XXIII. 8 *conquoquitis*, XXXIX. 18 *minsit*, XLV. 24 *libidinisque*, XLVI. 4 *Liquantur*, L. 1, 8 *Lucini*, LXI. (127) *Talasio*, XXXV. 18 *incohata*, LXII. (60) *equo* (h. e. *aequom*) LXIII. 92 *tuo* (h. e. *tuos*), LXIV. 174 *in Creta*, 291 *aerea*, cf. LXVIII. (57), LXVIII. (51) *Anatunsia* (*Amathunsia*), (78) *eris*, (92, 3), *ei* (*hei*), (124), *uoltarium* (*uolturium*), LXXX. 3 *domum* (scriptum fuerat *domu*), XCV. 7 *amnales*. His adice errores qui antiquissimum codicem produnt, eundemque saepius confusis litteris et syllabis nunc per signa contractis, nunc inter se coalescentibus, nunc disiunctis obscuriorem. I. 2 *punice* (*pumice*), VIII. 6 *Ili* (*Ibi*), X. 20 *cito* (*octo*), XII. 1 *finestra* (*sinistra*), XIII. 8 *aranarum* (*aranearum*), XIV. 16 *non modo hoc* (*non non hoc*), XVI. 9 *pruria* (*pruriat*), XXII. 1 *Vale* (*Vare*), XXIII. 21 *atque labillis* (*ac lapillis*), XXV. 9 *tuis o ingunibus* (*tuis ab unguibus*), XXXV. 14 *dominam illo miselli* (*dominam ex eo misellae*), XL. 1 *inuide* (*Rauide*), XLIV. 4 *Sabini pignioris* (*Sabinum pignore*), LV. 12 *in uirosis* (*in*

[1] uu. 334–337 *Nulla domus tales unquam contexit amores—fusi*, non adieci, ut pote qui non a D solo, sed a multis codicibus absint; nec quod habet LXV. 9 cum habeant etiam alii, ut etiam ineptum uersum LXVIII. 47 *Omnibus et triuiis uulgetur fabula passim*.


roseis), LVI. 7 *rigido meo* (*rigida mea*), LXI. 44 *dux bene* (*dux bonae*), (156) *ammuit* (*annuit*), (220) *Matrizans* (*Matre Laus*), LXII. 8 *pernicitor exilluere* (*perniciter exiluere*), 17 *alios* (*animos*), LXIII. 28 *tasiis* (*thiasus*), *trepitantibus* (*trepidantibus*), 75 *geminas ad aures deorum* (*geminas deorum ad aures*), 85 *adoram talis* (*ador' talis, adortans*), LXIV. 10 *pinee* (*pinea*), 26 *cum* (*cui*), 62 *flutuat* (*fluctuat*), 125 *clarissimas* h. e. *clarisunas* (*clarisonas*), 183 *unctos* (*uentos*), 204 *in uoto* (*in uicto*), 216 *indibius* (*in dubios*), 227 *duget*, 237 *aera* (*aetas*), 248 *in memore* (*inmemori*), 251 *Yacus* (*Iacchus*), 293 *Vestibuli* (*Vestibulum*), 301 *Pallada* (*Pelea*), 366 *omnia* (*copiam*), 380 *cares mittes* (*caros mittet*), 394 *laetefero* (*letifero*), LXVI. 39 *cassi* (*cessi*), 40 *adiuntio* (*adiuro*), LXVIII. (58) *prosilta e lapide* (*prosilit e lapide*), (84) *et obrupto* (*ut abrupto*), (100) *Detinat* (*detinet*), (112) *Aldit* (*Audit*), LXXI. 4 *Morfice* (*Mirifice*), LXXII. 1 *Dicabis* (*Dicebas*), LXXVI. 12 *inuito desinas* (*inuitis desinis*), LXXXIII. 6 *Inuita* (*Irata*), XCV. 1 *Cine* (*Cinnae*), XCVII. 5 *Nam sine dentibus est hic: dentis hos sexquipedalis;* XCVII. 10 *petrino* (*pistrino*, h. e. petrino), CI. 9 *multa mea munera* (*multum manantia*).

3. Sunt etiam in Datano hae lectiones quae aut in nullo alio codice aut in paucis reperiuntur. VI. 8 *Sertisque* (*Sertis*), IX. 6 *Visamque* (*Visamte*), X. 32 *pa?atum* (*pararim*), XII. 14 *Thessala* (*Saetaba*), XXX. 4 *improba* (*impia*), XLII. 6 *Prosequamur* (*Persequamur*), LXIV. 107 *Indomitum* (*Indomitus*), 123 *descendens* (*discedens*), 126 *ostendere* (*conscendere*), 163 *Purpureaque . . prosternens* (*Purpureaue . . consternens*), 187 *ostendunt* (*ostentant*), 188 *languescunt* (*languescent*), 279 *celestia* (*siluestria*), 308 *rubicunda* (*tuos*), 314 *librabat uertice* (*uersabat turbine*), 325 *lenta* (*laeta*), 343 *conferat* (*conferet*), 350 *in cinerem* (*in ciuium*), 369 *procurrens* (*succumbens*), 389 *prospexit* (*conspexit*), 391 *bacchantis* (*euantis*), LXV. 21 *oblitum* (*oblitae*), 24 *pudor* (*rubor*), LXVII. 17 *possim* (*possum*), 29 *narrem* (*narras*), LXVIII. 13 *Aspice* (*Accipe*), (64) *Leniter* (*Lenius*), (72) *in solea* (*solea*), (76) *conciliasset* (*pacificasset*), (102) *deos* (*focos*), XCVII. 3 *nihilo inmundior illo* (cett. plerique *nobisque inmundius illud*), CVII. 2 *animi* (*animo*), CVIII. 4 *excepta* (*exerta*).

Haec omnia si cum plerisque comparentur codicum alterius generis, dico Sangermanensem, Bononiensem, Laurentianum, Ambrosianum, antiquitatis minus in his esse quam in Datano intellegas. Atqui Sangermanensis (*G*) scriptus est 1375, Datanus (*D*) non ante 1463. Id tribus modis fieri potuit. Aut enim (1) errauit ut supra demonstraui

scriba libri Germanensis, dum unicum se exemplar quod extaret dicit transcripsisse, nec uerum codicem a Veronensi repertum transcripsit, sed aliquod eius exemplar; aut (2) si ab eodem illo unico codice profecti sunt et G et D, uel is unde D ductus est, exactius pressiusque codicis uestigiis inhaesit qui D exarauit quam qui G; hic enim errata corrigendo, coniungendo quae separata, disiungendo quae praue copulata erant, exemplo suo speciem dedit nouitatis a Datano alienae; aut (3) omnino origine diuersi sunt D, G. Et ab omissis quidem in D uersibus non multum colligitur: omnes enim praeter LXIV. 362, 3 propter repetitum aliquod uocabulum uidentur excidisse[1]. Sed tamen illud notandum est duos ex locis omissis in D etiam in Riccardiano omissos esse, non item in ceteris. Nec uero diuersa ratio scribendi tantum ualet ut duplicem originem demonstret codicum D, G: potuit enim, ut dixi, idem liber dissimili modo transcribi. Sed haereo in uariis lectionibus. Confer quaeso haec, *Thessala Saetaba, improba impia, ostendere conscendere, prosternens consternens, celestia siluestria, rubicunda tuos, librabat uertice uersabat turbine, procurrens succumbens, bacchantis euantis, pudor rubor, Aspice Accipe, conciliasset pacificasset, deos focos, excepta exerta.* Quae si ab eodem fonte profectae sunt a quo G, miror nullum ex iis aut in margine G appositam aut medio uersui superscriptam, quales multae in G obuersantur, fuisse; miror ex tanta codicum multitudine (septuaginta fere numerantur) in duobus tantum Riccardiano et *a*, qui quidem adhuc innotuerint, horum quicquam occurrere. Interpolatas non credo; quamuis enim non absint quae eiusmodi uideantur, uniuersi tamen codicis ea est natura, quae maximam simplicitatem prae se ferat. Et quis putet interpolatorem *Saetaba* in *Thessala* mutaturum fuisse, cum *Saetabum* legatur etiam XXV. 7, aut *ostendere procurrens celestia* scripturum pro iis quae exhibent reliqui codices *conscendere succumbens siluestria?* At

[1] Etiam LXIX *Noli admirari—fugiunt* non absurde Boehmius suspicatus est propter confusum carminis LXX. 1 *Nulli se dicit* excidisse. Sed cum c. LXIX etiam in Riccardiano omissum sit, aut a Datano deriuatus est Riccardianus, aut, ut potius credo, ambo a communi fonte profluxerunt. Cf. LXIV. 258 qui uersus et ipse abest ab utroque. Sed et c. LXIX et LXIV. 258 leguntur in *a*. Vnde tale stemma efficitur.



ut ab origine Datanus uno saltem distet codice.

enim scriba Germanensis, homo accuratior, nihil errauit in describendo codice; errauit is qui D uel eum unde D ductus est descripsit. Largior pauca sic per errorem fieri potuisse e. g. *paratum Prosequamur Indomitum descendens ostendunt languescunt lenta conferat oblitum possim narrem Aspice*, quae omnia male intellectis litteris fortasse deliquit scriba Datani; recte enim uidentur G et plerique libri exhibere *pararim Persequamur Indomitus discedens ostentant languescent laeta conferet oblitae possum narras Accipe*. Sed nego hoc in cetera cadere; nec si accuratior fuit scriba Germanensis, non summam curam in eo posuisset, ut librum quem describebat exactius sequeretur. Atqui antiquitatem magis sapiunt lectiones Datani; unde, si ab eodem uno fonte ducti sunt D et G, D ex antiquiore G ex recentiore apographo descriptus est. Et sane sic factum esse indicio sunt uersus isti XCII. 3, 4 etiam in Datano omissi, LXVII. 21 et LXVIII. 18 bis etiam in Datano scripti. Nam hoc in ceteris codicibus omnibus excepto uno O factum est: nec quisquam id credet fieri potuisse, nisi et Datanus et hi omnes ab eodem fonte ducti essent. Itaque uix poterant hi ex Veronensis codice profluere, Datanus ab altero, qui saec. XV. emersit; quanquam et ipse sic in edit. 1867 credideram et non desunt quae hanc sententiam confirmare uideantur. 'Namque et Matthaeus 'Palmerius in exemplo libri Catulliani quod sua ipsius manu a. 1428 'scripsit, adnotauit anno 1425 primum repertum esse Catullum pessi-'meque acceptum in manus hominum uenisse (cf. Andr. Schotti 'obseruat. human II. 16. p. 53[1]) et Raphael Volaterranus qui ab anno 'fere 1450 ad annum 1520 uixit, commentar. urban. libr. XIV. p. 325 'ed. Basil. Frob. 1559 *hic Catulli* inquit *liber una cum Quintiliano* '*repertus est aetate nostra laciniosus mendosusque*[2].' Quibus quanquam non nimium tribuerim, haberent tamen unde confirmarentur, si alter codex, diuersus ab illo quem ante 1300 Veronensis inuenit, ineunte saeculo XV repertus esset. Neque enim Datanus solum, sed et

[1] *Codex in membranis non contemnendae uetustatis A. MCCCC. XXVIII manu Matthaei Palmerii scriptus (qui et anno M CCCC XXV primum repertum esse Catullum, pessimeque acceptum in manus hominum uenisse adnotarat): quem mihi Ant. Couarruuias Iure cons. egregius Toleti utendum dedit, sic habebat: Bonum factum: male o miselle passer.*


[2] Schwabius in adnot. p. v. ed. suae. Cf. uerba Auancii. '*Magno pignore contenderim* '*hodie non inueniri ullum Catullianum codicem scriptum ante octuaginta annos hoc est* '*ante Guarini aetatem, is enim ad patriam rediens Catullum diu multumque desideratum* '*Italiae restituit, sed deprauatum*.' Haec ad Matthaeum Gibertum Veronae Episcopum 1524–1543 scripsit Auancius; unde Guarinus is de quo dicit Baptista esse, non pater eius, colligitur a Schwabio (Philol. XXIV. 352–4).

Riccardianus et noster *a* qui artissime cum Datano conspirant, expressa habent antiquitatis signa a ceteris codicibus alienae. Id si qui perspicere uolet, comparet trium horum codicum lectiones cum lectionibus Cuiaciani, quem in hac editione signaui P. Qui cum anno 1467 scriptus sit ita multa habet a sincera uetustate abhorrentia ut interpolatis iam accensendus sit: de quo infra dicturi sumus. Et tamen eodem fere tempore exarati sunt tres isti *a* anno 1460, *D* anno 1473, *Ricc.* incertum quo anno. Vnde igitur factum est ut recentis speciem *P*, antiqui *D a Ricc.* praebeant? Credo quia propius ad fontem hi accedunt. Sed tamen cum uersus isti XCII. 3, 4 ab his tribus codicibus sicut a Germanensi et reliquis praeter *O* absint, relinquitur ut omnes ad eandem originem reuocentur; quod si uerum est, codex is unde hi tres originem ducunt a sinceriore apographo et antiquitatis plus retinente uenit, Germanensis ab eo quod multifariam iam immutatum ac correctum esset.

Illud nunquam satis adseuerandum duco, Datanum Riccardianum *a*, quoquo modo ad nos peruenerint, ea habere expressae sinceritatis signa quae non possint fictorum olere officinas. Qua in re exigendi sunt non singuli tantum uersus, sed uniuersi codicis consideranda species, qualem uerborum habeat deprauationem, quibus titulis utatur, quo scribente exaratus, quo anno fuerit. Haec si talia fuerint qualia in his tribus reperiuntur, non equidem tanquam interpolatos reiciam, quia nonnulla insint quae uera uix possint esse; e.g. *Omnibus et triuiis uulgetur fabula passim* quem uersum intulisse creditur ad LXVIII. 47 Seneca Anconitanus [1], et *monumenta laboris* XCV. 9. Nam quae alia duo Behrensius arguit tanquam aperte conficta, uelim doceri quonam usus argumento tam confidenter ea explodat. Alterum allegat additum Q. praenomen in Datano, quod ex Plinio sumptum fuisse arbitretur. Sane *potuisse* hinc sumi ne ipse quidem negauerim: sed quod et in Plini bonis codicibus et in Catulli traditum sit (*Q.* enim habent Riccardianus et Colbertinus, ne quid de Cuiaciano dicam), *potuit* id, opinor, aliunde et in Catullum uenire et in Plinium: nec si ex Plinio uenit illud *Q.*, possum intellegere cur *Catuli* scripserit librarius Datani, non *Catulli.* Esto enim; sumpserit ex Plinio praenomen doctus aliquis (sic enim fingunt) saeculi XV: atqui si doctus fuit, nomen saltem poetae sic

[1] Is est Tommaso da Camerino notus praeceptor eius saeculi (Tiraboschi VI. 185): idemque fortasse de quo in epistula quadam sic loquitur Antonius Beccadellus (ed. Ven. p. 98) *De Seneca isto miror quod me consulas, quasi hominem non noris . . . Si sapis meque audis Cordubensem Senecam complectere, Mediolanensem abiice, qui ex Seneca praeter nomen nihil habet.*

erat scripturus ut metri legibus satis faceret: est enim inprimis iterator Catullus nominis sui, ut ex indice nostro apparebit. Alterum allegat uersiculum istum *Alloquar audiero nunquam tua loquentem?* Qui si suppositicius fuit, non uideo cur omissum fuerit quod inter *tua* et *loquentem* supplendum erat: neque is ego sum qui Lachmanni Hauptiique iudicium in tali re non habeam maximi. Et tamen fuerit suppositicius; uerbum istud scriba omiserit, quia uarie traditum intellexerit; non ideo demonstrabit Behrensius falsum Datanum esse et nauci. Dicam quod sentio, licet refragantem habeam, ut uideo, Munronem: aut est Datanus uera antiquitate (annos enim hic non computo) antiquissimis non inpar: aut ego nihil me in hac re dispicere confiteor. Quare si in commentario p. 318 dixi uerum posse esse quod in solo *a* (qui codex artissimo uinculo cohaeret cum Datano et Ricc.) legatur LXVII. 34 *uice* pro *mee*, id etiam praefractius nunc tuendum arbitror. Etenim is est *a* qui et specie sua et genere scribendi non solum sinceritatem, sed ut in Catulli libris singularem etiam sinceritatem prae se ferat: cui si recentior manus uno alteroue loco aliquid intulit, haec et manifesta sunt et neminem poterunt fallere. Sciat igitur qui Datanum impugnet, etiam *a*, etiam Riccardianum impugnare; quibus ex tribus libris si unus aliqui incorruptus sit, sunt etiam duo reliqui. Vt breui indicem quid cognationis inter hos antiquissimos codices esse rear, stemma hoc apposui.



Superest ut dicamus liber archetypus qualis fuerit. Eum Lachmannus in editione sua anni 1829, septuaginta sex paginarum faciebat, quarum singulae triginta uersus in se comprehenderent. Hoc ut efficeret, in carmine I unum uersum (post u. 9) et duos dimidios supplendos censebat, in c. II unum (post u. 10), in c. X unum (post u. 27), in c. LXI quattuor, unum post (90), duos post (106), priorem quidem a sede sua transpositum *Quem tamen magis audiens*, unum post (107), in c. LXV sex (post u. 8), in c. LXVIII unum (post u. 46), alios (post u. 141) quorum numerum ipse non dixit, sed

Hauptius facit triginta (Quaest. p. 41). Deinde LXIV. 334-337 non numerat, nec LXXVIII. 7–10 *Sed nunc id doleo — anus*, nec c. LXXXIV. 3, 4, nec XCII. 3, 4 cum hi uersus in margine codicis ad Veronam reducti scripti fuisse uideantur, unde LXIV. 334–6 XCII. 3, 4 in plerisque libris omissi, LXXXIV. 3, 4 in omnibus ex loco suo post u. 10 collocati sunt. Praeterea unam paginam 30 uersuum, c. LXXV et LXXVI continentem, ex loco suo in codicibus turbatam, sic transposuit ut carminum hic ordo euaderet; LXXIV. 6 quem uersum in fine paginae 67 statuit; LXXVII—LXXXVII. 4= pp. 68, 69; LXXV, LXXVI=p. 70; LXXXVIII.

In hac descriptione paginarum non queror Lachmannun uersus contra fidem codicum inseruisse; nam multa excidisse apud omnes constat. Eam falsam tamen esse multa indicant, ut iam perspexerunt Froehnerus Bergkius Leutschius Boehmius alii. Vt singillatim omnia persequar, quis credat in c. I amissum quicquam esse? Nihil ad sententiam deest, una syllaba ad metrum; decem uersus in eo fuisse probat etiam Martialis imitator in epigrammate VII. 26 quod manifeste huc refertur, ipsum autem decem uersus habet. Mitto c. II in quo desiderari nonnulla docet loci sententia. Sed nihil in c. X. euenit huiusmodi, nec tanta fides tribuenda est uetusto isti codici, de quo loquitur Alexander Guarinus, ut sensu carminis non poscente, contra interpretes plerosque et ipsum Guarinum, lacunam in eo deprehendamus[1]. In c. LXI tres uersus post u. (107) excidisse docent numeri; sed horum unum esse eum qui in codicibus u. (79) sequitur, *Quem tamen magis audiens*, nec per se uerisimile est, (stropha enim melius a uocatiuo incipit *O cubile*) nec Lachmanniano ordini paginarum conuenit. Sic enim in una pagina uersus sunt 31. In c. LXV Lachmannus post u. 6, ubi spatium unius uersus[2] in multis codicibus relictum est, sex uersus inserit, LXVIII. 21–4, (93), et (92) sed mutatis uerbis *Abstulit ei* in *Nunquam ego te*. Quod si uerum est, quattuor uersus Catullus ter repetiit, nam LXVIII. 20, 22, 23, 24 iterantur etiam in eodem carmine (92), (94–6), ut bene de eo ipse dixerit Lachmannus 'quibus uersibus aliquis sit usus apto 'loco, eosdem inreuocatum iterare et pauperis ingenii est et nul-'lius ingenii.' (Lucret. p. 61.) Post LXVIII. 46 cum nonnulla

[1] '*Post* inquio puellae *fenestra sequitur in codice uetusto, quae non lucem ut cetera sed 'obscuritatem potius praestat, ut in sequentibus patet*' (fol. XI.ᵃ) Quantum Alex. Guarino credendum sit ex comparatis locis, ubi de uetusto codice loquitur, facilius apparebit. Hos congessit Schwabius in Indice Scolarum Dorpatensi anni 1865, pp. 12, 13.

[2] Eius qui in aliis sic legitur *Alloquar, audiero nunquam tua loquentem?*

exciderint, iure amissum uersum paginae adnumerat Lachmannus, quanquam, ut mihi uidetur, uersus non minus tres desiderantur. Eiusdem carminis inter (141), (142) non pauca intercidisse recte sensit. Sed hic quoque non respondent numeri paginarum. Nam cum uersum (141) secundum faciat paginae 66, hic autem uersus hexameter sit, necesse est aut sequentis paginae uersus secundus et ipse hexameter sit, aut impar fiat numerus uersuum. Atqui pentameter est. Non igitur 30 uersus habuit pagina 66[1]. Postremo ut ad transposita carmina LXXV, LXXVI ueniamus, potuit id quidem fieri, si scriba cum in fine paginae 67, uel potius, ut Lachmanniani numeri cogunt, 68 scripsisset ultimum uersum carminis LXXIV, duabus proximis paginis 68, 69 (69, 70) neglectis h. e. folio uno carmina LXXVII—LXXXVII. 4 continente ad paginam 70 (71) transiisset, qua perscripta ad omissas paginas reuersus fuerit. Sed bene animaduertit Boehmius scribam toto folio perscripto, non dimidio tantum h.e. triginta tantum uersibus, sic facilius ad prius folium rediturum fuisse. De singulis haec satis sunt; illud in uniuersum contra Lachmannianum archetypon addi potest, quod titulorum qui carminibus praefixi sunt nullam rationem habet. Atqui titulos uidimus in principali Veronensis fuisse codice.

Aliam sententiam protulit Bergkius quam Boehmius et nuperrime Westphalius amplexi sunt, sed uterque ex aliqua parte mutatam. Omnes enim carminum LXXIV—LXXXVIII hunc faciunt ordinem. LXXIV LXXX—LXXXVII LXXV—LXXIX LXXXVIII, ut paginae ubi scripta sunt LXXX—LXXXVII errore quodam transpositae fuerint. Vterque titulos addit etiam ubi non iam reperiuntur, quo totus uersuum numerus ex 98 fit 110. Sed Bergkius incertum relinquit paginae singulae 26 an 27 uersus habuerint, cum tituli in imis paginis facile potuerint excidere. Westphalius titulos ibi nusquam numerat, ceteris numeratis paginas sic distribuit.

Fol. a[1] LXVIII. 153 Huc addent diui—LXXI. 2 Aut si quam merito.

a[2] LXXI. 3 Aemulus iste tuus—LXXIV. 6 Nunc patruum, uerbum non faciet patruus.

b[1] LXXX. 1 Quid dicam Gelli—LXXXIII. 6 Irata est, hoc est.

b[2] LXXXIV. 1 Chommoda dicebat—LXXXVII. 4 Quanta in amore tuo.

[1] Boehmius Quaest. p. 8.

c^1 LXXV. 1 Nunc est mens deducta—LXXVI. 22 Expulit ex omni.

c^2 LXXVI. 23 Non iam illud quaero—LXXIX. 4 Si tria natorum.

d^1 LXXXVIII. 1 Quid facit is, Gelli—XCI. 4 Aut posse a turpi.

d^2 XCI. 5 Sed neque quod matrem—XCV. 10 At populus tumido.

Itaque unaquaeque pagina uersuum est 27.

Boehmius titulos ibi tantum numerat, ubi in nostris codicibus inueniuntur.

p. 1. LXXX, LXXXI, LXXXII, LXXXIII. 1–5=23 uersus.
2. LXXXIII. 6, LXXXIV. 1–2, 5–12, LXXXV, LXXXVI, LXXXVII=23 uersus.
3. LXXV, LXXVI. 1–19=23 uersus.
4. LXXVI. 20–26, LXXVII, LXXVIII, LXXIX=23 uersus.

Haec Bergkii Boehmii Westphalii ratio quanquam inde commendatur quod consequentia facit carmina de Gellio duo LXXIV LXXX, duo de incesto LXXIX LXXXVIII hoc Gellii cum matre ac sorore, illud Lesbii cum Lesbia, quae nunc in codicibus separata leguntur, ideo mihi non ex omni parte uera uidetur quod nec in reliqua parte libri Catulliani quicquam expedit, nec in his ipsis carminibus praeter carminum LXXXVII—LXXV disiunctionem. Non enim ita ostenditur quomodo LXXXIV. 3, 4 *Et tum mirifice—Cum quantum poterat* ex loco suo moti nunc post LXXXIV. 10 stent in codicibus, nec quomodo uersus *Sed nunc id doleo—fama loquetur anus* in locum alienum post LXXVIII. 6 inlati fuerint, nec quomodo XCV. 4 exciderit. Et ut concedam titulos in ima pagina casu nonnunquam omissos fuisse, consulto ibi semper praetermissos non crediderim.

Restat opinio Froehneri, existumantis 32 uersus in utraque pagina archetypi fuisse, hos autem scriptos duabus columnis uersuum senum denum. Etiam illud primus perspexit, titulos numerandos esse. Haec uera esse et credo et demonstrare me posse arbitror. Dixi initio Prolegomenon (p. 1) in Thuanaeo codice extare uestigia unde colligeretur c. LXII ex paginis uel columnis descriptum fuisse 16 uersuum, idemque confirmari codicibus Datano ac Sangermanensi, ubi carminis LXII aliqui uersus eisdem fere de causis omissi atque illi

alii in Thuanaeo uiderentur. Quod patet etiam latius. Nam ante LXIV. 355 *Troiugenum infesto prosternens corpora ferro* unus uersus intercidit, ut et ex metri lege apparet et sententia; hunc si sextum decimum facimus paginae, quae secuntur autem in paginas 16 uersuum pariter distribuimus, uersus ille post 386 interpolatus *Languidior tenera cui pendens sicula beta* primus fit paginae, quo facile ex loco suo transferri potuit, mox LXV. 8 *Ereptum nostris obterit ex oculis* quintusdecimus est alius paginae, locum sexti decimi obtinet *Alloquar audiero nunquam tua loquentem*, siue mutilus is est siue supposititius, uerus enim uersus facilius in hac sede periturus erat. Itaque habemus causam cur duo uersus exciderint, tertius ex loco suo tralatus fuerit, si Catulli archetypon ad hunc numerum 16 reuocamus. Quod etiam manifestius elucet in c. LXI. Ibi enim post u. 49 *Caelitum O hymenaee hymen* sequitur in plerisque codicibus *Compararier ausit*, qui post 16 uersus iterum in sua sede positus est. Hoc ita euenisse credo.

Scriptum fuerat carmen[1] duabus columnis uersuum senum denum hoc modo:

	COL. I.	COL. II.	
49	Caelitum o Hymenaee Hymen	Te uolente quis huic deo	65
		Compararier ausit	66
50	O Hymen Hymenaee	Nulla quit sine te domus	67

Cum igitur *Compararier ausit* casu aliquo non ἐκ παραλλήλου uersibus 65 et 67 sed a sinistra magis staret, scriba interpositum utrique columnae inseruit.

Haec si uere disputata sunt, archetypon redintegrare sic poterimus. Sumpsimus LXIV. 355 primum fuisse paginae; prioris igitur primus fuit u. 340 *Qui persaepe uago uictor certamine cursus.* Hinc ad initium usque carminis uersus hoc ordine se excipiunt.

PAGINAE IMAE PRIORES.	PAGINAE SVMMAE POSTERIORES.
339 Hostibus haud tergo	340 Qui persaepe uago
323 O decus eximium	324 Emathiae tutamen opis[2]

[1] Poemata columnis binis scripta fuisse docent non pauci codices; sic scriptus est codex Mertonensis tragoediarum Senecae Saec. XIV, sic ipse Thuanaeus, sic, sed tantummodo in locis ubi breuiores uersus sunt, codex antiquissimus Prudentii, Saec. VII, uel VIII, seruatus in bibliotheca Bodleiana, sic Boetii carmina in libro *de Consolatione Philosophiae.*

[2] Inclusi uu. 334–337 quanquam a multis exemplis absunt. Vt enim ueri simile sit eos aliquo tempore in margine adscriptos fuisse, habuisse eos archetypon in contextu ex tota dinumeratione mihi persuasum est.

PAGINAE IMAE PRIORES.	PAGINAE SVMMAE POSTERIORES.
307 His corpus tremulum	308 Candida purpurea
291 Flammati Phaethontis	292 Haec circum sedes
275 Purpureaque procul	276 Sic tum uestibuli
259 Pars obscura cauis	260 Orgia quae frustra
243 Cum primum inflati	244 Praecipitem sese
227 Carbasus obscurata	228 Quod tibi si sancti
211 Sospitem Erechtheum	212 Namque ferunt olim
195 Huc huc aduentate	196 Quas ego uae miserae
179 Discernens ponti	180 An patris auxilium
163 Purpureaue tuum	164 Sed quid ego ignaris
147 Sed simul ac cupidae	148 Dicta nihil metuere
131 Frigidulos udo	132 Siccine me patriis
115 Tecti frustraretur	116 Sed quid ego a prima
99 Quantos illa tulit	100 Quanto saepe magis
83 Funera Cecropiae	84 Atque ita naue leui
67 Ipsius ante pedes	68 Set neque tum mitrae
51 Heroum mira uirtutes	52 Namque fluentisono
35 Deseritur Scyros	36 Crannonisque domos
19 Tum Thetidis Peleus	20 Tum Thetis humanos
3 Phasidos ad fluctus	4 Cum lecti iuuenes.

Pergimus ad Attin, adiecto titulo c. LXIV qui unius uersus instar habet.

PAGINAE IMAE PRIORES.	PAGINAE SVMMAE POSTERIORES.
81 Age caede terga cauda	82 Face cuncta mugienti
65 Mihi ianuae frequentes	66 Mihi floridis corollis
49 Patriam allocuta maesta est	50 Patria O mei creatrix
33 Veluti iuuenca uitans	34 Rapidae ducem secuntur
17 Et corpus euirastis	18 Hilarate aere citatis
1 Super alta uectus Attis	2 Phrygium ut nemus citato

Deinde ad carmen nuptiale, quod ex uersibus 76 constare facimus. A dendus est titulus carminis LXIII.

PAGINAE IMAE PRIORES.	PAGINAE SVMMAE POSTERIORES.
62 (53) Hanc nulli agricolae	63 (54) At si forte eadem est

PAGINAE IMAE PRIORES.		PAGINAE SVMMAE POSTERIORES.	
46 (37)	Quid tum si carpunt	47 (38)	Hymen o Hymenaee
30	Quid datur a diuis	31	Hymen o hymenaee
14	Nec mirum penitus	15	Nos alio mentes

Deinde ad Epithalamium quod facio 240 uersuum. Addendus est titulus c. LXII.

PAGINAE IMAE PRIORES.		PAGINAE SUMMAE POSTERIORES.	
239 (227)	Munere assidue ualentem	240 (228)	Exercete iuuentam
223 (211)	Porrigens teneras manus	224 (212)	Dulce rideat ad patrem
207 (195)	Iam uenis. Bona te Venus	208 (196)	Iuuerit, quoniam palam
191 (179)	Vos bonae senibus uiris	192 (180)	Cognitae bene feminae
175 (168)	Io Hymen Hymenaee	176 (169)	Illi non minus ac tibi
159 (152)	Io Hymen Hymenaee io	160 (153)	Io Hymen Hymenaee
143 (136)	Abstinere sed abstine	144 (137)	Io Hymen Hymenaee
127 (120)	Fascennina locutio	128 (121)	Nec nuces pueris neget
111 (107)	O cubile quod omnibus	112 ( )	* * * *
95 (91)	*Prodeas noua nupta*	96 (92)	Prodeas noua nupta si
79 ( )	* * * * * *	80 ( )	* * * * *
63	Commodi capere, at potest	64	Te uolente, quis huic deo
47	Est petendus amantibus	48	Quem colent homines magis
31	Ac domum dominam uoca	32	Coniugis cupidam noui
15	Pineam quate tedam	16	Namque Iunia Mallio
			Epithalamium Iuniae et Malii

Tum carminum LV—LX haec est dinumeratio.

PAGINAE IMAE PRIORES.			PAGINAE SVMMAE POSTERIORES.		
LX.	5	Contemptam haberes			
LVIII.	1	Caeli Lesbia nostra	LVIII.	2	Illa Lesbia, quam
LVI.	4	Res est ridicula	LVI.	5	Deprendi modo pupulum
LV.	21	Quos iunctos Cameri	LV.	22	Defessus tamen
	5	Te in templo summi		6	In Magni simul

Exinde retro, ut ita dicam, numerare uetat c. LIV cuius quot uersus perierint incertum. Ab alio igitur loco ingrediendum est. Post c. XXXIV. 2 uersus excidit *Dianam pueri integri;* hunc si primum facimus paginae, XXXIX. 4, 5 et XLII. 12 qui in Datano codice omissi sunt ad summam paginam feruntur, ubi facile excidere potuerunt. Itaque horum carminum haec est dinumeratio.

PAGINAE IMAE PRIORES.			PAGINAE SUMMAE POSTERIORES.		
			XXXIV.	3	*Dianam pueri integri*
XXXIV.	18	Metiens iter annuum		19	Rustica agricolae bonis
XXXV.	9	Euntem reuocet	XXXV.	10	Ambas iniciens
XXXVI.	6	Electissima pessimi	XXXVI.	7	Scripta tardipedi
XXXVII.	1	Salax taberna	XXXVII.	2	A pilleatis
	17	Tu praeter omnes		18	Cuniculosae Celtiberiae
XXXIX.	3	Subsellium cum orator	XXXIX.	4	Renidet ille, si ad pii
	19	Dentem atque russam		20	Ut quo iste uester
XLI.	4	Decoctoris amica	XLI.	5	Propinqui quibus
XLII.	11	Moecha putida redde	XLII.	12	Redde putida moecha
XLIII.	2	Nec bello pede	XLIII.	3	Nec longis digitis
XLIV.	9	Dum sumptuosas	XLIV.	10	Nam Sestianus
XLV.	3	Ni te perdite amo	XLIV.	4	Omnes sum assidue
	19	Nunc ab auspicio		20	Mutuis animis
XLVI.	8	Iam laeti studio	XLVI.	9	O dulces comitum
XLVIII.	4	Nec mi unquam uidear	XLVIII.	5	Non si densior
L.	5	Ludebat numero	L.	6	Reddens mutua
	21	Est uehemens dea			Ad Lesbiam
LI.	15	Otium et reges prius	LI.	16	Perdidit urbes
LIV.	3	Subtile et leue peditum	LIV.	4	* * * *

Vidimus paginae ultimum uersum fuisse LV. 5 *Te in templo summi.* Inter hunc uersum et LIV. 3 quo alia pagina finita est, uersus sunt octo et unus titulus carminis LV. His si LV. 5 qui sextus decimus est paginae addideris, decem efficiuntur. Atqui sedecim requirimus. Sex igitur uersus perierunt carminis LIV. Quae si probari posse uidentur a XXXIV. 3 retro numerandum est ad priora.

PAGINAE IMAE PRIORES.			PAGINAE SUMMAE POSTERIORES.		
XXXIV.	2	Puellae et pueri integri	XXXIV.	3	Dianam pueri integri

PAGINAE IMAE PRIORES.			PAGINAE SUMMAE POSTERIORES.		
XXXII.	7	Sed domi maneas	XXXII.	8	Nouem continuas
XXXI.	6	Liquisse campos	XXXI.	7	O quid solutis est
		* * * * *	XXX.	6 (4)	Nec facta impia

Ante XXX. 4 lacuna est. Nam ante uersum 4 *Nec facta impia* praecessisse *nec* uel *non* uidetur; carmen autem cum *κατὰ δύο* scriptum sit non minus duos uersus excidisse iudico; alioquin turbaretur ratio numerorum. Duo igitur carmini XXX adnumerandi sunt.

PAGINAE IMAE PRIORES.			PAGINAE SVMMAE POSTERIORES.		
XXIX.	14	Ducenties comesset	XXIX.	15	Quid est alit
XXVIII.	14	At uobis mala multa	XXVIII.	15	Dent, obprobia
XXVII.	6	Vini pernicies	XXVII.	7	Migrate. Hic merus
XXV.	10	Ne laneum latusculum	XXV.	11	Inusta turpiter
XXIV.	5	Isti qui neque	XXIV.	6	Quam sic te sineres
XXIII.	17	Mucusque et mala	XXIII.	18	Hanc ad munditiem
XXIII.	1	Furei, cui neque	XXIII.	2	Nec cimex nec araneus
XXII.	7	Noui umbilici	XXII.	8	Derecta plumbo
XXI.	5	Nec clam nam simul es	XXI.	6	Haerens ad latus
XVII.	16	Asseruanda nigerrimis	XVII.	17	Ludere hanc sinit
		[*Titulus c. XVII*]	XVII.	1	O colonia quae cupis
XV.	19	Percurrent raphanique			Ad Aurelium et Furium
XV.	3	Vt si quicquam animo	XV.	4	Quod castum expeteres

Versus XIV^b fragmentum sunt amissi carminis, quod quantum fuerit coniectura tantum est. Sed si carmina I—XIV numeramus, additis titulis, et uno uersu post II. 10, paginae sic ordinantur; sumimus primae paginae primum uersum fuisse hunc uel huiusmodi titulum *Catulli Veronensis liber incipit ad Cornelium.*

PAGINAE IMAE PRIORES.			PAGINAE SVMMAE POSTERIORES.		
II.	4	Et acris	II.	5	Cum desiderio
III.	5	Quem plus illa oculis	III.	6	Nam mellitus erat
IV.	2	Ait fuisse nauium	IV.	3	Neque ullius natantis
	18	Et inde tot		19	Herum tulisse
V.	6	Nox est perpetua*	V.	7	Da mi basia mille
VI.	8	Sertisque ac Syrio	VI.	9	Puluinusque peraeque

PAGINAE IMAE PRIORES.			PAGINAE SVMMAE POSTERIORES.		
VII.	6	Et Batti ueteris	VII.	7	Aut quam sidera
VIII.	9	Nunc iam illa non uult	VIII.	10	Nec quae fugit sectare
IX.	5	Venisti. O mihi	IX.	6	Visam te incolumem
X.	9	Respondi id quod erat	X.	10	Nec praetoribus esse
	25	Quaeso, inquit, mihi		26	Istos commoda
XI.	6	Seu Sacas sagittiferosque	XI.	7	Siue quae septem
	22	Qui illius culpa		23	Vltimi flos
XII.	13	Verum est mnemosinum	XII.	14	Nam sudaria
XIII.	11	Nam unguentum dabo	XIII.	12	Donarunt Veneres
XIV.	12	Di magni horribilem	XIV.	13	Quem tu scilicet

Sequitur ut sextus decimus uersus paginae sit ille qui post XIV^b. 3 *Non horrebitis admouere nobis* scriptus est. Vidimus autem XV. 3 paginam clausisse; his tribus uersibus si additur titulus, supersunt ad paginam complendam duodecim; itaque post XIV^b 3 amissi sunt uersus 12 + 1 = 13.

Redintegrauimus archetypon a c. I usque ad c. LXIV. 355. Pergamus ad reliqua.

PAGINAE IMAE PRIORES.			PAGINAE SVMMAE POSTERIORES.		
LXIV.	355	* * * * *		355^b	Troiugenum infesto
	370	Proiciet truncum		371	Currite ducentes
	386	Caelicolae nondum		387	Saepe pater diuum
	402	Liber ut innuptae		403	Ignaro mater
LXV.	9	Alloquar audiero		10	Nunquam ego te uita
LXVI.	1	Omnia qui magni	LXVI.	2	Qui stellarum ortus
	17	Vbertim thalami		18	Non ita me diui
	33	Atque ibi me cunctis		34	Non sine taurino
	49	Et qui principio		50	Institit ac ferri
	65	Virginis et saeui		66	Lumina Callisto
	81	Tradite nudantes		82	Quin iucunda
LXVII.	2	Salue teque bona	LXVII.	3	Ianua quam Balbo
	18	Nos uolumus; nobis		19	Primum igitur uirgo
	34	Brixia Veronae		35	Sed de Postumio
LXVIII.	1	Quod mihi fortuna	LXVIII.	2	Conscriptum hoc
	17	Multa satis lusi		18	Quae dulcem curis
	33	Nam quod scriptorum		34	Hoc fit quod Romae
	49 ( )	* * * *		50 (48)	Notescatque magis
	65 (63)	Hic uelut in nigro		66 (64)	Lenius aspirans

PAGINAE IMAE PRIORES.		PAGINAE SVMMAE POSTERIORES.	
81 (74)	Quam ieiuna pium	82 (80)	Docta est amisso
97 (95)	Omnia tecum una	98 (96)	Quae tuus in uita
113 (111)	Quod quondam caesis	114 (112)	Audit falsiparens
129 (127)	Oscula mordenti	130 (128)	Quanquam praecipue
145 ( )	* * * *	149 ( )	* * * *
161 ( )	* * * *	162 (142)	Ingratum tremuli
177 (157)	Et qui principio	178 (158)	A quo sunt primo
LXX. 1	Nulli se dicit mulier	LXX. 2	Quam mihi non si se
LXXII. 5	Nunc te cognoui	LXXII. 6	Multo mei tamen es
LXXIV. 5	Quod uoluit fecit	LXXIV. 6	Nunc patruum, uerbum

In hac dinumeratione notandum est (1) *Comae Beronices* (c. LXVI) titulum non praefixum esse (2) tres uersus post LXVIII. 46, octodecim autem post 141 supplendos esse.

(1.) Titulum abesse a *Coma Beronices* non idcirco arbitror, quod nullus extat in codicibus; nam id casu potuit euenire, quemadmodum titulum non habet c. LXVII, neque ex carminibus post LXXII ullum praeter LXXVII LXXX LXXXIX XCIII C CI: sed est pars epistulae ad Ortalum, a quo non magis separandum erat quam a c. LXVIII. 1–40 uersus qui secuntur, quanquam scripti diuerso tempore. Idem fortasse cadit in c. III *Lugete O Veneres Cupidinesque*, cum de eodem passere scriptum sit de quo c. II.

(2.) Post LXVIII. 46 excidit certe inpar numerus uersuum; nam et 46 et qui eum sequitur pentametri sunt. Plerique unum tantum censent desiderari, ego tres, cum aliter nimis abrupta fiat oratio, nec aequis ponderibus librentur duae partes, nam *Non possum—anus* sex uersus sunt, qui secuntur quattuor; tum melius sic stant numeri paginarum. Nam u. 46 tertius decimus est paginae; si igitur unus tantum uersus amissus esset, (h. e. quartus decimus) erasum esset spatium quod nec in summa staret nec in ima pagina; contra meo iudicio ueri similius est erasos fuisse post tertium decimum ceteros qui eius paginae erant, h. e. tres; post quos sequeretur in summa proxima pagina *Notescatque magis mortuus atque magis*. Vt ad u. (141) progrediar, sumimus hunc quartum decimum fuisse paginae. Supererant igitur ad supplendam eam duo uersus. Sed cum iure Hauptius dixerit inter (141) et (142) multa desiderari, in quibus Catullus digressionem more suo fecerit, non duos tantum uersus credo sed totam etiam paginam excidisse; itaque supplendi sunt 16 + 2 uel octodecim.

Quod post LXXIV archetypon effingere non conatus sum, id propter turbatum carminum ordinem feci. Nam (1) quattuor uersus qui in codicibus post LXXVIII. 6 leguntur *Sed nunc id doleo—fama loquetur anus* ut nullo modo cum LXXVIII possunt cohaerere, ita quo pertineant incertum est: quanquam Scaligerum secutus in fine carminis LXXVII stetisse arbitratus sum. (2) LXXXIV. 3, 4 in codicibus post LXXXIV. 10 leguntur (3) LXXXVII *Nulla potest mulier tantum se dicere amatam Vere, quantum a me Lesbia amata mea es. Nulla fides nullo fuit unquam foedere tanta, Quanta in amore tuo ex parte reperta mea est*, nec per se integrum potest esse, et plerisque post Scaligerum cum LXXV coniungendum uidetur. Quod quanquam ueri simile non iam habeo,—nam uerum esse in LXXV. 1 *Huc est mens deducta*, non quod habent Cuiacianus et *d Nunc est mens adducta* (*abducta d*), demonstrant loci quos in Commentario attuli—tamen tetrastichon illud *Nulla potest—reperta mea est* fragmenti, non solidi carminis uicem habere nullus dubito.

Archetypo tribuimus numerum suum 16 siue simplicem, siue per binas columnas duplicatum. Mox pro 16 liber alterne per 16 et 17 scriptus est; nam inter LXIV. 386 post quem uersum codices habent *Languidior tenera cui pendens sicula beta* et LXVII. 21 ubi uere scriptus est, uersus sunt 161 et duo tituli. His adice duos uersus h. e. LXVII. 21 bis repetitum; efficitur summa 165 h. e. quinque paginae uersuum 33, decem autem 16 et 17 alternantium. Idem sequitur ex iterato LXVIII. 16; iteratus est enim interuallo 33 uersuum; et ex uersibus illis *Non custos—quaeritando*, qui si titulos adicias eodem interuallo absunt a *Tanto te in fastu* ubi uere scribendi erant.

Hanc numerationem credo in eo fuisse codice, unde Thuanaeus ab altera parte, ab altera Veronensis profluxerunt. Hos enim non ab ipso ductos fuisse archetypo docent in omnibus amissi uersus post LXII. 32. Qui quamuis potuerint in archetypo eradi et hanc ob causam nec in Thuanaeum nec Veronensem uenerint, non satis sic explicatur caeterorum uersuum in similibus locis amissio. Nam, ut dixi, exciderunt in Thuanaeo 30, 62, in Veronensi 14. Atqui uersus 62 non cadit in imam nec summam paginam nisi non numeratis uersibus qui post 32 exciderunt. Non igitur ab ipso archetypo descriptus est nec Thuanaeus nec is unde ceteri prouenerunt codices. Idem tamen certissima uestigia prae se ferunt numeri 16. Aut igitur ab archetypo tralatus fuit hic numerus ad eum codicem unde orti sunt T et caeteri; aut archetypon per 16, codex de quo loquimur

per 16 et 17 numeratus est. Versus LXII. 14 septimus decimus fuerat paginae; u. 30 sextus decimus proximae; u. 47 septimus decimus tertiae; u. 62 quintus decimus, 63 sextus decimus quartae, ut facile illinc elabi potuerint. Hi numeri 16, 17 fuerintne in codice qui ineunte saeculo XIV Veronam reductus est nescitur; certe *a* per 17, Germanensis per 33 descriptus est. Sed iam erasi erant multi uersus, multi tituli. Titulos autem non, ut Schwabius, puto aeuo quod dicunt medio, sed primis post Christum natum saeculis scriptos fuisse. Sermonem enim prae se ferunt non impurum nec illiteratum, sed qualis solet esse Scholiastarum. Non absimiles tituli sunt carminum Ausonii; siquidem Catulli carmini XXXV praefixum est *Ad Caecilium iubet libellum loqui*, Ausonii Epigr. XXXIV *Ad libellum suum quid potius uelit tineas uel cariem*. In quibusdam uestigia sunt antiquitatis, ut in c. L cui praepositum est in Datano *Ad Lucinium*, et c. LXIII cuius titulus est *De Berecinthia et Atti*. Ipsum illud quod in principio libri stat *Catulli Veronensis liber incipit ad Cornelium* antiquum habeo; Catullus enim a Plinio Ausonio Macrobio Nonio Prisciano Veronensis appellatus est. Inscitiam de qua dixit Schwabius aut nullam esse arbitror aut aliis adsignandam quam iis qui titulos primi addiderunt. Certe non inscite scriptum est ante XXIX *Ad Romulum Catamitum*, *Catamitus* enim quaedam e Saturis Varronis appellata est. Sed non nego sinceritatem titulorum erroribus scribarum uitiatam esse; unde et titulus c. III *Fletus Passeris Lesbiae* ad c. II tralatus est, et *ad Ortalem* scriptum pro *ad Ortalum* et, quod omnium ineptissimum, ex uerbis De *Vo*lusi cacata *carta* relictum est *De Lusicacata*. Archetypo titulos abfuisse Schwabius inde conicit quod carmini LXII in Thuanaeo praefixum est *Epithalamium Catulli*, in ceteris *Hexametrum carmen nuptiale*. Sed cum Anthologiam scriberet is qui Thuanaeum exarauit, nomen autem Catulli uellet poemati praefigere quod unum operi suo inserebat, idemque nollet *Hexametrum Carmen Nuptiale Catulli* ut longius dicere, non inepte scripsit id quod habet Thuanaeus *Epithalamium Catulli*[1]. Iam ut nihil obstat quominus in archetypo fuerint tituli, ita, titulis adiectis, melius se habet archetypon. Non tamen aliis praefixi sunt, aberant ab aliis, cuius rei nulla potest esse ratio; sed uetustate erasi sunt complures, praecipue in ultima parte carminum[2]. Duo moti sunt ex

[1] Etiam in editione rarissima quae reuera omnium princeps habenda est, a me autem in notis 'edit. Paris. Saec. XV' uocitatur, *Epithalamium* carmini LXII pro titulo praefixum est.

[2] Titulis carent III. X. XIV^{b}. XVI. XVII. XXIV. XXXIII. XXXVIII. XLI—XLVIII.

loco cui praefigendi erant, titulus c. XXXIX *Ad Egnatium*, qui ante uersum septimum decimum scriptus est carminis XXXVII, et titulus c. XCIII *Ad Caesarem* qui ante XCII positus est. Quod in libro toties, si uera ratiocinamur, exscripto nemo mirabitur accidisse.

Superest ut de ipsis codicibus dicam quos in hac editione exhibui.

1. *T.* Thuanaeus, in Bibl. Paris. 8071, qui in Anthologia Latinorum carminum[1] habet c. LXII Catulli. A Duebnero creditus est saeculo nono exeunte uel ineunte decimo scriptus fuisse. Est membranaceus, binis columnis 37 uersuum. Hunc ipse inspexi, inspexerunt etiam meo rogatu C. D. Cobham, Scolaris Collegii Vniuersitatis apud Oxonienses, et Gulielmus G. Markheim, Scolaris eiusdem Collegii. Huic acceptum refero specimen folii, Catulli carminis 1–22 continentis, quod huic operi praefixum est.

2. *G.* Sangermanensis, Bibl. Paris. 14137, Membranaceus, forma quaternaria minore. Habet folia 36, ex quibus 35 septuaginta paginas efficiunt 33 uersuum, praeter septuagesimam in qua sunt 34. In folio 36 subscripta haec sunt. *Explicit Catulli Veronensis libellus.*

Versus Domini Beneuenuti de Campexanis de Vicencia de resurrectione Catulli poetae Veronensis. Ad patriam—erat. *Tu lector quicunque ad cuius manus hic libellus obuenerit, scriptori da ueniam, si tibi coruptus uidebitur. Quoniam a corruptissimo exemplari transcripsit, non enim quodpiam aliud extabat unde possē libelli huius hr̄e copiam exemplandi et ut ex ip̄o salebroso aliquid tantum suggeret* (suggereret) *decreuit potius tamen coruptum habere quam omnino carere. sperans adhuc ab alliquo alio fortuite emergente hunc posse corigere. ualebis si ei imprecatus non fueris.*

> 1375[2] *m̄ß octobr.* 19°. *q̄ñ casignorius*[3] *laborabat in extremis*
> *Lesbia damnose bibens interpretatur.*

LIII. LVII. LVIII. LX. LXVI. LXVII. LXX. LXXI. LXXIII—LXXVI. LXXVIII. LXXIX. LXXXI—LXXXVIII. XC—XCII. XCIV—XCIX. CII—CXVI.

[1] Carmina hoc ordine se excipiunt. Iuuenalis Sat. III. 317 et sqq. IV. V. XIII—XVI. Hexametri de die Iudicii, Persii Sat. III. 66–72, Iuuenalis Sat. X—XII. VIII. IX. VII. VI., Epitaphium, Opuscula B. Eugenii, Episcopi Toletani, Martialis Epigrammata Epithalamium Catulli, Peruigilium Veneris, Poematia uaria, in iis Pentadii, Floridi, Luxorii multa, Ennodii et Damasi quaedam, Excerpta ex Senecae Tragoediis, uersus Eucheriae poetriae, Ouidii Halieutica, Sidonii Epigramma, Gratii Cynegeticon 1–159, poematia aliquot Christiana. Liber in fine mutilus est. Olim fuit Thuani.

[2] Sic Rossbachius Schwabius Behrensius; olim cum C. D. Cobham 1379 legeram: Paulus Meyer 1374 uidit.

[3] Hic alter ex filiis fuit Mastini della Scala, tenuitque principatum Veronae mortuo fratre Cane Grandi II, annis 1359–1375.

Codex uarias lectiones multas habet, partim supra scriptas, partim in margine, plerasque, ut mihi cum Woelfflino et Duebnero uidetur, non solum eodem tempore, sed eadem manu exaratas. Dixi de antiquitate eius in Prolegomenon paginis xxi sqq.; quibus haec addo. Praepositiones casibus saepe cohaerent, ut *oratione minantium* pro *orationem in Antium*, *ale agremio inquiete atte* (*ad te*) *ignata* (*in gnata*) *proprietate* (*pro pietate*) *inquam quam* (*in quemquam*); et, quod mireris, *in* haud raro, nonnunquam *post e pro* ubi primae syllabae adiectiuorum uel aduerbiorum sunt ideoque sequentibus syllabis coniungendae, separatae leguntur, ut *uere gelidos in domitus pro telo in tacta in fuso in distinctis in firmis in aurata post illa in mundius in sapiens* pro *uer egelidos indomitus protelo iniacta infuso indistinctis infirmis inaurata postilla inmundius insapiens* cf. *at petenti* pro *atpetenti et futura* pro *ec fututa in ambulatioque* pro *inambulatioque*. Codicem ipse diligenter excussi, quosdam locos etiam bis; alia, quae dubia reliqueram, postea relegerunt pro me C. D. Cobham et G. G. Markheim.

3 Quis te lenirem, Nostris ne conarere
4 Infestum Telis Mittere musca Caput.

Ceterae Editiones quarum constanter in notis mentionem feci hae fere sunt.

Aldina I. Venetiis 1502. Ald. II. Venetiis 1515.
Iuntina Florentiae 1503.
Colinaei Parisiis 1529 et 1543.
Mureti Venetiis 1554, postea saepius repetita.
Statii Venetiis 1566.
Scaligeri Parisiis 1577, Antuerpiae 1582, Heidelbergae 1600.
Passeratii Paris. 1608.
Isaaci Vossii Londini 1684.
Cantabrigiensis 1702.
Vulpii Patauii 1710, 1737.
Conradini de Allio Ven. 1738.
Doeringii Lips. 1788, postea saepius impressa.
Silligii Gottingae 1823.
Lachmanni Berolini 1829, ed. II. 1861, ed. III. 1874.
Hauptii Berolini 1853.
Rossbachii Lipsiae 1854, ed. II. 1860.
Heysii Berolini 1855. Editio cum interpretatione Germanica.
Schwabii Gissae 1866. Eiusdem Quaest. Catullianae Gissae 1862.
Westphalii Catulli carmina cum interpretatione Germanica Vratislauiae 1865.
L. Muelleri Catulli Carmina Lipsiae 1870.

Praeterea in usu mihi fuerunt.

Auantii emendationes in Catullum anno 1494 primum editae, mox in ed. Palladii 1500.
Behrensii Analecta Catulliana Ienae 1874.
Bentleii coniecturae ad fragmenta elegiae Callimachiae in ed. Callimachi Graeuiana 1697 primum editae; eiusdem extant notae quaedam in margine editionis Vossianae in Museo Britannico seruatae.
Bergkii coniecturae in editione Rossbachii.
Bernardi Pisani notae scriptae in margine edit. Vicentinae 1481 in bibliotheca Magliabecchiana Florentina seruatae.
Boehmii Quaestiones Catullianae Bonnae 1862.
Brunerus (Eduardus á) De ordine et temporibus carminum Catulli in Actis Societatis Fennicae 1863.
Canteri coniecturae in Nouis Lectionibus Antuerpiae 1571.
Couatii Étude sur Catulle Paris 1875.
Dousae Patris Praecidanea pro Catullo Antuerpiae 1582.
Dousae Filii coniectanea et notae in Catullum Lugduni 1592.
Frankius de Artificiosa Carm. Catull. Compositione Berolini 1865.
Fritzii recensio c. LXIV Program. Gymn. Halberstadiensis 1863.
Froehlichii Vorschläge zur berichtigung des textes in Commentario Class. philologico Academiae Monacensis V. part III. pp. 233-275. Monachii 1849.

Froehneri Controuersen zur textes geschichte des Catullus in Philol. XIV. pp. 568–585.
Fr. Haasii Miscellanea Philologica Vratislauiae 1861.
Handii Obseruationum Criticarum specimen Lipsiae 1809. Legitur in fine editionis Doeringianae. Quaestiones Catullianae Ienae 1849. Catulli c. LV in antiquam formam restitutum Ienae 1848.
Hauptii Quaestiones Catullianae Lips. 1837. Obseruationes Criticae Lips. 1841.
N. Heinsii Aduersariorum libri IV, in iis ad Catullum Harlingae 1742.
Huschkii Analecta literaria Lips. 1826.
Klotzii Emendationes Catullianae Lips. 1859.
Kraftii recensio c. LXIV.
Landori (Gualteri S.) Recensio ed. Doering. in Anglica Censur. Trimestri Libror. Externor. XXIX. 329–369.
Leutschii Censura edd. Heysianae et Rossbachianae in Nunt. Erudit. Gotting. a. 1855, pp. 1961–2002.
Marcilii Asterismi primum impressi in ed. Paris. 1604, postea in ed. Graeuii 1680.
Martin Theodore Catullus translated into English Verse London 1861.
Meleagri (h. e. Balthazari Venatoris) Spicilegium in edit. Liuineii et Gebhardi Francofurtae 1621.
Mitscherlichii Lectiones in Catullum et Propertium Gottingae 1786.
Munronis (H. A. I.) censura editionis meae in Diario Philologico Cantabrigiensi anni 1869 'Catullus' 29th Poem'; eiusdem obseruationes in Catulli c. IV et II in eodem Diario anni 1872; et in c. LIV, XXII, XXV, in eodem anni 1874.
Orellii Eclog. Poet. Latinorum Turici 1833.
Passeratii Commentarius in Catullum Tibullum Propertium Paris 1608.
Pleitneri Des Catullus Epigramme an und über Iulius Caesar und Mamurra Speier 1849. Des Catullus hochzeitgesänge kritisch behandelt Dillingae 1858.
Pohlii Specimen lectionum Catullianarum Euskirchenae 1862. Catulli c. XXIX tractatum Sigmaringae 1866.
Ribbeckii C. Valerius Catullus Eine literar-historische Skizze Kiel 1863.
Ritschelii coniecturae in Indice Lect. Hibern. 1857.
Santenii Catulli Elegia ad Manlium Lugd. 1788.
Schraderi Obseruationum liber Franequerae 1761. Liber Emendationum Leouardiae 1776.
Silligii Epistola Critica Lips. 1822.
Spengelii Specimen lectionum in Catulli Carmina Monachii 1827. Legitur in Seebodii Archiu. Philol. III. 4, pp. 93–127.
Valckenaeri Callimachi Elegiarum fragmenta cum elegia Catulli Callimachea Lugduni 1799.
Vschneri Katull's Gedichte Berlin 1866.

CATVLLI VERONENSIS LIBER.

Versus Domini Beneuenuti de Campexanis de Vicencia de resurrectione Catulli poetae Veronensis.

Ad patriam uenio longis a finibus exul,
  Causa mei reditus compatriota fuit.
Scilicet a calamis tribuit cui Francia nomen;
  Quique notat turbae praetereuntis iter.
Quo licet ingenio uestrum celebrate Catullum,
  Quoius sub modio clausa papyrus erat.

De hoc epigrammate dixi in Prolegomenis, pp. xii–xv. Extat in fine Germanensis, (ubi praefixa sunt uerba Versus—Veronensis,) *Hamburgensis, Harleiani*^{1} (*b*) *et eius quem in hac editione uocaui c; habent id in initio Bononiensis, Laurentianus*^{1}, *Vaticanus* (*BLa*^{1}*V*), *codex Alani quem Cuiacianum habeo, duo codices Musei Britannici* (*a, b*), *tres Parisini* (7989, 8233, 7990). *In V dicitur* Epitaphium Catulli; *in Parisino* 7989 Versus Catulli prohemiales; *Parisinus* 7990 *editio habita Parisina saec. XV et editio Princeps* 1472 *praefixum habent* Hextichum Guarini Veronensis Oratoris clarissimi in libellum Valerii Catulli eius conciuis.

1. redeo *Cuiacianus teste Scaligero et codex Alani*   resurectione *G*   poete *G*   de finibus *b, ed. Pr.*   erroribus *c, sed habet* a finibus *in margine.*
2. redditus *H.*
3. Silicet *V.*
4. cursum *c, Cuiacianus teste Scaligero et codex Alani. Idem malebat Naekius.*
5. Quo libet *marg. b*   celebrare *Hab*   reuocate *marg. c, Cuiacianus teste Scal. et codex Alani*
6. Quouis *Cuiacianus teste Scal. et codex Alani, b ed. Pr.* ed saec. XV.   cuius *cett.*   medio *hab*   in medio *H*   causa *b*   papirus *BVa.*

Quae rubris literis impressa sunt ea ex comparatis omnium codicum lectionibus in eo fuisse colliguntur codice unde qui extant omnes praeter Thuanaeum uidentur profluxisse: ita tamen ut incertum relinquatur dittographiae quales sunt basiei (al. basia) *et* certa (al. carta) *in principali illo codice fuerint an ex dubitatione ortae eorum qui hunc nondum finito saec. xiv transcripserunt.*

CATVLLI VERONENSIS LIBER.

I.

QUI dono lepidum nouum libellum

Catulli (Catullis *La*[2]) Veronensis liber incipit ad Cornelium *BGLa*[2] *Ven* Catulli Veronensis poetae liber incipit *AL* Catulli Veronensis ad Cornelium *La*[1] Catullus Veronensis poeta *O* Catulli Veronensis poetae illustris incipit feliciter ad Cornelium *H* Clarissimi poetae Catulli Veronensis liber incipit ad Cornelium *b* Catuli Veronensis poete cla liber incipit *a* Catulli Veronensis poetae lyrica incipiunt feliciter *Phillippensis* *Et his quidem omnibus abest praenomen* Q. Catuli Veronensis liber incipit ad Cornelium I *D.* Q. VALERI. CATVLLI. VERONENS. AD CORN. NEPOTEM. LIBER *C* Q. Catulli *etiam Riccardianus, et Cuiacianus, teste Scaligero; Plin. H. N. XXXVII.* 81. 'Nonius Senator filius Strumae Noni eius 'quem Q. Catullus poeta in sella curuli uisum indigne tulit.' *Quamquam ibi* Q *abest ab optimis codicibus et Bambergensi, idque omittendum uidetur L. Iano, Schwabio,* (*Quaest. p.* 15) *mibi.* C. *dicitur in Apuleii Apol. X* (p. 15 *Krueger*) 'Eadem igitur opera accusent C. Catullum quod Lesbiam pro Clodia nominarit.' *et in fragm. Suetonii de Poetis in Hieronymi chron. ol. CLXXXIII.* 2, 'Gaius Valerius Catullus scribtor Lyricus Veronae nascitur' (*fr.* 22, *ed. Reifferscheid.*) *In ipsis carminibus nihil est quod rem soluat: quanquam in LXVII.* 12 uerum istius populi ianua qui te facit, *uerisimilis uidetur conjectura Scaligeri* Quinte *ex* qui te *elicientis.* *Valerium cognomen fuisse testantur praeter Hieronymum u. s., Suet. Iul. LXXIII, Porphyrio ad Hor. S. I.* 10, 19, *commentator Cruquianus p.* 398, *fortasse etiam Charisius I. p.* 75 *P.*, 97 *ed. Keil,* 'Hos pugillares et masculino genere et semper pluraliter dicas, sicut Asinius 'in Valer*ium*, quia pugillus est qui plures tabellas continet in seriem sutas. 'At tamen haec pugillaria saepius neutraliter dicit idem Catullus in hendecasyllabis,' *si recte* Valer*ium restituit Hauptius.* Veronensis *addunt Plin. H. N. XXXVI.* 48, *Nonius p.* 546, *Priscianus p.* 546 *P., p.* 16 *T.* 1 *ed. Keil, interpres Veronensis ad Verg. Ecl. VI.* 1; *cf. Auson. Praef. ad Pacatum* 2, 'Veronensis ait poeta quondam,' *Macrob. Saturnal. II.* 1, 8, 'ut ait Veronensis poeta.'

I.

1. Qui *ADG* (*ut uidetur*) *O Phillippensis hc Gulielmus Pastrengicus de Originibus rerum p.* 88 *b. allatus ab Hauptio.* Cui *BCL La*[1] *La*[2], *Marius Victorinus* 2596 *P., Terent. Maur.* 2562, 2567, *Isidorus Origg. VI.* 12. 3. QUI H Uoi *b* Quoi *ed. Pr. ex emendatione Italorum* Caridono *Isidori cod. Balliolensis diligenter excussus ab Eduino Palmero.* Qui *datiuum habet hic, II.* 3, *XXIV.* 5, *Lucr. IV.* 44 *H. A. I. Munro in Diario Philol. Cantabrig. IV.* 247, *quem sequor.*

Arido modo pumice expolitum?

1–4. Ausonius Praef. Griphi (Eidyl. XI) Dein cogitans mecum non illud Catullianum 'Cui dono lepidum nouum libellum' sed ἀμουσότερον et uerius Cui dono illepidum rudem libellum non diu quaesiui.

Idem Praef. ad Pacatum 1–2. 'Cui dono lepidum nouum libellum' Veronensis ait poeta quondam.

Terentianus Maurus 2560—2568

Exemplis tribus hoc statim probabis
Docti carmine quae legis Catulli
'Cui dono lepidum nouum libellum,
'Arido modo pumice expolitum
'Meas esse aliquid putare nugas'
Quos dixi modo iam pedes uidemus
Diuersos capiti trium locatos
Spondeon 'cui do,' trochaeon 'ari'
'Meas' quis neget hunc iambon esse?

Marius Victorinus 2596 P. Quidam et trochaeum et iambum ea sede collocasse reperiuntur: inter quos et Catullus est sub exemplis huiusmodi 'Cui—expolitum' 'Meas—nugas.'

Atilius Fortunatianus 2676 P. 318, 319 Gaisf. Nam et hendecasyllabus quem phalaecium uocamus apud antiquos auctores eodem modo solebat incipere alias a spondaeo alias ab iambico alias a trochaeo; ut apud Catullum hendecasyllabus a spondaeo, 'Passer deliciae meae puellae,' a trochaeo 'Arido (Arida *Putschius*) modo pumice expolitum,' ab iambo 'Meas esse 'aliquid putare nugas.' Quae omnia genera hendecasyllabi Catullus et Sappho et Anacreonta et alios auctores secutus non tanquam uitiosa uitauit sed tanquam legitima inseruit. Id. 2702 P. 356 G. Talis est pars ex Catulliano hendecasyllabo detracta priore parte 'pumice expolitum.'

Schol. Veronens. in Verg. Ecl. VI. 1. p. 73 Keil. Vel Veronensis Catullus 'Arido—nugas.'

Isidorus Origg. VI. 12. 3 circumcidisse libros Siciliae primum increbuit: nam primo pumicabantur. Unde et Catullus ait: 'Cui—expolitum.'

Pastrengicus de Origg. Rerum 88[b] Siculi libros primum circumcidere coeperunt cum ante pumicarentur, de quo Catullus 'Qui dono lepidum 'nouum libellum Arrida modo Punicae expolitum.' Idem. (h. e. Isidorus).

---

2. Arido *uel* arrido *Codd. omnes, interpres Veronensis ad Verg. Ecl. VI.* 1, *Isidorus Origg. VI.* 12, *Terentian. Maur.* 2563, *Mar. Victorinus p.* 2596 *P.* Arida *Atilius Fortunatianus p.* 2676 *P., Pastrengicus de Origg. Rer.* 88[b] *ex Isidoro, margo H, ubi recentior manus scripsit* "Arida pumice *legendum* "*censeo Nanque hunc locum Seruius adducit, aitque Catullum foeminino genere* "*protulisse.*" *Verba Seruii haec sunt, ad Aen. XII.* 587, 'Pumicem iste 'masculino genere posuit et hunc sequimur. Nam et Plautus ita dixit; 'licet Catullus dixerit feminino.' *Ex hoc Seruii loco Lachmannus docet Italos* arida *in Catullum intulisse. Sed ubi Pastrengicus, qui uixit a.* 1295 —1360, arida *inuenit? Non in Isidoro, nisi forte aliis codicibus usus est quam quibus nunc utimur. Hi enim habent* cui, arido; *Pastrengicus* qui, arrida. *Itaque iure Hauptius contendit Pastrengicum locum Isidori contulisse cum suo Catulli codice; (uide Proleg.) nam et* qui *et* punice *etiam nunc reperiuntur in D. Sed omnes Catulli codices quot exstant habent* arido, *etiam D quamquam ibi* o *ita scripta est ut speciem literae* a *prae se ferat. cf. Froebneri*
o
Specimen in Philologo XIV. Pastreng. igitur aut in suo codice inuenit arida *uel*

Corneli, tibi: namque tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas;
Iam *tum* cum ausus *es* unus Italorum
Omne aeuum tribus explicare cartis
Doctis, Iuppiter, et laboriosis.
Quare habe tibi quicquid hoc libelli
Qualecunque; quod *o* patrona uirgo,
Plus uno maneat perenne saeclo.

3, 4. Plin. H. N. Praef. 1. Libros naturalis historiae nouicium Camenis Quiritium tuorum opus natos apud me proxima fetura licentiore epistula narrare constitui tibi iucundissime inperator (sit enim haec tui praefatio uerissima, dum maxumei consenescit in patre) namque tu solebas putare esse aliquid meas nugas: ut obicere moliar Catullum conterraneum meum; adgnoscis et hoc castrense uerbum; ille enim ut scis permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit quam uolebat existumari a Veraniolis suis et Fabullis. (*uide excursum.*)

5–8. Pastrengicus de Origg. Rerum p. 16 *a* De illo dici possit quod scribit Veronensis poeta dicens Ausus quidem unus Italorum Omne aeuum tribus explicare chartis .i. uoluminibus Iupiter doctis et laboriosis.

---

arido *in textu*, arida *in marg.*, *aut ipse ex Seruio uel grammatico* arida *sumpsit* (*quod non credo*), *aut oculi errore deceptus* a *cum* o *mutauit. Nec Serui uerba huc necessario referenda sunt, sed ad uersum amissum, quemadmodum fr.* 10, 11, *fortasse etiam fr.* 12. *Eodem modo quae de Carbaso feminino dicuntur* (*fr.* 7) *ab interprete Veronensi ad Aen. VIII.* 34, *si uere Catullum ibi coniecit Maius, ad LXIV.* 227 *relaturus eram, nisi uerba aliquot superessent alius loci. Pro* arido *stat etiam Martialis VIII.* 72. 2. 'Morsu pumicis aridi politus,' *et Plini H. N. XXXVI.* 154. *Sed post Parthenium editores fere omnes* arida *admiserunt praeter Palladium Statium Conr. de Allio Lachmannum Hauptium.*

punice *ABDLa*^{1}*Va* punicae *Pastrengicus* pumici *Schol. Veronensis in Verg. Ecl. VI.* 1 *ed. Herrmann.*

3. Corneli? tibi *codd. plerique; correxerunt Itali.*

4. Meas *codd., Terent. Maurus* 2564, 2568, *Marius Victorinus p.* 2596 *P., Atilius Fortunatianus* 2676 *P., Plin. Praef. H. N.* Nostras *Marcilius et Vossius.*

5. Iam $\overset{\text{tum}}{\text{tam}}$ *G* Iam tamen *ACDHLLa*^{1} *a m. pr. La*^{2}*OVa* Iam tum *hbc, marg. H, ed. Pr.* est *codices omnes sinceri* es *hb ed. Pr.*

6. cartis *BGLa*^{1}*OV abc.*

8. tibi habe *codd.* quicquit *V* libelli *AG* mei *La*^{2}*V* libelli *cett.* est *post* libelli *addunt Scal. Conr. de Allio. Sillig. Pohl.* quicquid est libelli *ed. Pr. Parthen. Ald. Guarin. Sed cf. Verg. Aen. I.* 78, 'Quodcumque hoc 'regni,' *IX.* 287. *Catullum respexit Censorinus de die Natali I.* 'Quod-'cunque hoc libri est meis opibus comparatum natalicii titulo tibi misi.' *Post u.* 8 *unum uersum excidisse censent Lachm. Haupt. Cf. Leutsch. Nunt. Erud. Gotting.* 1855. *p.* 1991.

9. quod *ABCGHLLa*^{2}*OVab* quidem *DLa*^{1} *a m. sec. ed. Pr. Ald. Guarin. Lachm. Haupt.* patrona uirgo *codd. praeter AC* patrona uirgine *AC* o *iam additum in Cuiaciano* en *Rossbachius in ed. I.* o patrima uirgo *Scaliger*

II.

PASSER, deliciae meae puellae,
Quicum ludere, quem in sinu tenere,
Qui primum digitum dare atpetenti
Et acris solet incitare morsus,
Cum desiderio meo nitenti
Karum nescio quid libet iocari,
Et solaciolum sui doloris,
Credo, *et* cum grauis acquiesc*i*t ardor:
Tecum ludere sicut ipsa possem

1. Atil. Fortunatianus 318 G ut apud Catullum hendecasyllabus a spondeo 'Passer—puellae.' Id. 2698 P. 350 G. Ecce et Phalaecium; partem primam de antispasto habet ut 'Passer—puellae.'
Censorinus de Metris 2727 P., 27 Iahn., Phalaecius 'Passer—puellae.'

Qualecumque quidem est patroni ut ergo *Bergkius in Leutschii Philologo XII. p.* 581. *uu.* 9, 10 *pro interpolatis habebat Handius Obseruat. Crit. p.* 24; *postea malebat* patrone per te (*Quaest. Catull. p.* 4). *Eosdem del. Huschkius Anal. p.* 63, *Pfeifferus Symb. Catull. p.* 26. *Lachmannus post* quidem *censet dimidios duos uersus desiderari; eumque secuntur Hauptius Rossbachius. Mihi* patrona uirgo *uidetur esse Musa cf. Sulpiciae Satir.* 1, 11, 'Musa .... precibus descende clientis et audi.'
10. peremne D perire *O* seculo *a*.

II.

Fletus passeris Lesbiae *ABDGHLLa*^{1}*La*^{2}*Vb* De morte passeris amice sue *a* *Spatium unius uersus in O.*
1. *Super* Passer delicie *O superscriptum habet* supple ens.
2. Qui cum *BCLa*^{2}*b*^{2} *O* in *ante* sinu *om. Dousa. f.* 3–5 *ad hos uu. adscriptum est in margine O* interpositio est.
3. Qui *BDGLa*^{1} *a m. pr. La*^{2}*OVb*^{2} Quoi *Cb* Cui *ab marg. O*, at petenti (superscr. patenti) *G* at petenti *O* at patenti *La*^{2}*V* ac petenti *AB a m. pr. CHL* ac patenti *marg. B b*^{2} ac appetenti *D*
5. Con *b*^{2} intenti *b*^{2} nitenti (superscr. sil? puelle) *O* mittenti *Phillippensis.*
6. Karum *O quod credo in archetypo fuisse* Rarum *Ha* Carum *cett.* al. iubet *marg. O*
7. In *pro* et *Itali Broukhusius Doer. Pleitn.* ut *marg. ed. Vicentinae* 1481. Solaciolum *GOa, Lachmannus* *Post u.* 7 *desiderari aliqua censet Spengelius.*
8. Credo ut cum (con *b*^{2}) *ACDGHLLa*^{1} *a m. pr., La*^{2}*OV habe* Credo ut *B Phillippensis* Credo ut tum *La*^{1} *ex rasura* adquiescet *G* acquiscet *a* acquiescet *cett.* adquiescet *uel* acquiescet A Credo ut tum grauis acquiescat *Bapt. Guarinus, edd. pleraeque* Credo uti *Schraderus* Credo dum g. acquiescat *Verburgius* Credo, ut cum grauis acquiescet ardor, Sit sol. sui d. *H. A. I. Munro* *Scripsi* et cum g. acquiescit. *Sensus est Quom desiderio meo libet nescio quid iocari siue ut dolorem suum soletur, siue quom amoris ardor iam acquiescit.* ardor (superscr. i. dolor) *O*
9. Et tecum *AL.* secum *marg. O marg. d* ludere (superscr. luderem) *G* luderem *D*

Et tristis animi leuare curas!

. . . .

Tam gratum est mihi quam ferunt puellae
Pernici aureolum fuisse malum,
Quod zonam soluit diu ligatam.

III.

LUGETE, o Veneres Cupidinesque,
Et quantum est hominum uenustiorum.
Passer mortuus est meae puellae,
Passer, deliciae meae puellae,

13. **Priscianus 546 P. I. 16 *ed. Keil.* Similiter Catullus Veronensis 'quod 'zonam soluit ligatam' inter hendecasyllabos phalaecios posuit, ergo nisi 'soluit' trisyllabum accipias, uersus stare non possit.**

---

passer
ipsa *O* ipse *a, Auantius* Issa *Bergkius philol. XI.* 385. Tecum ludere sicut ipsa posse *Vossius Vulp. Ed. a Bruner.*

10. *Post u.* 10 *spatium relictum esse in codice antiquo testantur Alex. Guarinus et Perreius apud Lachmannum. Itaque Lachm. unius uersus interuallum hic posuit; quem cum Hauptio et Froehnero (Phil. XIV.* 575) *secutus sum, quamquam si Guarino credimus, non unus tantum uersus uidetur excidisse. Certe si recte* est *legitur in u.* 11 tam gratum est, *infinitiuum praecedere iudico; dixerat fortasse peream, nisi tecum ludere tam gratum est* κ.τ.λ. *uix enim similis uidetur constructio apud Tibull. I.* 6. 37, 'At mihi seruandam credas; 'non saeua recuso Verbera, detracto non ego uincla pedum.'

11. es *ed. Parm.* 1473 est *om. Ald. I. Scaliger Doer. Hand. (Obseru. p.* 41) *Sill. Pohl. Spec. p.* 25 *Eadem erat opinio Coningtonis* id *pro* est *Muretus Heysius* fuerunt *AH* puelle ferunt BLa^1Vb.

12. Permici b^2

13. Ronam b^2 ligatam $ABCDHLLa^1babc$, *Priscianus* 546 *P., I. p.* 16 *ed. Keil* negatam al. ligatam *G* negatam La^2OV *Auantius Martyni-Laguna* negantam b^2 *Cf. Claudian. Fescenn.* 37, 8, 'et seminudo pectore 'cingulum Forti negatum solueret Herculi.'

uu. 11–13 *Spengel. censet a prioribus disiungendos esse quamquam ex carmine quod et ipsum de passere scriptum fuerit. Froehlichius cum XXXVIII.* 8 *coniungit; Pleitnerus Klotzius Schwabius ponunt ante* si qui forte mearum ineptiarum—irrumabo. (*XIV*b.) *Rossbachius eos pro fragmento habet carminis cuius initium perierit. Sed is est nexus uersuum ut disiungi nequeant. Sensus uidetur esse, Nihil mihi potest esse iucundius quam cum passere ludere Lesbiae; neque enim gratiora Atalantae poma erant, propter quae fecit id quod nolebat facere, uirgo esse desiit. Cf. Pohl. Specim. pp.* 21—25.

III.

Inter hoc c. et c. II. nullum interuallum habent codices.

quia
3. Passer *O* est mortuus *b.*

dico ens
4. Passer *O* *uersum om.* $ABCLLa^1Vb^2a$, *editiones ante Ald. I., Ald. II. Guarinus Muretus Statius Dousa f.* *Nonnulli eum a II.* 1 *inuectum putant,*

Quem plus illa oculis suis amabat:
  Nam mellitus erat suamque norat
  Ipsam tam bene quam puella matrem.
  Nec sese a gremio illius mouebat,
  Sed circumsiliens modo huc modo illuc
  Ad solam dominam usque pip*i*labat.
Qui nunc it per iter tenebr*i*cosum
  Illu*c*, unde negant redire quenquam.

12. Seneca Apocolocynt. XI. p. 63 Buecheleri Nec mora, Cyllenius illum collo obtorto trahit a caelo unde negant redire quemquam. Illuc *post* caelo *add. Muretus.*

---

oculis ab altera pagina ad alteram errantibus. Conuenit id opinioni Froehneri existumantis in utraque pagina archetypi duas columnas fuisse, quarum utraque 16 *uersus contineret. Nam a II.* 1 *ad III.* 4, 16 *uersus sunt; ut in eodem loco paginae utriusque staret hic uersus* 'Passer deliciae meae puellae.' *Sed et hoc poterat casu euenire, neque a Catullo abhorrent huiusmodi repetitiones uersuum. Cf. IV.* 16, 17; *VIII.* 3, 8; *IX.* 3, 5; *XII.* 16, 17; *XIII.* 3, 6; *XVI.* 1, 14; *XVII.* 14, 15; *XXIV.* 7, 8, 10; *XXIX.* 2, 10; 5, 9; 11, 23. *Quomodo igitur omissus est? Necesse est aut a duobus codicibus ductos fuisse eos qui nunc exstant, quorum alter uersu careret; aut si unus tantummodo erat, latius diuulgatum esse id huius exemplar in quo uersus omissus est quam id in quo supererat. Atqui habent eum cum D, tum G, qui codices antiquissimi sunt iidemque diuersissimi. Non igitur ad duos archetypos confugiendum est. Restat ut archetypi unius exemplaria duo facta sint, quorum in altero uersus esset, abesset ab altero. Caussam cur exciderit credo fuisse repetitum in initio uersus uocabulum* 'Passer,' *quod idem accidit XLII.* 12; *LXIV.* 258; *cf. etiam XCII.* 3, 4. *Eadem erat sententia Scaligeri Douzae P. Doeringii Leutschii comparantis bucolicas repetitiones Bion. I.* 30, 38, 89; *IX.* 1, 2, (*Philol. X.* 737.)

5. oculis illa *BLa*[1]*V* ciculis *b*[2].

6. Nam (qz) *O* melitus *Cb*.

7. Ipsa *ABCL Phillippensis Statius Vossius Vulpius Lachmannus Orellius in Eclogis Hauptius* Issa *Bergkius Philol. XI.* 385. *Sed in hoc carmine trochaeus uersum non incipit.* Ipsam *defendit Froehnerus in Rhen. Mus. Nou. XIII.* 148 *collatis* Issa, issulus, ipsitilla. *Vide Buechelerum ad Petron. Satir.* 63. puella (nouit) *O*

8. se *ACL* ingremio *H* illius (puelle) *O* amouebat *V*

9. Circum siliens *G* Circum silens *O et in marg.* al. siliens

10. piplabat *ACGHLLa*[1]*La*[2]*OV* pip(i)labat *B*, i *recentius fortasse addita* pipilabat *Dab*[2] *uulgo et Lachm.* pipillabat *bcb* pipiabat *marg. b Vossius, Heys. Schwab.* pipulabat *Auantius* pippilabat *Guarinus* pipiebat *Muretus* piplilabat *Statius. Vide excursum.*

11. Id *V* tenebrosum *codd. omnes praeter b*[2] tenebricosum *b*[2] *B a m. sec.* tenebriosum *La*[1] *a m. sec., ed. Pr.*

12. Illuc *BLa*[1] *post rasuram uterque, marg. O* Illud *codices ceteri, fortasse recte: locus enim Senecae rem relinquit incertam. Retinui tamen* illuc *cum omnibus edit. praeter Conr. de Allio, qui trochaeos non credam in hoc carmen inferendos esse.* negat *b*[2]. .ſ. in infernum *marg. O*

At uobis male sit, malae tenebrae
Orci, quae omnia bella deuoratis:
Tam bellum mihi passerem abstulistis.
Vae factum male! *uae miselle* passer,
Tua nunc opera meae puellae
Flendo turgiduli rubent ocelli.

17. Schol. Iuuenalis S. VI. 8 (in Krameri Mantissa, p. 598) Alludit ad uerba Catulli conquerentis de passere mortuo. Catullus 'Tua—ocelli.'

Ibid. Amicam Catulli tangit quae propter edomitum passerem mortuum sibi missum ab adultero in tantum fleuit ut oculos corrumperet.

IV. 1. Terentian. Maur. 2276, Ante ergo uersum collocabo iambicum 'Phasellus—hospites.' Cf. 2283, 2311, 2376, 2379, 2424, 2426, 2431, 2432, 2445, 2469.

Mar. Victor. 2572 P. 170 G. Exemplum ergo trimetri iambici erit 'Phasellus—hospites.'

---

14. Orcique (al. quae) *G* Orcique *COb* bella (al. pulchra) *G* bella (l. pulcra) *O* deuorantis *b*[2].

15. mihi bellum *b*.

16. Bonum (Bonum (b) *La*[1] Donum *H*) factum male (male (corrigit) *O*) bonus ille passer *AB a m. pr. CDGHLLa*[1]*La*[2]*OV Vic* Bonum foedēn male bonus ille passer *b*[2] O factum male O miselle passer *uel* passer O miselle *uel* bellus ille passer *Itali*, (*ex Cic. ad Att. XV.* 1, 1 O factum male de Alexione, *cf. Inscriptionem in Gallia nuper repertam quam in excursu addidi*) *quorum uerborum* O factum male *habet marg. d, ed. Pr.*, O miselle passer *c, marg. d, ed.* 1473, bellus ille passer *b*. O factum male, O miselle passer *receperunt post Statium plerique* O factum male proh m. p. *Bapt. Guarinus* Proh fact. m. proh. m. passer *Froehlichius* O factum male io m. passer *Lachmannus Orellius in Eclogis Hauptius Schwabius* uae pusille passer *Balth. Venator, unde ipse scripsi* uae factum m. uae m. passer. *Confunduntur* u, b *saepissime: nec multum placet hiatus* male O (*cf. Bentleium ad Hor. C. III.* 14, 11, *cui hic uersiculus in mendo cubare uidetur, Lachm. ad Prop. IV.* 12, 61, *p.* 287 *ed.* 1816, *et ad Lucret. VI.* 743, *L. Muellerum de Re Metrica, p.* 306) *quanquam defendi poterit ex XXXVIII.* 2, *CXIV.* 6. Miselle passer *uere scribi ostendunt Tertullian. de Test. Anim. IV.* 'Cum alicuius defuncti recordaris, misellum 'uocas eum.' *Petron.* 165, 'Scissa sacrum novendiale seruo suo misello 'faciebat quem manumiserat mortuum.' *Gloss. Ball.* 'Misellus mortuus.'

17. Tua (quia) *O* Vestra *Auantius et sic m. sec. a* cuia *Vossius* mea *Schol. Iuuenalis S. VI.* 8, *in Krameri Mantissa, p.* 598.

18. tument *BLa*[1]*Vbd* rubent (tument) *a* turbiduli *Marcilius tanquam lectum a Iuuenale VI.* 8, 'Turbauit nitidos exstinctus passer ocellos.'

IV.

PHASELLUS ille, quem uidetis, hospites,
Ait fuisse nauium celerrimus,
Neque ullius natantis impetum trabis
Nequisse praeterire, siue palmulis
Opus foret uolare siue linteo.
Et hoc negat minacis Adriatici
Negare litus insulasue Cycladas

Augustin. de Musica V. 5. Neque quisquam umquam uersum esse dubitauit, 'Phasellus—hospites.'

Ib. 11. Etiam istum uersum metire si placet et mihi de membris eius pedibusque responde 'Phasellus—hospites.'

Ib. 16. Et 'Phasellus—hospites' primum membrum habet 'Phaselus ille' in semipedibus quinque, secundum in septem 'quem uidetis hospites.'

Fragm. eorundem librorum de Musica apud Maium in Scriptor. Vet. Nou. Collect. T. III. P. III. p. 132, c. XVII. Eodemque modo uersus iambicus senarius fit trochaicus ut est 'Phasellus—hospites.'

Ib. c. XVIII. Etiam nunc V et III semipedes uideamus, qualis est iste uersiculus 'Phasellus ille quem uides.'

Ib. c. XIX. Alterum quod iambicum dicitur et eadem ratione inuenitur trochaicum, cuius exemplum 'Phasellus—hospites.'

Censorinus de Metr. 2726 P. 94 Iahn. Trimetros iambicus Latine senarius dicitur; cuius exemplum 'Phasellus iste—hospites.'

Schol. ad Lucani Pharsal. V. 518. 'Phasello' genus nauis, ut ait Catullus (Plautus *codd.*) 'Phasellus—hospites.'

IV.

Cum hoc carmine comparanda est Parodia in Vergili Catalectis VIII. 'Sabinus 'ille quem uidetis hospites,' κ.τ.λ.

DE PHASELLO *ABGLa*¹*La*² *ab* DE PHASELO *DL* DE QVODAM PHASELLO *H*. *Spatium unius uersus in OV*.

1. Phasellus *ACHLa*¹*bb*²*c Statius Scaliger* Phasel us *G* (*erasa altera l*) Hasellus *VO* Phassellus *B* Phaselus *a* ille *codices praeter V, Terentian. Maurus* 2276, *Marius Victorinus p.* 2572 *P., Augustinus de Musica, V.* 5, 11, 16, *et eiusdem fr. XVII. XVIII. XIX. in Maii Script. Vet. Nou. Collect. T. III. part. III. p.* 132, *Scholiastes Lucani V.* 518, *Parodia* iste *V, Censorinus Iahnii, p.* 94.

2. Aiunt *codices omnes* Ait *Calpurnii ed.* 1481, *Parodia* celerrimum *codices* celerrimus *Parthenii ed.* 1486, *Parodia.*

3. Illius *codices* Vllius *Calpurnius, Parodia in ed. Vergili* 1473 tardis *codices, nisi quod b*² *habet* tradis trabis *Calpurnius* ratis *corr. Paris.* tardis *uel* tradis A.

4. Neque esse *codices nisi quod* Neque esset *habent Hb*²*d* Nequisse *ed.* 1473 praeter ire *L. Mueller et H. A. I. Munro* siue *b, Parodia* sine *cett.*

5. Opus si *a* siue *b, ed.* 1473, *Parodia* sine *cett.*

6. Et *codices* neque *Parodia* mina ci *V* mina ei *B a m. prima, DGHO a bb*² ei mina *C* ei minas *AL* minacis *La*¹ *ex rasura, ed.* 1473.

7. insula uegeladas *O* ciclades *a* cyclados *b*²

Rhodumque nobilem horridamque Thraciam,
Propontida trucemue Ponticum sinum,
Vbi iste post phasellus antea fuit
Comata silua: nam Cyt*o*rio in iugo
Loquente saepe sibilum edidit coma.
Amastri Pontica et Cyt*o*re buxifer,
Tibi haec fuisse et esse cogn*i*tissima
Ait Phasellus: ultima ex origine
Tuo stetisse dicit in cacumine,
Tuo imbuisse palmulas in aequore,
Et inde tot per impotentia freta
Herum tulisse, laeua siue dextera
Vocare*t* *a*ura, siue utrunque Iuppiter
Simul secundus incidisset in pedem;
Neque ulla uota litoralibus d*e*is

8. Rhodumue *a* Rhodumque uoluere b^2 hordiamque b^2 horidamque *B* tractam *ABCDGHL*a^2*OV* teactam *a* tracam *b* traciam La^1b Thraciae *Lachmannus ad Propertium p.* 253.

9. Propontidam *C* Propontidamque *c* Propontidem *Guarinus. Sed cf. u.* 18, *XVII.* 24, *LXIV.* 186. *Sillgius Heysius et H. A. I. Munro interpunctionem post* Thraciam *delent, ponunt post* Propontida. siniam *O* trucemque *a Conr. de Allio* trucem *H.*

10. post *om. ACL* phasellus HLa^1b fasellus b^2

11. Commota b^2 sillua b^2 silua *om. O* iam *A* citeorio *AB a m. pr. GL*La^2 *et sic O nisi quod omisso apice super* i citeono *potius effingere uidetur* citheorio *CV* citeono b^2 citrorio *b* cytherio *D* cithereo *H* citherio *a de m. pr.* Cytorio *Parthenius.*

12. sibillum $BCLa^1b^2$ sybillum *L.*

13. citheri GLa^2OV *a* cith°eri La^1 citherei *B ut uidetur*, b^2 cithere *CH* Cytheri *ADL* Cythore *Calpurnius.*

14. cognotissima *ABCDGHL*La^1 *a m. pr. VO* cognatissima La^1 *ex rasura* cognitissima La^2b^2*abcd Parodia.*

15. phasellus $CVObb^2$. *Klotzius (in emend. editis Lipsiae* 1859), *post* origine *interpungit; quo infirmior fit rhythmus. cf. u.* 11.

17. Tuas *codices et Parodia* Tuo *bd. ed.* 1473.

18. impotencia La^1O.

20. Vocare cura *ABCGHL* Obb^2 Vocare tura *V* Vocaret cura *D* Vocaret aura $abLa^1$ *ex rasura, uulgo et Lachm. I.* Vagaret aura *Lachmannus ad Lucret. III.* 628, *quod Hauptius in textum admisit suum et Lachm. II.*

21. secundis *H* racidisse b^2 impedem La^1 in pede *a.*

22. littoralibus *ABCO abc* littorabilis b^2 littoribus *H* literalibus *D* litoralibus *cett. Lachmannus* diis *codices, nisi quod* deis *a*, di°is La^1, **fortasse recentius additam.* deis *ed. Pr. Guar. Scal.* dies *uel* deis *Parodia.*

Sibi esse facta, cum ueniret a mare*i*
Nouissim*o* hunc ad usque limpidum lacum.

Sed haec prius fuere: nunc recondita
Senet quiete seque dedicat tibi,
Gemelle Cast*or* et gemelle Castoris.

27. Charisius, p. 252 Keil., 223 P. Senesco autem nunc in usu est frequens: apud antiquos tamen et seneo dicebatur unde et Catullus (Catulus *codd.*) sic retulit. Nunc recondita st̄ quiete seque (sunt qui seneseq: *P*) dedicat (didicat *P*) tibi Gemelle Castoris.

Diomedes p. 344 Keil., 334 P., Nam Senesco et Seneo apud antiquos dicebatur; unde et Catullus Nunc (non *A*) recondita (recordita *M*, recordata *A*) Senet quiete seque dicebat (dicebant *A*) tibi Gemelle Castor et gemelli Castores.

Priscian. I. p. 484 Keil., 869 P., Seneo senectus.... Catullus (Catulus *codd.*) Sed haec fuere (feruere *codd.*), nunc recondita senet quiete (quite *codd.*)

---

23. amaret *AB a m. pr. CDGHLLa²OVb* amare *ac Vic* a mari (i *ex rasura*) *La¹ bd uulgo Klotzius* a mare *cum Mureto Statius secundum Charis. I. p.* 61, *ed. Keil.* (44 *ed. P.*), *ib. p.* 137, *Keil.* (*p.* 111 *P.*) *Priscian. VII. Tom. I. p.* 331 *Keil.* (*p.* 758 *P.*) *qui laudat cum Varrone Atacinum Plautum* (*Rud. IV.* 3, 40), *Lucanum* (*VII.* 389—391). *Cf. Lucret. I.* 161, *Ouid. Trist. V.* 2, 20. *Ep. Pont. IV.* 6, 46. *Statium secutus est Scaliger cum plerisque ante Lachmannum* a marei *Lachmannus.*

24. Nouissime *ABCDGHLLa¹La²O bb²bd Auant. Stat. Lach. Haupt.* nouisse *Vb* Nouissimo *a, Vic., ed.* 1473, *uulgo, quod Klotzius tuetur allatis Ouid. Trist. III.* 13, 27, 'Dum me terrarum pars pene nouissima Pontus,' *Valer. Flac. Argon. V.* 77, 'Post acies rubrique nouissima claustra Aequoris.' *Tac. Agric. X.* 'Haec ora nouissimi maris.' *Ann. II.* 24, 'uasto ac pro- 'fundo ut credatur nouissimum ac sine terris mare.' *Ipse Catullus* nouissimo casu *habet LX.* 4. *Nihil ad rem faciunt quae a Gellio afferuntur. X.* 21. *Nam Gellium errasse docent lexica Ciceronis, apud quem* nouissimus *ter legitur, Pro Q. Roscio XI.* 30, 1, 'Qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad 'primos peruenit comoedos.' *Ad Fam. XII.* 13, 1, 'ut haec nouissima 'nostra facta non subita fuisse iudices.' *Ib. X.* 30, 4, 'Quom omnes se 'recepissent nostri ordinis, recipere me nouissimus coepi ad castra.' *Opinatus est Munro opponi inter se* ultima ex origine—et inde—cum nouissime, *quemadmodum apud Plancum Fam. X.* 42. 2 primum—deinde—nouissime *et apud Senecam de Ira III.* 5. 2. *Vide eum de hac re disserentem in Diario Philolog. Cantabrig. IV.* 237.

25. hoc *CGHLa²* potius *b²* non *Vbc, codex A Diomedis* recomdita *O.*

26. Sedet *a Parodia* Sed nec *b* Sine *H* st̄ *uel* sunt *Charisii codices* qui te *Prisciani codices*

27. castor *D, codd. Diomedis, Parodia* castrum (al. castorum) *G* castrum *ACHL a m. pr. O abb²* castorum *B a m. pr., La¹ a m. pr., corr. L* castor̄ *V quod in archetypo fuisse censet Schwabius. Mihi potius ex male intellecto* castor' *error ortus uidetur* castris *b²* gemelli Castores *codd. Diomedis* Gemelle Castor et gemelle Castoris *ed. Pr.*

V.

VIVAMUS, mea Lesbia, atque amemus,
Rumoresque senum seueriorum
Omnes unius aestimemus assis.

Soles occidere et redire possunt:
Nobis cum semel occidit breuis lux,
Nox est perpetua una dormienda.

Da mi basia mille, deinde centum,
Dei*n* mille altera, dei*n* secunda centum,
Deinde usque altera mille, deinde centum.

Dei*n*, cum milia multa fecerimus,
Conturba*b*imus illa, ne sciamus,
Aut ne quis malus inuidere possit,
Cum tantum sciat esse basiorum.

V.

Carmen in quatuor strophas diuisi monente Ribbeckio. Quarta stropha 4 *uersuum est, non ut ceterae trium.*

AD LESBIAM *ABDGHLLa*^{1}*L*^{2} *ab.* *Spatium unius uersus in OV.*

1. Iuamus *O*

3. extimemus *BCDGLa*^{1}*V ab* axis *BCVLa*^{1} *a m. pr. bc* asses *b*^{2}.

4. ocidere *Ob*^{2} ridere *H, et sic a de m. pr.*

5. Nobiscum *GO et codices plerique; correxerunt Itali.* Nobis, cum *editiones pleraeque; interpunctionem cum Klotzio deleui.*

7. mihi *AHLLa*^{1} *ab* mile *H.*

8. *om. A* Deinde mi altera da secunda centum *G, et sic, sed sine spatiis BCHLa*^{1}*La*^{2} *Phillippensis Riccardianus abc, ed. Pr.* Deinde me altera da secunda centum *D.* Deinde (dein *b*^{2}) mille altera deinde s. centum *LOb*^{2} Deinde mille altera da s. c. *b* Dein (*ed. Pr.*) mille altera da s. c. *Calpurnius Guar. Sillig.* Dein m. a. dein s. c. *Puccius Ald. uulgo et Lachm.* Deinde mi altera mille, deinde centum, *Heysius. In* A *suspicor scriptum fuisse* Deīn ml' altera da [dein] secunda centum

9. *om V* mile *Ha.*

10. Deinde *ABCDGHLLa*^{1}*La*^{2}*OV bab*^{2} multa milia *A* multa alia mille *b.*

11. Conturbauimus *ABCDGHLa*^{1} *a m. pr. OV a* Conturbabemus *b* Contribuamus *b*^{2} Conturbabimus *b et corr. La*^{1}.

nesciamus *codices omnes sinceri* ne sciamus *b, ed. Pr.*

Post u. 11 *unum uersum excidisse, uu.* 12, 13 *delendos esse tamquam spurios. ut carmen quatuor strophas contineat, trium singulam uersuum, censet Th. Maurer in Nou. Mus. Rhen. XIV. p.* 323.

12. At *V.*

13. tantus *CGHO* tantu$ *La*^{1}. *Scriptum fuerat in* A tantusciat sciet *Buechelerus ex Priap. LII.* 12, 'Cum tantum sciet esse mentularum.' *Versum delent Ribbeckius, G. Richterus in Mus. Rhen. XIX.* 363.

VI.

FLAVI, delicias tuas Catullo,
Ne*i* sint illepidae atque inelegantes,
Velles dicere, nec tacere posses.

Verum nescio quid febriculosi
Scorti diligis: hoc pudet fateri.

Nam te non uiduas iacere noctes
Nequicquam tacitum cubile clamat
Sertisque a*c* Syrio flagrans oliuo,
Puluinusque peraeque et hic et ille
Attritus, tremulique quassa lecti
Argutatio inambulatioque.

VI.

AD FLAVIVM *ABDGHLLa*^{1}*La*^{2} *abb*^{3}. *Spatium unius uersus in V.*

1. delitias *ABCHV b* catulo *BCLa*^{1}*O*.

2. Ne *codices omnes sinceri* Ni *cd ed.* 1473 Nei *Lachmannus* illepidae *codices* inlepidae *D. m. pr. Lachmannus* inellegantes *BHa*.

3. Velles *codices* Velis *Heinsius; sed uide XXIII.* 22, *H. A. I. Munro ad Lucret. V.* 276, *F. Umpfenbachium Meletem. Plautin. p.* 66. possis *Heinsius Reisigius*.

5. dilligis *a*.

6. tacere *H a m. pr.*

7. Nequid quam *O* Nec quicquam *Bad* Nequaquam *Statius Heinsius. Codicum lectionem confirmat Mart. XIV.* 39, 'Dulcis conscia lectuli lucerna, 'Quicquid uis facias licet: tacebo.' clamnat *a*. *Catullum respexit scriptor epigrammatis Anthol. Pal. V.* 87, 1, 2, 'Ἀρνεῖται τὸν ἔρωτα Μελισσιάς· ἀλλὰ τὸ σῶμα Κέκραγ' ὡς βελέων δεξάμενον φαρέτρην.

8. Sertisque *Dacd* S$\overset{e}{\text{a}}$rtis *H* Sectis *BLa*^{1}*La*^{2}*V Phillippensis* Se$\overset{c}{\text{r}}$tis *b* Sertis *cett.* asirio *AGO* a Syrio *CHLa*^{2} asyrio *b* assirio *BLa*^{1}*V b*^{2}*d* assyrioque *D* asyrioque *a* Sertis ac Syrio *Auantius, uulgo, et Lachmannus. Scripsi* sertisque ac Syrio. flagrans *BCGHLa*^{1}*OVbb*^{2}*bcd Phillippensis et m. pr. a* clamans *ACL* fragrans *DLa*^{2} *et m. sec. a, Lachm.* flagrans *Broukhusius ad Tib. III.* 6, 33, *Pohlius p.* 25, *Ritschelius in Iahnii Ann.* 1858, *p.* 191. *Vide excursum.* amomo *a ex rasura.*

9. Puluinus *b*^{2} et haec [al. hic] et illo [al. ille] *G* et haec et illo *ABCLa*^{1} et hoc et illo *O* et hic et illo *Lb*^{2} et hic et ille *D, ed.* 1473, *Lachmannus* et hic et illac *Phillippensis* et hic et illic *ab uulgo.*

10. Atritus *La*^{1} A tritus *V* Adtrictus *b*^{2} tremulaque *A* cassa *D Froehnerus in Philol. XIV.* 568; *cf. Fleckeisenum in Iahn. Ann. LX.* 255 casa *a a m. pr.*

11. in ambulatioque *G*.

Nam ni*l* st*u*pr*a* ualet, nihil tacere.

Cur? non tam latera ecfutu*t*a panda*s*,
Ne*i* tu quid facias ineptiarum.

Quare, quicquid habes boni malique,
Dic nobis. uolo te ac tuos amores
Ad caelum lepido uocare uersu.

VII.

QUAERIS, quot mihi basiationes
Tuae, Lesbia, sint satis superque.

Quam magnus numerus Libyssae harenae
Lasarpiciferis iacet *C*yrenis,

12. in (ni *CGLLa*^{2}) ista preualet *codices* tacere *codices omnes* mi praeualet ista nil tacere *Ald. Sil. Spengelius* ni praeualet ista nil taceres *ed. Pr. Guarinus* nil pr. ista, nil tacere *Dousa f. ed.* 1592 ni stupra ualet *Scaliger* mi stupra ualet *Anglus in Ephem. Class. XXIV. p.* 211 nil ista ualet *Lachmannus* nil stupra ualet *Hauptius* *Ipse olim conieceram* Nam nil stare ualet.

13. Cur non (non *om. V*) tam latera et futura (fututa *b*^{2}) panda *AB a m. pr. CDGHLLa*^{1}*La*^{2}*OVb*^{2}*c* exfututa *Itali, a ex rasura, ed. Pr. uulgo* ecfututa *Lachmannus cf. XXIX.* 13 *et Priap. XXVI.* 7, 'Ipsi cernitis ecfu-'tutus ut sim.' *ubi* et fututus *habet codex Lindenbrogianus*, ecfututus *Buecbelerus* pandas *b* pandam *d*.

14. Nec *codices praeter a* Ne *a* Ni *Baptista Guarinus* Nei *post Marcilium Lachmannus*. *Muretus ex tribus uersibus* 12—14 *fecit duos* Nam cur tam latera ecfututa pandas Ni tu quid f. ineptiarum? Cui (Cur *Balth. Venator*) non t. l. e. pandant Noctu (Noctu *etiam Scaliger*) q. f. in.? *Vossius B. Venator* Cur nunc t. l. e. pandas Nec tu q. f. in.? *Doeringius Silligius* Cur non? t. l. e. pandas Nei t. q. f. ineptiarum? *Spengelius* Cur? (*sic iam antea Scaliger*) non tam l. e. pandas, Nei tu quid f. ineptiarum *Lachmannus*.

15. quid *A* quidquid *Hd* bonique malique *O* inter lepido *et* uocare *maius solito spatium est in C* uersum *O*.

VII.

AD LESBIAM *ABDGHLLa*^{1}*La*^{2}*bb*^{2}*a*. *Spatium unius uersus in OV*.

1. quod *DGLa*^{1}*O* mihi *om B*.

3. mons *pro* numerus *a, ut puto ex confusis* num's mons lybisse *CGH* libisse *ALa*^{1}*La*^{2}*aO* bibisse *V ut uidetur* libyssae *DL, uulgo et Lachmannus* harenae *ACHOb*^{2}*d*.

4. Lasarpiciferis (al. fretis) *G* Lasarpici feris (*marg.* fretis) *C* Lasarpici feris *ABDLLa*^{1}*b* Lasarpicis eris *a* Lasarpici fretis *HV* Lasarpici fecis *Ob*^{2} iaces *O* ty—renis al. cyrenis *G* tyrenis *B a m. pr. HLa*^{1}*O* tyrrenis *AC Lb* tirenis *b*^{2} cirenis *La*^{2} cyrenis *abcd, ed. Pr.* arenis *D*.

Ora*cl*um Iouis inter aestuosi
Et Bat*ti* ueteris sacrum sepulchrum;

Aut quam sidera multa, cum tacet nox,
Furtiuos hominum uident amores;

Tam te basia multa basiare
Vesano satis et super Catullo est,

Quae nec pernumerare curiosi
Possint nec mala fascinare lingua.

VIII.

A *a* MISER Catulle, desinas ineptire,

5. Ora dum *AB a m. pr. CGHLLa^1La^2OV ab* Oraclum dum *D* Oraclum *bcd* in b^2 estuosi *a*.
6. beati (al. beari) *G* beati *AB m. pr. CDHLLa^1OV b* beari La^2 brati *m. pr. a* bt̄i b^2 bati *bd*, *ed. Pr.* Batti *ed. Ven.* 1475 ueteres (i) *C* uerens b^2 uerteris *b* sepulchrum *ab*.
7. cum tacet nox—basia multa *om. a*.
9. Nam *AL* basiei (al. basia) *G* basiei *C* (*marg.* basia) *O Riccardianus* basei *A*
10. etiam *pro* et *Hb* catulo *BCLa^1O* b^2.
11. Qua b^2 Quem *A* nec *om.* b^2 numerare *H*.
12. maga *marg. d. Baltb. Venator Vossius*.

VIII.

Hoc carmen Ribbeckius ita ordinauit.

1–2 3–5 (strophe) 6–8 (antistr.) 9–11 (strophe) 12–14 (antistr.) 15–19.

ut duas contineat strophas, duas antistrophos, trium quamque uersuum; prioris autem strophae primus uersus sit Fulsere quondam candidi tibi soles; *ultimus antistrophi*, Fulsere uere candidi tibi soles: *alterius strophae finis sit* Sed obstinata mente perfer obdura, *initium antistrophi* Vale puella iam Catullus obdurat. *Ego sic potius ordinaui.*

1–2 3–5 (*strophe α*) 6–8 (*antistr. α*) 9–11 (*Mesod.*) 12–13 14–16 (*strophe β*) 17–19 (*antistr. β*)

Carmen duas partes habet et μεσῳδόν. Vtraque pars habet prooemium (1–2, 12–13) *et stropham cum antistropho* (3–5 × 6–8, 14–16 × 17–19). Μεσῳδὸς *interposita caput ac uim carminis in se colligit.*

AD SE IPSVM *ABDGLLa^1La^2 b* ad sese b^2 AD SE IPM DELAMENTATIO *Ha*. *Spatium unius uersus in OV.*

1. Iser *O* catule *Ob^2* desinis La^1 in aptire *D*

Et quod uides perisse perditum ducas.

β Fulsere quondam candidi tibi soles,
Cum uentitabas quo puella ducebat
Amata nobis quantum amabitur nulla.

γ Ibi illa multa tum iocosa fiebant,
Quae tu uolebas nec puella nolebat.
Fulsere uere candidi tibi soles.

Nunc iam illa non uolt: tu quoque inpote*ns noli*
Nec quae fugit sectare, nec miser uiue,
Sed obstinata mente perfer, obdura.

B a Vale, puella. iam Catullus obdurat,
Nec te requiret nec rogabit inuitam.

β At tu dolebis, cum rogaberis nulla.
Scelesta, † ne te. quae tibi manet uita!

2. preditum *b*².
3. Flusere *b*²
4–8. *om. a.* Quȝ *V* Con *b*² Tum *D* uetitabas *Hb* quod *Ob*² docebat *AC pr. L* dicebat *Dousa F. Heinsius Broukhusius ad Prop. III.* 22, 15.
5. plusquam amabit' ulla *V* *Hunc uersum Handius* (*Observ. p.* 92) *ab interpolatore putat illatum a c. XXXVII.* 12. *Sed Catullus eodem modo eum repetiit, quo XXI.* 2, 3, *qui legitur etiam XXIV.* 2, 3, *XLIX.* 2, 3. *Vide Silligium in Epist. Critic. p.* 68.
6. Ili *D* tum *ante* multa *b*² cum *O, Auantius* quom *H* tamen *Dresdensis* tam *Scaliger Vossius Vulpius Conr. de Allio Doeringius Silligius Huschkius ad Tib. I.* 6, 7.
7. nollebat *b* nollebat *BLa*¹ uolebat *b*².
9. Iam nunc illa non uolet *b*² īpote *A* inpote *Q* impote *ABCDGLLa*¹*La*² *ad* impete *Vc* ipẽ te *H* inepte *b*² impotens *Vic b et marg. d ab eadem manu* impotens noli *Auantius*
11. ostinata *B* obdurat *HLa*¹.
12. *om. La*¹.
14. Aut *b* nulli *b ex interpolatione Post* nulla *plene interpungunt Scal. Dousa P. Conr. de Allio Lachm. Haupt. Heys. uide Haupt. Obs. Crit. p.* 4.
15. ne te *codices omnes praeter d H Phillippensem Cuiacianum* nec te *H et Phillippensis* tene *d* rere *Cuiacianus et codex Alani* tibi quae *Parisinus* 7990 *La*⁴ *ed. Pr.* tibi *om A* tė quae (*marg.* tibi) *b* Scelesta nocte *Statius Doeringius* nullam S. noctem *Vossius Heins. Vulp. Hand. Obs. p.* 43, *Sill.* S. tene *Parthenius Ald. I. Guarinus Muretus in textu Marcilius* S. quae nunc *Mureti liber uetus* S. rere *Scaliger Conr. de Allio* S. uae

Quis nunc te adibit? cui uideberis bella?
γ Quem nunc amabis? cuius esse diceris?
Quem basiabis? cui labella mordebis?
At tu, Catulle, destinatus obdura.

IX.

A *a* VERANI, omnibus e meis amicis
Antistans mihi milibus trecentis,
Venistine domum ad tuos Penates
Fratresque unanimos anumque matrem?

te *Balthazar Venator quod iniuria tuetur Hauptius* (*Obs. Crit. p.* 7) S. nosce *Heysius* S. nunc te (quae tibi manet uita?) Quis nunc te adibit? *Spengelius in Seebodii Nou. Chron. Paed.* 1828, *Fasc. IV. p.* 97 quae te ibi manet *Hauptius* (*Obs. p.* 10). *Sed quod discrimen facit inter* manere *cum datiuo et accusatiuo positum, ut hoc sit, i. q.* exspectare, *illud* certum esse *uel potius* exspectare adiuncta quadam certi notione, *hic etiam ualere censeo. Cf. infr.* LXXVI. 5, 6, *Callim. Lau. Pallad.* 119, 120. *Ὦ ἑτάρα, τῷ μή τι μινύρεο· τῷδε γὰρ ἄλλα Τεῦ χάριν ἐξ ἐμέθεν πολλὰ μενεῦντι γέρα. Aesch. Ag.* 1120 *Ἐμοὶ δὲ μίμνει σχισμὸς ἀμφήκει δορί. Cic. Phil. II.* 5, 11, 'Cuius quidem tibi fatum 'sicuti C. Curioni manet.' *Verg. Aen. I.* 257, 'Parce metu Cytherea, 'manent immota tuorum Fata tibi.' V. 348–9, IX. 301, *quos locos ipse attulit Hauptius. Fortasse* leti quae t. m. uita? *Cf. Lucr. III.* 1046 Mortua cui uitast, *et quod scripsit is qui Maximianus dicitur Eleg. I.* 269 uitam ducere mortis. *Anth. P. V.* 21. 6 *ὡς δὲ τάφον νῦν σε παρερχόμεθα.*

16. *Post* adibit *secuntur in a* cuius esse diceris *omissis* Cui—amabis.

19. catule *La*^{1} obstinatus *H.*

IX.

AD VERANNIVM *ABGLa*^{1}*La*^{2} *b* AD VERANIVM amicum suum *a* Ad Verannum *H* AD VERRANNIVM *D* AD VERAMNIUM *L* *Spatium unius uersus in OV.*

1. Veranni *BDGLa*^{1}*OV bb*^{2} NEranni *H* Veramni *ACL* Eramne *b* Verani *a quam formam habent Inscriptiones Pompeianae* Verranium *Fasti Antiates anni p. C.* 49 *in Inscript. Mommsen. p.* 327, *cf. Plin. Praef., Festus p.* 158, *Grut.* 83, 5; 108, 7; 988, 12; 1047, 1 Verania 955, 12; 1000, 1; 1047, 1; Veranilla 747, 5; 1144, 1 e *om O* est *a* ex omnibus meis *AL.*

2. Antistas *ABCDGHLLa*^{1}*La*^{2}*O bad, Ald. I. Handius* (*Obs. p.* 44) *Silligius* antistes *Vbc, uulgo ante Scaligeranam ed.* 1600, *Conr. de Allio Heysius* antistitas *b*^{2} Antestans *Palladius ed.* 1500 Antistans *Auantius Lambinus ad Lucret. V.* 22 *Lachmannus Gloss. Placidi* 'antistant. meliores sunt.' *Fulgentius exp. Serm. Antiqu. p.* 564 (*Gerlach*), 'Antistare dicimus praecellere. Unde et 'Crispinus in Heraclea ait: Divinis uirtutibus antistans Alcides.' antistare *Cato c.* 156, *Lucreti codices V.* 22, *Gelli VI.* 5, 2, *IX.* 13, 7, *Cic. Rep. III.* 18, *Tac. Ann. II.* 33, *quos locos attulit Ritschelius in Mus. Rhen.* 1850, *p.* 578; *cf.* antistes antistita Antistius anticipare anticessor. mihi *om. D*

4. uno animo sanamque *ABLa*^{1}*OV b* uno animo suamque matrem (al. sanam) *G* uno animo suamque *CHLb*^{2} unanimos (es *a*) suamque *D abd*

B α Venisti. O mihi nuntii beati!

A β Visam te incolumem audiamque Hiberum
Narrantem loca, facta, nationes,
Vt mos est tuus, applicansque collum
Iocundum os oculosque sauiabor.

B β O quantum est hominum beatiorum,
Quid me laetius est beatiusue?

X.

VARVS me meus ad suos amores
Visum duxerat e foro otiosum,
Scortillum, ut mihi tum repente uisum est,
Non sane illepidum neque inuenustum.

A α Huc ut uenimus, incidere nobis
Sermones uarii, in quibus, quid esset
Iam Bithynia, quo m*od*o se haberet,
Et quonam mihi profuisset aere.

unanimes tuamque *c Bapt. Guarinus* anumque *Faernus* senemque *Auantius Broukhusius ad Tib. I.* 7, 8 *Hauptius* suamque *Scaliger in Comm. Lachmannus* tuamque *uulgo.*

5. nuncii *O.*

6. Visamque *D* haberum b^2.

7. Narantem La^1 fata b^2 nactiones BLa^1.

8. Et *H* tuis *CL* tuum *D* aplicansque culum b^2

9. oculisque *H* suabior $ACGLLa^1La^2O$ suauior BHb^2 sabior *V* suauiabor *D* suabiabor *a* *Videtur in archetypo fuisse* sabiabor *unde geminatis literis* ab *error ortus est.*

11. beatiusque *ac* beatus ue b^2.

X.

Hoc carmen cum c. IX continuant codices.

1. Varus *C Vic ed. Pr.* Varrus *H ab* Verannius *D* Varius *B* Varius *cett. Vossius Osannus ad Apul. de Orthogr.* § 43, *Weichertus de L. Vario p.* 4 Varrus *Scaliger Statius Handius. Vide excursum.* mēs *pro* meus *O.*

2. fero b^2 octiosum ab^2 occiosum *O* ociosum *Cc.*

3. Scortilium b^2 tunc La^2O ut tunc mihi *AL* tñ La^1.

4. sine b^2 illepidum *codices plerique* inlepidum *Lachmannus*

6. qui esset *O.*

7. Iarbithinia *O* In bithinia *b* Iam al. Bithinia b^2 quomodo posse (possem *b* post se *b*) haberet $ABCDGHLLa^1La^2OVabb^2bd$ quomodo se haberet La^4 *ed. Pr. ex emend. Italorum Error ex confusis* MODOSE MŌPOSE (modo posse) *ortus uidetur.*

8. Et quoniam (al. quonam) *G* Et quoniam *ACDHO bdb* Et quonam BLa^1V *c ed. Pr.* Et qm̄ ab^2 Ecquonam *Statius Gronou. Hand. Lachm.*

β Respondi id quod erat, nihil neque ipsis
Nec praetoribus esse nec cohorti,
Cur quisquam caput unctius referret,

γ Praesertim quibus esset irrumator
Praetor, non faceret pili cohortem.

B α 'At certe tamen,' inquiunt 'quod illic
Natum dicitur esse, comparasti
Ad lecticam hominis.' Ego, ut puellae
Vnum me facerem beatiorem,

β 'Non' inquam 'mihi tam fuit maligne,
Vt, prouincia quod mala incidisset,
Non possem octo homines parare rectos.'

Haupt. Heys. Et quanam *Vossius* profuisse *a* here *ACDGLa*^{1}*OVc* herae *b*^{2} habere (hēre) *BHbd* aere *Lab ed. Pr. uulgo et Lachm.* E re *Scaliger quod cum sequentibus coniungit* ab re *Vossius.*

al. neque ipsis ñ
21. Floridus *b* Floribus *VaP sed P addito* dis *in margine* uult *O.*

22. Miritus *b*^{2} Mirtus *BCGLVa*^{2}*a* in asia *b*^{2} asya *GLa*^{1}*La*^{2} ramuliis *b*^{2} ramulus *H.*

23. amadryades *GLa*^{2}*b*^{2} amadriades *BCHLa*^{1}*OVabP Vu.* 22, 23 *uno tenore scripti sunt in H.*

24. Ludricum *ACGOHb*^{2} Ludicrum *Ba* Ludiocum *La*^{2} roscido *AP.*

25. honore *b*^{2} in honore *Ald. I.* in odore *Al. Guarinus* Nutriuntur honore *Maehlius.*

26. huc. aditum *O* ferrens *b*^{2}

Perge linquere T*h*espiae
Rupis Aonios specus,
Nympha quos super irrigat
Frigerans Aganippe.

Ac domum dominam uoca
Coniugis cupidam noui,
Mentem amore reuinc*i*ens
Vt tenax edera huc et huc
Arborem implicat errans.

γ Vosque item simul integrae
Virgines, quibus aduenit
Par dies, agite in *m*odum
Dicite, O Hymenaee Hymen,
Hymen O Hymenaee.

Vt lubentius, audiens
Se citarier ad suum
Munus, huc aditum ferat
Dux bonae Veneris, boni
Coniugator amoris.

27. rumpere *c* tespie $ABCGHLa^1La^2Ob^2$.
28. aouios *O*.
29. Nimpha $OVab^2$ Lympha *Ald. I. Guarinus Scaliger Voss.* 'Lymphas *deas noui*, Nymphae *pro aquis non dicuntur,' Lachm. Lucret. p.* 419. *Sed uide Seruium ad Verg. Ecl. VII.* 21, *Herm. Opusc. II.* 292. irigat b^2.
30. aganipe *a* Aganippae *Heinsius*.
31. Ac deomum *D* Ad *ed. Pr. Conr. de Allio*.
32. Coniugij *D* coniugi *Pleitnerus*.
33. reuinciens *abP* reui cens *V* reuincens *cett.*
34. Et *H* edera $ABGLa^2OVab$ edem b^2.
36. Vos *a* ite insimul *b*.
37. Virgines. quibus *O* adueniet b^2.
38. Pars ALa^1 in modum DLa^2P *abcd Ric.* 606 in nodum *cett. nisi quod* mihi nodum habet b^2 nodum *H*.
39. O hymen hymeneę hymen *H*.
40. *om.* *ACDLb* ee hymene hymen *margo C* O hymenee hymenee hymen $BGLa^1La\cdot OVb^2Pd$ *ed. Pr.* O hymeneę hymen *H* O hymen O hymenee *a sed altera* O *in ras. et post* hymenee *erasum est* hymen O Hymen hymenaee *Lachmannus*.
41. lubencius *O* libentius *Da* audiens cit *P*.
42. citaries *O* secitarie b^2. *Huc Schwabius rettulit quod est in Glossis Placidi et in Glossario Balliolensi* Citarier celeriter moueri, *et sic olim ipse rettuleram, quamuis interpretatio uix satis congruat.*
43. Minus b^2.
44. bene Db^2 *Vu.* 44, 45 *uno tenore scripti sunt in H.*

Μεσῳδός.

a Quis deus magis *ancsiis*
Est petendus amantibus?
Quem colent homines magis
Caelitum, O Hymenaee Hymen,
Hymen O Hymenaee?

β Te suis *t*remulus parens
Inuocat, tibi uirgines
Zonula soluunt sinus.
Te timens cupida nouos
Captat aure marit*us*.

Tu fer*o* iuueni in manus
Floridam ipse puellulam

46. Qui *Cuiacianus et P* amatis *codd. omnes sinceri* amatus *b* optimis *a ex rasura Auantius* magis ac magis *Guarinus* magis a magis *Scaliger* magis ah magisque *Dawesius Misc. Crit. p.* 32 magis ac magest expetendus *H. Leyserus* ab uagis *Ezra u. Ieuer ad Luc. III.* 553 ancxiis *Hauptius quod sane ex* amcsiis *facile corrumpi potuit in* amatis aemulis *Hermannus* mage mutueis *Pleitnerus* ambitu *Colotius, Auantius in supplemento, Handius qui confert Sen. Med.* 400 Segnis hic ibit dies Tanto petitus ambitu? *An* imitust Expetendus?

47. Sit petendus *Bentleius.*

48. colant *ed. Trinc. Auancii Bentleius.*

49. Celitum *O* *Inter* 49 *et* 50 *habent* $ACDGHLLa^1La^2OVa$ *(m. p.)* Compararier (Comperarier $CDLa^2$ conparies *O*) ausit *iam omissum in Phillippensi* bb^2 *abd ed. Pr.* *Vide Prolegomena.* *Post u.* 49 *P habet* Vt lubentius audiens *deinde* O hymenee hymenee hymen *deinde spatium quattuor uersuum, deinde* Compararier ausit, O Hymenee Hymenee hymen, Te suis romulus parens. *In a post u.* 49 *nunc est* Hymen o hymenee *sed erasis quae prius scripta fuerant.*

50. *om. B* O hymen (himen *O*) hymenee hymen *ACGLOa* O hymenee hymenee hymen DLa^2V O hymen o hymenee b^2 hymen o hymenee *b.*

51. Tu *D* Te *cett.* sui si remulus *G* (al. remus) sui si remulus $ACLLa^2O$ sui si romulus *BHVb* sui si romullus b^2 tui si remulus La^1 suis romulus *P* suis tremulus *a ex rasura, ed.* 1473.

53. Conula La^2 Zonulla *O* sinis b^2.

54. Te trî cupida *V* tamen *marg. P* tumens *Dousa F. et Heys.*

55. aureṣ *B* maritos *codd. Statius Scaliger Spengelius Conr. de Allio Silligius* maritus *Muretus uulgo et Lachm.* maritos *pro nominatiuo habet Scaliger. sed cf. Varronis* Γεροντοδιδάσκαλον *fr. II. Riese.* 'Nouos 'maritus tacitulus taxim uxoris soluebat cingillum.'

56. fero b^2P fer o $ABCDGHLLa^1La^2OVb$ *abcd* iuuem *b* iuuenis *AL.*

57. ipsa ipsa *H* puellam *AH* pueluIlam *O.*

Dedis a gremio suae
Matris, O Hymenaee Hymen,
Hymen O Hymenaee.

γ Nil potest sine te Venus,
Fama quod bona comprobet,
Commodi capere, at potest
Te uolente. Quis huic deo
Compararier ausit?

Nulla quit sine te domus
Liberos dare, nec parens
Stirpe *n*itier; at potest
Te uolente. Quis huic deo
Compararier ausit?

Quae tuis careat sacris,
Non queat dare praesides
Terra finibus: at queat
Te uolente. Quis huic deo
Compararier ausit?

58–62 *in margine ascriptos habet H.* 58–60 *sic leguntur in codd.* 58 Dedis a gremio sue matris (maritis b^2) 59 + 60 O hymenee hymen hymenee *nisi quod DG habent* O hymenee hymen O hymenee, *et G quidem alteram* O *supra lineam tanquam prius omissa esset. Verus ordo non ante Ald. I reperitur.*

61. Nihil *ABCL*a^1*L*a^2*ab* Nichil b^2*O.*

62. Phama *b* Flamma *H* Fāma *O* Fabia *AC pr. L* que *D solus* (*Lachm.*).

63. Commodi *om.* b^2 Comodi *BCVab* ac *HbP.*

64. d'o *O.*

65. Comparier *O* Compărariet b^2.

66–75 *om. Hac* 66–70 *om. b.*

66. quid *b* quidem b^2 qui *ACL.*

68. uincier *ADLP Lachmannus.* 'Vincier superari ut maiorem nepo-'tum uideat subolem' *Bernardus Pisanus in marg. ed. Vicentinae* 1481 uicier *CGL*a^1*L*a^2*Ven* iucier *B m. pr. ut mihi nunc uidetur* uitiet *V* uities *O* iritte͠, *margo* uinceret b^3 nitier *Auantius* dicier *Phillippensis Al. Guarinus Muret.* iungier *Scaliger Voss. Vulp. Doer.* cingier *Hauptius* ac *pro* at *P.*

69. uoluente *A.*

70. Comparies *O* Compărariet b^2 d'o *O.*

71–75 *in margine ascriptos habet H.*

71. caret *H.*

73. aut *H.*

74. uolente. *O* d'o *O.*

75. Comparier *O* Compărariet b^2 ausit *om. A* *Ceterum uu.* 61–75 Nil potest sine te Venus—Compararier ausit *ante uu.* 51–60 *transposuit*

B *a* Claustra pandite ianuae.
Virgo adest. Viden ut faces
Splendidas quatiunt comas?
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
Tardet ingenuus pudor.
Quem tamen magis audiens,
Flet quod ire necesse est.

a″ Flere desine. Non tibi Au-
Runculeia periculum est,
Ne qua femina pulcrior

Pleitnerus, cum ita respondeant inter se cantus puerorum (1–45) *et uirginum* (46–75), *cuius utriusque et in principio et in fine legatur* O hymen hymenaee, *neque alius sit ordo uu.* 114–143 (121–150) Tollite O pueri faces—Io hymen hymenaee, *cum inter strophas* 114–118, 134–143 *quas utrimque claudunt uerba* Io hymen hymenaee, *interpositae sint tres strophae quorum exitus fere idem sit* Concubine nuces da—Concubinus amorem—Concubinus amorem, *quemadmodum in uu.* 46–75 Compararier ausit *ter repetitum legitur.*

77. adest *codd. omnes* ades *Schraderus Lachm.*

78. quatiunt *om. spatio relicto* b^2 quaciunt *O. Post hunc u. primus in ed.* 1866 *indicaui lacunam, satius opinatus codicum ordinem non turbare. Nam ut ante uirginum cantum* (46–75) *nouem strophae sunt, ita nouem eum secutae uidentur. Id recepit Bebrensius. Etiam L. Muellerus lacunam agnoscit quattuor uersuum sed post* Tardet ingenuus pudor (*ed.* 1870).

83 (79). Tradet b^2 ingemius *A* in genius b^2 puer *ed. Trinc. Auancii* Tardet ingenuus pudor? Fles quod ire necesse est? *coni. Schwabius.* 'Tardet cum interrogatione legendum est. Retineatne? quasi 'dicat non.' *Parthenius.*

84 (80). *Hunc uersum Lachmannus Hauptius Pleitnerus Schwabius post u.* 110 (106) *ponunt, ut pars sit strophae quam claudunt uerba* Candido pede lecti. *Idem fecit Heysius, sed ut duas strophas faceret, quarum altera a uerbis* Quem tamen magis audiens, *altera ab* O cubile *inciperet. Rossbachius eundem uersum uncis inclusit.*

84 (80). Quae *Ald. I. Scaliger.*

85 (81). necce *O.*

86 (82). Arunculeia *ABCDGHLLa*[1]*La*[2]*VP Robortellus Lachmannus Rossb.* Acunculeia *a* Aurunculeia *O Scaliger uulgo idque unice uerum esse propter synaphiam primus intellexit Dawesius Misc. Crit. p.* 32 Aruncudia *et in marg.* Aurunculeia b^2 Auruleia *ed. Paris. saec. XV* Aruncleia *Statius* Auruncleia *Dousa f. Bentleius* Oruculeius *legitur in CIL.I* 927 Aurunceius *Gruter CLXXXI* Aurunceia *DCCLXII DCLXXXIV. Vtramque formam exhibent codd. Suetonii* (*Caesar XXV*), *Liui XXVII.* 6, 7, 41, *XXXVI.* 45, *XXXVII.* 2, 55 Au-Runculeia *diuise Turnebus Aduers. XV.* 22.

88 (84). feminina *O.*

Clarum ab Oceano diem
  Viderit uenientem.

Talis in uario solet
  Diuitis domini hortulo
  Stare flos hyacinthinus.
Sed moraris, ab*i*t dies.
  Prodeas noua nupta.

β Prodeas noua nupta, si
  Iam uidetur, et audias
  Nostra uerba. Viden? faces
Aureas quatiunt comas:
  Prodeas noua nupta.

Non tuus leuis in mala
  Deditus uir adultera,
  Pro*br*a turpia persequens,
A tuis teneris uolet
  Secubare papillis.

Lenta qu*i* uelut adsitas

89 (85). Claro *DC m. p.* Occeano *ABHL*a^1*L*a^2*O*.
92 (88). homini *C* hominis *AL m. p.* ortulo *BL*a^1*L*a^2*Vabb*^{2} ortullo *O et pr. G*.
93 (89). iacintinus *BGL*a^1*L*a^2*Vbb*^{2} iactintinus *O* iacinthius *ACa* iacynthius *H* yacintius *L*.
94 (90). abiit *ABCDGHLL*a^1*L*a^2*OVbb*^{2} adiit *a* habet *c* abit *Vic*.
95 (91). *omittunt codices Additur in Ald. I.*
97–100 (92–96). Iam uidetur—noua nupta *L*a^2 *ponit post u.* 103 (99), *eosdem in margine ascriptos babet H* ut *pro* et *Handius coll. Ter. Phorm. IV.* 3, 14.
98 (93). Viden ut faces *codd.* Videri ut *OL*a^2 Viden? faces *P Ald. Scaliger Handius Lachm.* 2 *Pleitnerus* Vide ut faces *Parthenius in ed.* 1486 *Statius Lachm. I. Rossb. L. Muell. Behr.* Vide ut atra nubes, uide ut animus ingens *initio senarii uidetur posuisse Seneca Phoen.* 394, *Troad.* 946.
101–110 (97–106) *om. a*.
102 (98). Deditus^{r} *P* ad ultera *G*.
103 (99). Procatur (Procatur. *O* Proscatur *H*) pia *ABCDGHLL*a^1*L*a^2*O Vbb*^{2}*Pd* Parcatur pia *ed. Pr.* Probra turpia *Calpurnii ed.* 1481 Proca, turpia *Scaliger Fortasse huc referendum quod in Glossario Balliolensi repperi* 'progom uituperationem' Prona *Heysius* prosequens *b*^{2}.
104 (100). Atius *b*^{2} neris *AC* uolet *BCGHL*a^1*L*a^2*OVP* nolet *D* nollet *AL*.
105 (101). Se cubare *L*a^2*OV* papillulis *P*.
106 (102). Lentaque *codd. praeter O* Lenta sed *O Behrensius*

Vitis implicat arbores,
Implicabitur in tuum
Complexum. Sed ab*i*t dies.
Prodeas noua nupta.

γ O cubile, quod omnibus
. . . .
. . . .
. . . .
Candido pede lecti,
Quae tuo ueniunt hero,
Quanta gaudia, quae uaga
Nocte, quae medio die
Gaudeat. Sed ab*i*t dies.
Prodeas noua nupta.

Γ α Tollite, *O* pueri, faces.
Flammeum uideo uenire.
Ite concinite in modum
'Io Hymen Hymenaee io,

Lenta qui *Ald. I.* quei *Scaliger* quin *ed. Trinc. Auancii.* uult *O* uelud b^2 ad sitas *BCV* ad siras b^2 ascitas *P*.

108 (104). ad *b* tuos *H*.

109 (105). Complexus *H* Complexum *etiam in fine u.* 108 *habent* Bbb^2 Collulum *Bentleius* abit *Vic. P* abiit *cett.*

111 (107). rubile *b* que ab^2 quot, o nimis *Scaliger*. *Post hunc u. indicaui lacunam, quam post u.* 115 *fuisse in antiquo codice testatur Alex. Guarinus, quamquam in nostris omnibus codd. uersus continuantur.*

115 (108). leti BLa^1Vb.

117 (110). gaudiaque $CGLa^1La^2O$ quae $Aabb^2$.

118 (111). Nocteque $CGLa^1La^2OVbb^2$ quae *AaP*.

119 (112). Gaudeat. sed *O* habiit b^2 abit *P* abiit *codices tantum non omnes.*

121 (114). *O om. codd. praeter b; add. iam in ed. Pr.*

122 (115). Flammineum *OH* Flamineum $ABCGLa^1La^2ab^2$ Flameum *b* uido *O* uenite *ed. Colinaei* 1529, *et ed. Trinc. Auancii.*

123–125 (116–118). *sic leguntur in* $ABCDGHLLa^1La^2Vbb^2P$.

Io hymen hymenee io
Io hymen hymenee io
Ite concinite in modum

et in Oa nisi quod Io himen himenee io *semel tantum scriptum est. Verus ordo non ante Ald. I. reperitur.*

123 (116). concinete *O*.

124 (117). O Hymen *in initio uersus utriusque et hic et postea scribendum esse docent Lachmannus in notis, L. Muellerus de Re Metrica p.* 305,

Io Hymen Hymenaee.'

Ne diu tacea*t* pro*c*ax
Fascennina locutio.
Nec nuces pueris neget
Desertum domini audiens
Concubinus amorem.

β Da nuces pueris, iners
Concubine: satis diu
Lusisti nucibus. Lubet
Iam seruire Talasio.
Concubine, nuces da.

Sordebant tibi uillicae,
Concubine, hodie atque heri.
Nunc tuum cinerarius
Tondet os. Miser a miser
Concubine, nuces da.

β'' Dicer*i*s male te a tuis

et sic legitur in Ald. I. Sed primum io *monosyllabum esse, bisyllabum alterum docent Dawesius Misc. Critic. p.* 33, *Umpfenbachius in Meletem. Plautin. p.* 23.

125 (118). Io *addunt in fine uersus codd. Prima omisit Ald. I.*

126 (119). Neu *L* Nec *P* taceatis *ADGLLa*^{1}*La*^{2}*OVb* taceatjs *B* tace^{a}tis *C* taceatis *b*^{2} taceatur *d* taceas *H* taceat *abc*.

127 (120). Fescennina *GLLa*^{2} Falcennina *La*^{1} Fosceninna *O* Fascenina *HVb*^{2}*d* Fascennina *BD Phillippensis Froehlichius in Mus. Rhen. XIII.* 150 Fescenina *aP* Fesscemina *b* locutio *ABCDLLa*^{1}*VP* loquutio *H* locatio *La*^{2} *Riccard. m. p.* locacio *O* lotatio *G*, *ut uidetur, et in marg.* al. locutio iocatio *Heinsius Heysius Schwabius Munro.*

128 (121). Ne *Hb*^{2}*acdP* neges *Hd*.

129 (122). Deum *pro* domini *b*^{2} *d* domino *ed. Cantabrigiensis* 1702 *Doeringius* uidens *pro* audiens *Schwabius*.

130 (123). cocubinus *P*.

131 (124). inhers *VBLa*^{1}*La*^{2}.

132 (125). satis domini *O*.

133 (126). nucibus. *O* iubet *b*^{2} *Schraderus* iuuet *Pleitnerus*.

134 (127). Nam *O* talasio *BCDGHLa*^{1}*La*^{2}*OV Phillippensis ab* thalasio *b*^{2}*d* talassio *cP* thalassio *AL*.

136 (129). Sordebam tibi uillicus *Bentleius* uilice *bO*.

137 (130). eri *D*.

138 (131). tuus *AL*.

139 (132). Tondes *V* Tundet *c* ḥos *H* os. misera miser *O* ab *AH pr. m.* ha *BCd* ha^h *P* ah *G et plerique*.

141 (134). Diceres *codices* Diceris *ed. Parm.* 1473 At *ante* diceres *b* malle *ADLLa*^{2}*O* atius *Db*^{2}.

Vnguentate glabris marite
Abstinere, sed abstine.
Io Hymen Hymenaee io,
Io Hymen Hymenaee.

Scimus haec tibi quae licent
Sola cognita, sed marito
Ista non eadem licent.
Io Hymen Hymenaee io,
Io Hymen Hymenaee.

γ Nupta, tu quoque quae tuus
Vir petet caue ne neges,
Ni petitum aliunde eat.
Io Hymen Hymenaee io,
Io Hymen Hymenaee.

En tibi domus ut potens
Et beata uiri tui.
Quae tibi sine serui*at*

142 (135). Vnguenta te *ABGHLa*^{1}*Vabb*^{2}*Pd* Vnguenta deglabris *La*^{2}.
143 (136). sed abstinere *a.*
145 (138). *om.* *BCDGLa*^{1}*La*^{2}*HOVab* io *add. in fine ALb*^{2}*P.*
146–150 (139–143). *om. b*^{2}.
146 (139). Simus *O* tibiqꝫ *O* qua *Scaliger Voss.* liceret *b*
148 (141). *Post hunc u.* Io hymen hymeneę hymen *add. H.*
150 (143). *om. O* io *add. codd.*
151–160 (144–153). *om. a.*
151 (144). tuus *H ex rasura* tuis *DG.*
152 (145). peter *b*^{2} pater *C* patet *b H m. pr.* aeque non *pro* caue ne *b*^{2}.
153 (146). Ne *ABCHLLa*^{1}*La*^{2}*Vb*^{2} *Phillippensis P* Ni *DGOab Parthenius Guarinus Passeratius Lachmannus et qui eum secuti sunt, cf. Prop. II.* 7, 3 *et Lachm. ad Lucret. II.* 734, *Ritschelium in Mus. Rhen.* 1853 *pp.* 479–487. *Locis ibi allatis adde Gratii Cyneg.* 83. 'Ni pro ne antiquo more' *Bernardus Pisanus in ed. Vicent.* 1481.
154, 5 (147, 8) *sic leguntur in H* Io hymen hymeneę hymen Io hymen hymeneę hymen.
155 (148). *om. O, habet G ascriptum in margine, fortasse alia manu* io *add. G et ceteri codices.*
156–160 (149–153). *om. BLa*^{1}*Vb*^{2}.
156 (149). et *Guarinus et Bernardus Pisanus in ed. Vicentina* 1481 patens *Guarinus in comm. Heinsius* En tibi domus—ut potens Et beata!—uiri tui *Pleitnerus.*
158 (151). Que *O* sine seruit *CDGHLLa*^{2}*O* siue seruit *b* sine se ruit *A* sine fine seruit *DPcd* sine seruiat *Bern. Pisanus in ed.*

(Io Hymen Hymenaee io,
Io Hymen Hymenaee)

Vsque dum tremulum mouens
Cana tempus anil*it*as
Omnia omnibus annuit.
Io Hymen Hymenaee io,
Io Hymen Hymenaee.

Μεσῳδός.

a Transfer omine cum bono
Limen aureolos pedes,
Rasilemque s*u*bi forem.
Io Hymen Hymenaee io,
Io Hymen Hymenaee.

β Aspice unus ut accubans
Vir tuus Tyrio in toro,

Vicent., *Parthen.* 1486, *Passerat. Hand. Sillig. Heys. Pleitner. Schwab. Behrens. cf. Plaut. Casin. IV.* 4. 3 ut potior sis pollentia uictrixque sis Superetque tuum imperium seni tibi seruiet *Statius* sine fine erit *Auantius Lachm. Haupt. Rossb. L. Mueller* fine quae sine seruiat *Bapt. Guarinus* Quo tibicina fert uiam *coniecimus partim ego, partim amicus noster Chr. Alois. Ferrucius, praefectus bibliothecae Laurentianae.*

160 (153). *om. O* io *add. codd.*

162 (155). annilis etas $CGVLa^1La^2$ anilis aetas (etas *O*) *DHLOabd* annulis aetas *B Phillippensis* anulis etas b^2P anilitas *Vic. et ed.* 1473. 'Anilitas ab anu nominata est sicut a sene senectus' *Glossarium Balliolense cf. Isid. Origg. XI.* 28.

163 (156). Ominibus b^2 amnuit *D quod uerum credebat T. H. Key et pro* abnuit *scriptum, ut* amnegauerit *pro* abnegauerit *Orell. Inscriptt.* 1175 ānuuit b^2 annuat *Auantius.*

165 (158). *om. OaP* io *add codd.*

166 (159). Tranfer *D* Trasfer b^2 omne $ABLb^2P$ ōme *a* onnine *D* ogmine *V.*

167 (160). Lumen *a* aureleos BLa^1La^2 aurelos: *H.*

168 (161). Nassilemque *O* Rasilientque *H* sibi $BCDGHLa^1La^2Obb^2$ tibi *AVL* subi *abcdP.*

170 (163). *om. Oa* io *add. codd.*

171–5 (164–8) *in margine ascriptos habet H. Etiam in P signa turbationis sunt cum post u.* 170 (163) *scripti sint duo uersus* Illi non minus ac tibi Pectore uritur intimo, *qui idem mox iterum leguntur suo loco.*

171 (164). intus *Statius* imus *Fruterius in Epist. ad G. Canterum Scaliger Conr. de Allio* unctus *Barthius Aduers. p.* 2172 unctus *uel* udus *Heinsius* acubans b^2.

172 (165). thyrio *ACLa* thoro $ABCGHLa^1La^2OVb^2$ foro *a.*

Totus immineat tibi.
Io Hymen Hymenaee io,
Io Hymen Hymenaee.

Illi non minus ac tibi
Pectore uritur intimo
Flamma, sed penite magis.
Io Hymen Hymenaee io,
Io Hymen Hymenaee.

γ . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

Mitte brachiolum teres,
Praetextate, puell*u*lae.
Iam cubile adeat uiri.
Io Hymen Hymenaee io,
Io Hymen Hymenaee.

173 (166). imineat *BDLa¹VHab²* inmineat *d.*
175 (168). io *add. codd. omnes.*
176 (169). Illo *DH* hac *GO.*
177 (170). uritur *ODP et corrector BL* utitur *a* uritur al. urimur *G Ric.* 606 urinuit *b²* urintur *B m. pr.* urimur *ACHL m. pr. La¹La²Vbd* imo *D m. pr.*
178 (171). Flama *BGLLa¹P* petite *a* ponite *Hb* poenitet *c* penitet *D* (*m. pr.*).
179 (172). hymen *bis B.*
180 (173). *om. a* io *add. codd. omnes. Post u.* 180 *unam strophам excidisse censeo. Vide Prolegomena.*
186–190 (174–178). *om. b.*
186 (174). Mite *BLa¹OVb²P* bracchiolum *La²* brachicellum *a* terres *a.*
187 (175). P̉textare *O* Praetextaste *La¹* Praetertate *b²* Praetestate *DP* puellae *codd. omnes sinceri* puellulae *b ed* 1473.
188 (176). cubibe *O ni fallor* cubille *Ca* adeant *ABCD* (*ex* adeunt) *HLa¹La²Vb²d Statius Scaliger Lachm.* 1 adeāt *G* adeaṇt *L* aderat *a* adeat *Obc Auantius Bentleius Pleitn.* aderant (u above) *P* uni *a.*
190 (178). *om. a* io *add. codd.*

Vos bonae senibus *uiris*
Cognitae b*en*e feminae,
Collocate puell*ul*am.
Io Hymen Hymenaee io,
Io Hymen Hymenaee.

Δ *a* Iam licet uenias, marite.
Vxor in thalamo tibi est,
Ore floridulo nitens
Alba parthenice u*el*ut
Luteumue papauer.

At, marit*e*, *i*ta me iuuen*t*
Caelites, nihilo minus
Pulc*er* es, ne*que* te Venus
Neglegit. Sed ab*i*t dies.

191 (179). Bone (Bene *a*) senibus (senilibus *H*) unis (unus *B*b^2*d Phillipp.* auus *H m. pr.* uuis *AL H m. sec.*) *codices* Vos bonae senibus uiris *Statius uulgo* Pronubae s. uiris *Heysius* Iam bonae senibus uiris *Pleitnerus* O bonae s. uiris *Behrensius* Vos unis s. bonae *Auantius Muretus Robortellus Turnebus Silligius Rossbachius* Vos bonae senibus bonis *Passeratius Voss. Vulp. Froebl. Haupt.* Vnicis s. bonae *Kortenius.*

192 (180). Congnitae *a* breue *BDLL*a^1*Vb*b^2*abcdP Phillippensis Scaliger Lachm.* breuę *H* berue *ACGL*a^2*O* uerne *marg. Vic.* bene *Gudianus*[1], *teste Rossbachio, Calpurnii ed.* 1481, *Turnebus, uulgo.*

193 (181). collectate b^2 puellam *BCDGHLL*a^1*L*a^2*OVab*b^2*Pd* puellas *A* puellulam *bc Parthenius.*

195 (183). *om. a* io *add. codd.*

196 (184). ueniam *H m. pr.*

197 (185). *om. B Phillippensis* b^2 in thalamo *O* tibi est *Bentleius Dawesius Lachm. Haupt.* ubi est *AL* est tibi *cett.*

198 (186). florido *DVc* uirens *c.*

199 (187). perthenice *a* perthemice *P* partenice *D m. pr.* uelut *COb* uultu al. uult *G* uultu *cett.*

200 (188). Luteum ut *LL*a^2 Luttuumque *a* papeuer (a *supra* e) *C.*

201–205, 206–210 (189–193, 194–198) *inuerso ordine leguntur in codd. Correxit Scaliger.*

201 (189). Ad (at *D*) maritum tamen iuuenem (iuenem *D*) *codd. Correxit Scaliger.*

202 (190). Celites *O* Edites *a* nichil ominus *O* nichọilo minus *G* nichil ꝫ *a* minus *om. a.*

203 (191). Pulcre res (re *H*) *codd.* Pulcer es *iam Robortello innotuerat in explicatione quem de hoc carmine edidit Pisis* 1548: *unde falso hoc Scaligero imputatum est* nec *ABDGHL m. p. L*a^1*L*a^2*OVab* nocte b^2 neque *b L m. sec.* uonus b^2.

204 (192). Neglegit. sed *O* obiit *a* abit *P* abiit *cett.*

Perge ne remorare.

Non diu remoratus es.
Iam uenis. Bona te Venus
I*uue*rit, quoniam palam
Quae cupis capis et bonum
Non abscond*i*s amorem.

β′ Ille pulueris *A*fricei
Siderumque micantium
Subducat numerum prius,
Qui *u*ostri numerare uo*lt*
Multa milia lud*ei*.

*L*udite ut lubet et breui
Liberos date. Non decet
Tam uetus sine liberis
Nomen esse, sed indidem
Semper ingenerari.

205 (193). remorare *ADHLOabb²P* rememorare *BGLa¹La²V*.
206 (194). remorata (remota *O*) es *codd.* remoratus es *Calpurnii ed.* 1481.
207 (195). Iam uenis? *Pleitnerus* Iam Venus *HP*.
208 (196). Inuenerit *ABCDGHLLa¹La²OVb²* Inueneris *a* Inuerit *b* Inuenit *b ed. Pr.* Iuuerit *margo d Auantius* pallam *b²*.
209 (197). Quo *b²* quod *a* cupis cupis *O Heinsius*. *Cf. Lucret. IV*. 723 Quae ueniunt ueniant.
210 (198). abscondis *ab²* abscond' *Phillippensis* abscondas *cett.*
211 (199). ericei *BCGHLa¹La²OVb* erycei *Phillippensis* ericet *AL* ericea *D* eritei *b²* erithei *P* ether *a* africi *Heinsius* africei *Lachmannus* pulueris Erythrei *Muretus Handius* puluis Erythrii *Bern. Pisanus in ed. Vicent.* 1481 *Vossius* aridi *Schraderus Broukhusius pro se quisque* aridae *iam ante ed. Trinc. Auancii.*
212 (200). micancium *O*.
213 (201). Sublegat *Gualterus Landor coniecit* priris *b²*.
214 (202). uestri *b* nostrum *a* nostri *cett.* uostri *Scaliger uulgo* uostra qui *Gualterus Landor* uolunt *codd.* uult *Calpurnii ed.* 1481 uolt *Statius Lachm.*
215 (203). mollia *coni. Statius* ludere *codd.* ludi *ed. Paris. Saec. XV.* ludei *Scaliger.*
216 (204). Et ludite et lubet (libet *b²* ludet *H*) *ABCDGLLa¹La²OVabb²dP* Ludite ut lubet *Parthenii ed.* 1486.
217 (205). date. non *O*.
219 (207). esse. sed *O* indedem *b²* ibidem *D* indicem *La²*.
220 (208). ingenerati *DO* in geteraui *b²*.

β'' Torquatus uolo paruulus
Matris e gremio suae
Porrigens teneras manus,
Dulce rideat ad patrem
*Se*mihiante labello.

Sit . suo similis patri
Mallio et facile inscie*is*
Noscitetur ab omnibus,
Et pudicitiam sua*e*
Matris indicet ore.

Talis illius a bona
Matre laus genus approbet,
Qualis unica ab optima
Matre Telemacho manet
Fama Pen*e*lopeo.

221 (209). Torquutus b^2 Torcutus *O* peruulus *OP*.
222 (210). egremio *La*^{2}*O*.
223 (211). Porigens b^2.
224 (212). irideat b^2 redeat *B*.
225 (213). Sed mihi (michi *G*) ante *ABCDGHLLa*^{1}*La*^{2}*OVbb*^{2}*abdP* Si mihi ante *c* Semihiante *Scaliger* Semhiante *L. Mueller p.* 260.
226 (214). simili *D m. pr.*
227 (215). Mallio *ALVb* Maulio *O* Mamlio *c* Manlio *cett.* ut *pro* et *Bergkius* facie *Burmannus ad Anthol. Lat. I. p.* 305 *cf. Liu. XXII.* 6 insciis *acd* insciens (in sciens *O*) *cett. Pleitnerus* inscieis *Lachmannus.*
228 (216). Noscite *O* obuieis *pro* omnibus *Pleitnerus* obuiis *Bergkius Phil. XVI.* 619 *Sed cf. Apul. Apol.* 75 'Quasi insanus ab omnibus 'obuiis teneretur' *Dawesius Miscell. Crit. p.* 32 *et Hauptius* omnibus *et* inscieis *transponunt, ne* omnibus, *si ante uocalem in proximo uersu admitteretur, Catulli legem glyconeorum uiolaret.*
229 (217). pudiciciam *O* Set pudicitiam *Handius* Sic p. *Hermannus in Iahnii Ann. XXII. p.* 305, *Klussmannus Philol. XI.* 592 suo *a* suam *cett.* suae *Calpurnii ed.* 1481.
230 (218). Maris b^2 iudicet *O*.
231, 232 (219, 220) *sic leguntur in ABCGHLLa*^{1}*La*^{2}*OVbb*^{2}*d*
Talis illius a bona (a abona b^2) matre
Laus genus (egenus *O*) approbet
in Dac sic Talis illius a bona
Matrizans (Matrizando *a*) genus approbet.
233 (221). ab *om. O.*
234 (222). thelamaco (themalaco *H*) *ABLb*^{2} theleamaco *CDGLa*^{1} *La*^{2}*b* thelamacho *Od* thelemacho *a* telamaco *b* monet *P*.
235 (223). penolopeo *ABDGHP* pene lopeo *O* penolepeo b^2

γ Claudite ostia uirgines.
Lusimus satis. At bo*n*ei
Coniuges, bene u*iui*te et
Munere assidue ualentem
Exercete iuuentam.

LXII.

IVVENES.

α′ VESPER adest, iuuenes, consurgite: Vesper Olympo

236 (224). hostia *ACHLa*^{1}*La*^{2}*OVabb*^{2}*dP*.
237 (225). Ludimus *H* Ad *ABCDGHLLa*^{1}*La*^{2}*OVbb*^{2} At *acd* bonei *La*^{2}*V* boni *acPd* bonlei *O* bolnei al. bonei *G* holnei *H* boltiei *marg*. bona *b* bolnei *cett.*
238 (226). Coniugis *P* bene uiuite et *a Vic.* bone uite (uitei *D m. pr.* uitae *b*) et *DGLa*^{2}*OVbP* bonae uitae et *BLa*^{1} bonae uitae *om.* et *ACHL* bone uitas *b*^{2}.
239 (227). et *ante* munere *Hb*^{2} assiduo *acd et sic ut uidetur B.*
240 (228). Exercere *H* Explicit Epithalamium *O.*

LXII.

'Est hoc carmen amoebaeum hac lege ut nulla carminis pars sit, quin respondentem sibi habeat aliam partem eodem uersuum numero; singulae partes uno 'loco excepto (post u. 58) *uersu terminabantur intercalari . . . . Sunt autem 'concertationis tres strophae cum sua quaeque antistropha, (uu.* 20–58) *praeeunt 'semper puellae, respondent iuuenes.' Naekius in Opusculis pp.* 102, 3, *quem in uniuersum secuti sunt Lachmannus Hermannus Hartungius Hauptius Froehlichius Leutschius Heysius Pleitnerus Riesius Schwabius Richterus. Frankius. Omnes enim tres strophas concertationis faciunt. Sed de uersuum numero inter se dissentiunt. Naekius ordinem hunc statuit.*

Exordium	*Iu.*	*Concertatio*			*Iu.*
Iu. 1–5	11–19	*Stroph.* α *Pu.* 20-25	*Str.* β *Pu.* 32–?	*Stroph.* γ *Pu.* 39–48	59–66
Pu. 6–10		*Antistr.* α *Iu.* 26-31	*Ant.* β *Iu.* ? –38	*Antistr.* γ *Iu.* 49–58	

u. 14 *omittit, ut quemadmodum concertationem ipsam octo uersus secuntur iuuenum sic octo uersus eam praecedant. Lachmannus in ed. I. post u.* 32 *sexaginta uersus excidisse, Hauptius (Quaest. Catull.* 48) *triginta arbitratus est:*

Lachm.	*iu.* 5	*iu.*	*pu.* 6	*pu.*	*iu.* 7	*iu.*	*pu.*	*iu.* 9	*iu.*	*pu.* 10	*pu.*
	pu. 5	8	*iu.* 6	8	*pu.* 7	8	11	*pu.* 9	8	*iu.* 10	8

Haupt.	*iu.* 5	*iu.*	*iu.* 6	*pu.*	*iu.* 10	*iu.*	*pu.* 10	*pu.*
	pu. 5	9	*pu.* 6	9	*pu.* 10	8	*iu.* 10	8

Hermannus (Ann. Iahn. XXII. 309) *cum uideret in fine antistrophae* 49–58 *desiderari uersum intercalarem qualis est in fine strophae* 39–48 Hymen O hymenaee, hymen ades o hymenaee, *adiecto autem hoc uersu antistrophae, undecim uersus in hac esse, decem in stropha; excidisse post u.* 41, Quem mulcent aurae, firmat sol, educat imber, *unum uersum censebat, in quo floris color et dulcedo pingerentur. Itaque hunc statuit ordinem*

Uesper adest iuuenes consurgite uesper olimpo
Expectata diu uix tandem lumina tollit
Surgere iam tempus iam pinguis linquere mensas
Iam ueniet uirgo iam dicetur hymeneus
Hymeno hymeneae hymenades o hymenee
Cernitis innupte iuuenes consurgi etetera
Nimirum oeta eos ostendit noctifer imbres
Sic certe est. uiden ut pniciter exiluere
Non temere exiluere canent quod uisere par est
Hymeno hymeneae hymeneae ades o hymenee
Non facilis nobis equalis palma parata ē
Aspicite innupte secum ut meditata requirunt
Non frustra meditantur habent memora psileqdsit
Nec mirum penitus que tota mente laborant
Non alio mentes alio diuisimus aures.
Iure igitur uincemur amat uictoria curā
Quare nunc animos saltem conuertite uestros
Dicere iam incipient iam respondere decebit
Hymeno hymeneae hymenades o hymeneae
Hespere quis caelo fertur crudelior ignis
Qui natam possis conplexu auellere matris
Conplexu matris retinentem auelle natam

CODICIS THUANEI (in Bibl. Imp. Paris. 8071) folii LI columna una versus duos et viginti continens carminis LXII Catulli a Gulielmo G Markhemio ad literam transcripta.

Expectata diu uix tandem lumina tollit.

Prooemium		*Proodus*	*Mesodus*						*Epodus*
iu.	*pu.*	*iu.*	6	6	?	?	11	11	9
5	5	9	*pu.*	*iu.*	*pu.*	*iu.*	*pu.*	*iu.*	*iu.*

Hermannum secutus est Hauptius in editionibus suis; consentiunt de bis 11 *uersuum numero stropharum* 39–58 *Froehlichius Leutschius Pleitnerus O. Ribbeckius* (*Ann. Iahn. LXXV.* 70) *Schwabius Richterus Frankius Behrensius. Froehlichius sic ordinauit*

{ *Iu.* 5 / *Pu.* 5 } *Iu.* 8 { *Pu.* 6 / *Iu.* 6 } { *Pu.* 8 / *Iu.* 8 } { *Pu.* 11 / *Iu.* 11 } *Iu.* 8

Rossbachius carmen compositum ratus e strophis et quaternorum et quinorum uersuum, quibus accederent uersus intercalares uel ἐπιφωνήματα ibi tantum cantata ubi hemichoria uirginum et iuuenum se exciperent, ut ad eurhythmiam carminis nihil conferrent sed extra stropharum concinnitatem collocarentur; hoc schema apposuit, relicto post u. 59 At tu ne pugna cum tali coniuge uirgo *unius uersus spatio, ut sic pares essent* 11–19, 59–66,

2 *str. amoeb. quaternorum uu.*	2 *stroph. Iu. quaternorum uu.*	8 *stroph. amoeb. quinorum uu.*	2 *strophae Iu. quaternorum uu.*
1–10	11–19	20–58	59–66
Iu. 4+1 *Pu.* 4+1	4+4+1 ‖	*Pu.* 5+1 *Iu.* 5+1 *Pu.* 5+1 *Iu.* 5+1 *Pu.* 5+5+1 *Iu.* 5+5 ‖	4+4+1

Pleitnerus sic ordinauit.

{ *Iu.* 5 / *Pu.* 5 } *Iu.* 9 { *Pu.* 6 / *Iu.* 6 } { *Pu.* 9 / *Iu.* 9 } { *Pu.* 11 / *Iu.* 11 } *Pu.* 9+10

Leutschius sic { *Iu.* 5 / *Pu.* 5 } *Iu.* 9 { *Pu.* 6 / *Iu.* 6 } { *Pu.* 10 / *Iu.* 10 } { *Pu.* 11 / *Iu.* 11 } *Iu.* 8

Richterus sic { *Iu.* 5 / *Pu.* 5 } *Iu.* 9 { *Pu.* 6 / *Iu.* 6 } *Iu.* 9 (7+2) { *Pu.* 11 / *Iu.* 11 } *Iu.* 9 (8+1)

ut tres sint partes, quarum unaquaeque duas strophas et antistropham complectatur.

Frankius sic { *Iu.* 5 / *Pu.* 5 } *Iu.* 8 { *Pu.* 6 / *Iu.* 6 } { *Pu.* 7 / *Iu.* 7 } { *Pu.* 11 / *Iu.* 11 } *Iu.* 8

Peiperus sic

Iu. 4+1 *Pu.* 4+1 ‖ *Iu.* 44 + 1 *Pu.* 5+1 *Iu.* 5+1 *Pu.* 4 *Iu.* 4 + 1 ‖‖ *Pu.* 55 + 1 *Iu.* 55 ‖ *Iu.* 44 + 1

Ipse contra Hermannum undecim uersus in ultima stropha, undecim in antistropha ponentem haec sentio. Quod post u. 58 *iuuenes non canunt* Hymen O hymenaee κ.τ.λ., *id non omissum est, sed dilatum. Sequitur enim in fine cantus eorundem iuuenum post u.* 65. *Consulto dilatum fuisse testatur* Et tu ne pugna (*u.* 59), *quod immerito in* At tu *mutarunt editores. Contra cum Hermanno nouem uersus iuuenum ut ante inceptam concertationem* (11–19), *sic post eam* (59-65) *facio. Desideratum ibi uersum post* 61 *pono, non ut Rossbachius post* 59. *In media stropha et antistropha* (32–38) *nouem uersus excidisse credo; ut stropha et antistropha sedecim essent uersuum. Eadem distributio placuerat ante me Riesio Ann. Fleckeis. XCI.* 202.

{ *Iu.* 5 / *Pu.* 5 } *Iu.* 9 { *Pu.* 6 / *Iu.* 6 } { *Pu.* 8 / *Iu.* 8 } { *Pu.* 10 / *Iu.* 10 } *Iu.* 9

Exametrum carmen Nupt(c *B*)iale *ABGHLLa*[1]*La*"*b* EXAMETRVM NVPTIALE *a* Epithalamium Catulli *T*. *Nullus titulus in P.*

In hoc carmine codicem Thuaneum (*T*) *saeculi IX uel X, Bibliothecae Publicae apud Parisienses* 8071, *a Vossio iam antea collatum, a Lachmanno primo*

Surgere iam tempus, iam pinguis linquere mensas,
Iam ueniet uirgo, iam dicetur hymenaeus.
Hymen O Hymenaee, Hymen ades O Hymenaee!

VIRGINES.

a'' Cernitis, innuptae, iuuenes? consurgite contra;
Nimirum *Oeta*eos ostendit noctifer i*gn*es.
Sic certes*t*; uiden ut perniciter exiluere?
Non temere exiluere, canent quo*d* uisere par e*st*.
Hymen O Hymenaee, Hymen ades O Hymenaee!

IVVENES.

β' Non facilis nobis, aequalis, palma parata est,

integrum editum, plerumque secutus sum. Itaque nonnulla ex ceteris codicibus quae alioquin adscripturus fueram, hic ut minoris pretii omisi.

In marg. u. 1 ***adscriptum in G*** turba uirorum, ***in B*** Turba uirum.

1. consurgit *D* olimpo *BCLa²OV.*

2. Expetata *b*¹ soluit *AL.*

3. iam (est) *G* tempus est *V* pinguis *HOT* pingues *cett.* liquere *O.*

4. ducetur *AL* imeneus *O.*

5. hymeneae *T* hymenaeae *T.*

6. ***in marg. G adscript.*** puellae inupte ***B*** consurgi eretera ***T*** consurgẽ *H.*

7. octa eos *T* hoc eos *ABCDGLOPV Ven. b* hoc eoos *H* hic eos *a* offendit *a* imbres *T* imber *cett.* noctifer ymber *VB* oetacas obtendit umbras *Statius* eoos *Itali, Calpurnii ed.* 1481 eoos ignes *Ald. I.* oeteos ignis *P. Victorius Explicat. Castigationum in Varronem de R. R. p.* 57ᵃ *in ed. Paris.* 1543 *Scriptorum de Re Rustica. Confunduntur* ignis imber *apud Val. Fl.* v. 415, *Lucr. I.* 784, 5 *fortasse etiam apud Tibull. I.* 1. 45. *Vide Handium ad Gronouii Diatriben in Statii Siluas I. p.* 435 oeteos ortus *Turnebus Aduers. XXVII.* 25 Oetaeos (οἰταῖος) se ostendit noctifer umbreis *Bergkius Philol. XII.* 581.

8. Siccer tes .i. *T* Sic certe si *O* Si certe *B* Sic certe *cett.* Sic certe est *Statius* Sic certest *Hauptius* pernicitor exilluere *D* exiliuere *V, et in u.* 9.

9. timere *b*² tamen *a* canent quod uisere par est *T Vossius Doeringius Silligius Lachmannus. Idem placuit Landoro* canent (cauent *La*¹) quo uisere parent *ABCDGHLLa*¹*La*²*OVP* cauent quo uiscere parent *b* cauent suo uisere parent *a* canent quo uincere par est *Auantius* canent quos uincere par est *Bapt. Guarinus Muretus* canent quod uincere par est *Passeratius Marcilius Hauptius Heys. Rossb. Schwab.* canent quod uespere par est *B. Venator* quo sidere p. est *Lachmannus* quoi fidere par est *Leutschius* quod dicere p. e. *Doeringius* quod ducere par est *Riesius.*

10. Hymene hymeneae *T* hymeneae *T.*

11. puellae ***G in marg.*** nobilis ***T*** aequalis ***uel*** equalis ***codd. omnes*** aequales ***Lachmannus.***

Adspicite, innuptae secum ut medita*ta* requaerunt.
Non frustra meditantur, habent memorabile quod sit,
Nec mirum, penitus quae tota mente laborant.
Nos alio mentes, alio diuisimus aures,
Iure igitur uincemur, amat uictoria curam.
Quare n*unc* animos saltem conmittite uestros,
Dicere iam incipient, iam respondere decebit.
Hymen O Hymenaee, Hymen ades O Hymenaee.

VIRGINES.

A′ Hespere, qui caelo fertur crudelior ignis?
Qui natam possis conplexu auellere matris,
Conplexu matris retinentem auellere natam,

12. *sic T ed. Pr.* Aspice Ob^2 aspice ut *b* in (i *Ba*) nupteque *uel* innupte que *codices nisi quod O babet* innupte q̄rūt, *C* innupte quam, *Pbb ex emendatione Italorum* in(i *b*)nupte. meditata requirunt *TaP* meditata requaerunt *D* meditare querunt (queruntur *H* qrunt *B*) *ABCGHLLa*[1]*La*[2]*OV Ven.* b^2d meditamine quaerunt *b Parisinus* 7989 meditamina quaerunt *Itali teste Lachmanno. Fortasse huc referendum quod est in Glossario Balliolensi* 'Requirunt in memoriam reuocant.'

13. hunc *pro* habent *O* memora psile *T.*

14. *habet T solus. In textum admiserunt Muretus Statius Vossius Vulpius Doeringius Hermannus Hauptius Heysius Rossbachius Pleitnerus Leutschius Richterus L. Muellerus Behrensius. Spurium habent Scaliger, Naekius in Opusc. I. p.* 102 *ut otiosum, nec conclusioni octo uersuum* 59–66 *ut ipse opinatur conuenientem, Lachmannus in ed. I., Frankius. Cursiuis literis scribit Schwabius* Neimirum *Behrensius* laborent *Vossius Vulp.*

15. Non *T* diuisimus (al. diuidamus) (diuidamus *man. recent.*) *G* diuisimus (m) *b* dimisimus *H ed. Trinc. Auancii Pleitnerus.*

16. uicemur *a.*

17. nunc *T* non *cett.* Quare non? *Spengelius* alios *D* conuertite *T Voss. Haupt. Heys. Behr.* conmittite *O* comit(c *V*)tite *BV* comittere *H* committite *cett.*

18. incipient. iam *O* incipiant *T m. pr.*

19. hymeneae *bis T.*

20–25 *bis leguntur in H, qui in u.* 20 *primo loco babet* fertur, *secundo* luce.

20. puellae *marg. G marg. B* quis *T* Vespere *bic et in u.* 26 *babebat P m. pr.* potuit *A* potuit al. fertur *L* potuit *pro* uoluit *errore positum censebat Hauptius* patuit *Bergkius* feruet *Pleitnerus An* peragit? *Certe et in tabula tertia stellarum apud Reifferscheidii Sueton. Relliq. p.* 566, *vesper peragere dicitur circuli sui partes annis* xv, *et apud Plin. H. N.* ii. 38 *signiferi ambitum peragere trecenis et duodequinquagenis diebus.*

21. posses *H* conplexua uel ere *T* conplexa b^2 amatris *O.*

22. *om. b* Complexu *O* Conplexi b^1 auelle *T* Complexu natae retinentem auellere matrem *Gronouius in Diatribe ad Statii Siluas I. p.* 585 *Froeblichius.*

Et iuueni ardenti castam donare puellam.
Quid faciunt hostes capta crudelius urbe?
Hymen O Hymenaee, Hymen ades O Hymenaee!

IVVENES.

A″ Hespere, qui caelo lucet iucundior ignis?
Qui desponsa tua firmes conubia flamma,
Qu*ae* pepigere uiri, pepigerunt ante parentes.
Nec iunxere prius quam se tuus extulit ardor.
Quid datur a diuis felici optatius hora?
Hymen O Hymenaee, Hymen ades O Hymenaee!

VIRGINES.

B′ Hesperus e nobis, aequal*i*s, abstulit unam.

24. credelius *T*.
25. Kymeno hymenee kymenades o kymenee *T*.
26. iuuenes *marg. G* quis *T* celo *GO* luce *H* iocundior *BCDGHLLa²Oa*.
27. fines *T* connubia *ADLOa* cȯnubia *B*.
28 Quae *T* · quo *ABCDGHLLa¹La²OVabP* quod *b²d* uir *T*.
29. Haec *H* uinxere *Od* şuisere *P* uissere *b²* uinxerit *H* iuncxere *C* Sensere *a* prius. quam *O* arbor *a*.
30. a *om. T* ạdatur a *b* adiuis *O* optacius *O* ora *V* orā *b²* urbe *marg.* hora *b*.
31. Kymeno kymenaee kymenades o kymenee *T*.
32–38 *om. A, L m. pr.* Vesperus *P*.
32. puellae *margo G margo B* est *pro* e *Hb²* aequalis *T* equale *B* aequales *LaP* equales (m) *G* aequalem *CDHLa¹ La²bb² Pleitnerus* sustulit *Pleitnerus* ḥunam *b* ƀna *b²* unum *a* *Post u.* 32 *excidisse nonnulla iam uidit Auantius. Froeblichius Hermannus Heysius Rossbachius Pleitnerus Riesius Peiperus uu.* 32–28 *in duas strophas priorem uirginum, iuuenum alteram distribuunt. Rossbachius* 6 *uersus in utraque ponit; prioris enim strophae quartum u. esse* Namque tuo aduentu *sextum* Hymen o hymenaee, *alterius secundum* Nocte latent fures, *ut in hac unus tantum uersus amissus sit, in illa quattuor. Peiperus priori strophae* 4 *uersus, alteri* 4 + 1 *h. e. addito epiphonemate adsignat. Pleitnerus* 9 *uersus in utraque ponit, et alteram stropham censet a uersu incepisse iuuenum* Hesperus e nobis . . . abstulit unum *qualis est ille uirginum u.* 32 Hesperus e nobis abst. unam. *Vsenerus et Frankius* 7 *uersuum utramque faciunt, et sic olim ipse feceram; nunc cum Froeblichio et Riesio* 8 *uersus in utraque pono, quorum primus sit* Hesperus e nobis, *octauus* Hymen o hymenaee, *undecimus* Namque tuo aduentu. *Nam et optime sic respondent strophae; cum inter numeros*

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

Hymen O Hymenaee, Hymen ades O Hymenaee!

IVVENES.

B″ . . . .
. . . .
Namque tuo aduentu uigilat custodia semper,
Nocte latent fures, quos idem saepe reuertens,
Hespere, mutato conprendis nomine eosdem.
At libet innuptis ficto te carpere questu.
Quid tum, si carpunt, tacita quem mente requirunt?
Hymen O Hymenaee, Hymen ades O Hymenaee!

VIRGINES.

Γ Vt flos in septis secretus nascitur hortis,

senarium (20–25, 26–31) *denariumque* (39–48, 49–58) *recte interponatur octonarius*; *et hunc numerum fuisse in archetypo multa indicant.*

42 (33). tuę *H* costodia b^2.

43 (34). semper *C.*

44 (35). conprendis *O* comperendis *T* compr endis *G, interuallo per lineam completo* conprehendis *Va* com(cō b^2)prehendis *BCHabb²P* eospem *T* Eous *Schraderus praemonstrante Statio, Pleitnerus Ribbeckius Behrensius Sed cf. Cic. Pro Sestio IV.* 9 'Iidem homines nomine commu'tato coloni decurionesque.'

45 (36). Adlucet *T* At lubet *b* liber *H* libet *cett.* in nuptiis *H* in nuptis *B.*

46 (37). Quittum si carpiunt *T* Quid cum *a* Quod (al. quid) tamen *G* Quod tamen al. quid tum *B* Quid tamen La^1 quema *T* quem *LabP* quam *BGOLa¹La²b²* *Phillippensis* quod *c Riccard.* 606 *m. pr.* qua *H* quem *tuetur Ciris* 351, 352. 'Quem pauidae alternis fugitant 'optantque puellae, Hesperium uitant, optant ardescere Eoum.' *Fortasse* quem a *quod est in T.*

47 (38). Kymeno kymeneœ kymenales kymeno kymenee *T.*

48 (39). puellae *margo G margo B* inseptis *O* in sectis *P* qui *ante* in *addit Spengelius in Seebodii Nou. Chron. Paed. F. IV. p.* 101 si *Behrensius* secretis *P.* ortis *ABGHLa¹La²OVabb²*.

Ignotus pecori, nullo contusus aratro;
Quem mulcent aurae, firmat sol, educat imber;
Multi illum pueri, multae optauere puellae:
Idem cum tenui carptus defloruit ungui,
Nulli illum pueri, nullae optauere puellae:
Sic uirgo, dum intacta manet, dum cara suis *est*;
Cum castum amisit polluto corpore florem,
Nec pueris iucunda manet, nec cara puellis.
Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee!

IVVENES.

Vt uidua in nudo uitis quae nascitur aruo,
Nunquam se extollit, nunquam mitem educat uuam,
Sed tenerum prono deflectens pondere corpus,

54 (45). Quintilianus Instit. Orat. IX. 3. 16. Catullus in Epithalamio 'Dum innupta manet dum cara suis est,' cum prius dum significet quoad, sequens usque eo.

---

49 (40). *om. b* conuolsus *T Vossius Hauptius Lachm.* 2 *Heys. Behr.* contusus *ABCDGHLLa^{1}La^{2}OVabcP uulgo et Lachm.* 1 conclusus *O* contentus *b^2* concusus *d*. *Post hunc u. excidisse unum putabat Hauptius.*

50 (41). Quaemulcens aurefirma *T* ymber *BGV* *Post hunc u. excidisse unum uersum censebant Spengelius et Hermannus, cum par sit* Hymen O hymenaee hymen ades o hymenaee *u.* 67 (58) *secutum esse, ita autem fiant in iuuenum cantu* 11 *uersus, quibus* 11 *uu. uirginum respondeant. Hos secuti sunt Rossbachius non tamen ut* Hymen O hymenaee *κ.τ.λ. post u.* 67 (58) *poneret, Leutschius Pleitnerus Ribbeckius Schwabius Behrensius.*

51 (42). pueı *O* obtauere *T*. 'Post 42 scriba codicis *V* u. 45 exa-'rare coeperat sed errore intellecto substitit' *Umpfenbachius.*

52, 53 (43, 44) *om. TO.*

52 (43). captus *ab* deflorui *b^2*.

53 (44). Nullum *b^2* mille *b^2*.

54 (45). *om. P* dum innupta manet *Quintilianus* dum cara *Quintilianus, BLa^{1}Vb* tum cara *ADGHLLa^{2}Oad* suis est *Quintilianus, T* suis sed *Dd* sui sed *ABCGHLLa^{1}La^{2}Vb* sui. sed *O* suisȝ *a*.

55 (46). poluto *Ba*.

56 (47). iocunda *BCDLLa^{2}Oa* fuit *b^2* puella *b^2*.

57 (48). Kymeneo kymenee kymenades kymenee *T*.

58 (49). Iuuenes *marg. G* Et *T* uiduo *V* orto *pro* aruo *D* auro *b^2*.

59 (50). Numquam se extollit quam mun^{1}team ducat uuam *T* extollet *P m. pr.* uitem *O* miţtem *C* unam *Hb^{2}d*.

60 (51). perflectens *T*.

Iam iam contingit summum radice flagellum,
Hanc nulli agricolae, nulli coluere iuuenci:

At si forte eadem est ulmo coniuncta marito,
Multi illam agricolae, multi accoluere iuuenci:

Sic uirgo dum intacta manet, dum inculta senescit;
Cum par conubium maturo tempore adepta est,
Cara ui*ro* magis et minus est inuisa parenti.

β'' Et tu n*e* pugna cum tali coniuge uirgo,
Non aequo*m* est pugnare, pater cui tradidit ipse.
Ipse pater cum matre, quibus parere necesse est.

. . . .

61 (52). contigit *La^1* flacellum *T*.

62 (53). Han°nulli agrigcul^{le} multi acoluere iuuenci *T* accoluere *La^1BPd* colluere *b^1* co luere *G* coluere *$ACDLLa^2Obac$* tenuere *H* iuuenti *HLa^1*.

63, 64 (54, 55) *om. Da.*

63 (54). Apsi *T* nullo *A* marita *T* maYto *O*.

64 (55). agriculę *T* agrigolae *b^2* acoluere *TH* accoluere *$ABCDGLLa^1La^2OcdP$ Lachm.* 1 coluere *bb^2a Lachm.* 2. *Vide Haupt. Obs. Crit. p.* 34.

65 (56). dum inculta manet *marg.* intacta *b* tum inculta senescit *Td* dum inculta senescit *cett.*

66 (57). conubium *BT* coniugium *b*.

67 (58). Cura *DGTO Pleitnerus* Cara *cett.* uiro *DGOTP* uirgo *cett.* cara magis uirgo *a* uisa *H*. *Post hunc u. excidisse u. intercalarem* Hymen o Hymenaee κ.τ.λ. *putarunt Hermannus Hauptius Froehlichius Pleitnerus Leutschius Richterus Schwabius Frankius Behrensius.*

68 (59). *Ante hunc uersum unum excidisse censet Pleitnerus* Et tu nec *$ABCGLLa^1La^2OVabb^2dP$ Conr. de Allio* Et tua nec *T* Tu non nec *D* Et tu ne *Vossius Silligius* At tu ne *Ald. I. uulgo et Lachm.* *Hic unum uersum Rossbachius, post* 65 *Hauptius et Pleitnerus censent excidisse, ut, quemadmodum amoebaeum carmen* (20–58) *nouem uersus iuuenum praecedebant,* (11–19) *eodem modo nouem sequantur. Ego post u.* 61 *potius lacunam indicaui, cum in his uersibus illud Catullus affectasse uideatur ut ex uocabulis quae in uersu quoque sunt, unum aliquod in proximo repeteret. Sic* pugna pugnare (59, 60), pater pater (60, 61), parte pars (62, 63), tertia tertia (63, 64). *Simili modo apud Theocritum in Helenes Epithalamio uersus* 49–53 *singuli unum aliquod uocabulum bis positum habent. Post u.* 61 *etiam Peiperus lacunam statuit in libello quem de Q. Valerio Catullo edidit Vratislauiae anno* 1875 *p.* 15.

69 (60). equom *T* equo *$CDGLa^1La^2OVb^2$* aequo *B* ae(e *A*)quum *ALabdP* pugnare. pater *O* patri *b^2* contradidit *b^2* cum *B Phillippensis* qui *P* ipse. *O*.

70 (61). pater *om.* *La^2* matre. quibus *O*.

Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est,
Tertia pars patri*st*, pars *est* data tertia matri,
Tertia sola tua est: noli pugnare duobus,
Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.
Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee!

LXIII.

SVPER alta uectus A*t*tis celer*i* rate maria,
Phrygium ut nemus citato cupide pede tetigit,
Adiitque opaca siluis redimita loca deae,

LXIII. 1. Terentianus Maurus 2899. Seruare quae Catullum probat ipse tibi liber 'Super—maria.'

Marius Victorinus 2602 P 212 G. Hoc genus metri maxime desiderat separari in duas clausulas tamquam 'Super alta uectus Attis.' dehinc 'celeri rate maria.'

2. Atilius Fortunatianus 2677 P, 320, 321 G. Et Catullus 'Phrygium 'nemus citato cupide pede tetigit' (cito cupide tetigit 320).

Caesius Bassus 262. 13 K. Et Catullus 'Phrygium—tetigit.' idem 263.7.

---

72 (62). *om.* *T* tacta b^2 est. *O* experte *GOPd*b^2 est *post* parentum *om.* *Dabc.*

73 (63). Tertia patris pars est data tertia matri *T* Tercia pars patri est data tercia matri *O* Tertia pars patri data (dicta b^2) pars data (dicta b^2) tertia matri *ABCDGLL*a^1*L*a^2*OVPd Conr. de Allio Lachmannus* tertia pars patri data est pars data tertia matri *b* Tertia pars patrist (patris est *Muretus et Vossius* patri *ed. Trinc. Auancii Froehlichius Hauptius*) pars est data tertia matri *Muretus Vossius Haupt. Froehl. Bergk. Rossb. Schwab. cf. Mart. XIV.* 174. 2 Pars est una patris: cetera matris habet.

74 (64). Tertia sola (? solit) tu est noli tuignare duobus *T* sola *om. spatio relicto* b^2 est *om.* *a*b^1 tua'st *Schwabius.*

75 (65). con b^2.

76 (66). kymeno kymeneę kymenades ·o· kymeneae *T* o hymene *G.*

LXIII.

De Berecinthia et Athi *AGHLL*a^2*ab* de Berecintia et Athi *BL*a^1 De Athine (Achine *d*, Attine *Scaliger*) furore percito *dP et Cuiacianus. Nullum spatium in O Huius carminis uu.* 36–93, *omissis* 55–57, *extant in codice Riccardiano* 2242 *saec. XVI.*

1. uectus *om.* *L*a^1 uetus *O* Attis *Marius Victorinus* 2602 actis *BCGOa* athis *ADHLVbL*a^2 *uocabulum om.* *L*a^1 celeri *Pd Terentianus Maurus et Victorinus* celer *D m. pr.* celere *cett.* celerei *Behrensius.*

2. Phrigium *A* Frigium *GOV* et *pro* ut *HL*a^1 ut *om. Atil. Fortunatianus* 2677 *P*, 320, 321 *G*, *delebat Scaliger* tacito *P* cupido *VP.*

3. Abiitque *P* redemita *L*a^1 *Post* dee *edit. Paris. Saec. XV. addit* i, *unde fortasse Scaliger* i *induxit in u.* 78 Rheae *L. Muellerus.*

Stimulatus *i*bi furenti rabie, uagus a*nim*is,
Deuoluit il*e* acuto sibi pondere silic*i*s.
Itaque ut relicta sensit sibi membra sine uiro,
Etiam recente terrae sola sanguine macula*n*s,
Niueis citata cepit manibus leue t*y*panum,
T*y*panum, tubam Cybel*l*es, tu*a*, mater, initia,
Quatiensque terga taur*ei* teneris caua digitis,
Canere haec suis adorta est tremebunda comitibus.

4\. ibi *ed. Trinc. Auancii Bentleius* ubi *codd.* ut *Calpurn. ed.* 1481 *Scaliger* forenti *V* fruenti *A* animis *B* (*m. recentiore*) *Lachmannus* amnis *ACDGHLLa*^{2}*Pb* ãnis *O* ãnis *Va* animi *Itali Scaliger uulgo.*

5\. Deuoluit *codd.* Deuouit *Statius* Diuellit *ed. Trinc. Auancii* Deuellit *Froeblichius* Deuolsit *Hauptius in Lachm.* 2 iletas (illetas *H*) *AB m. pr. CGHLLa*^{1}*La*^{2}*OV* illectas *DaP* laetas *b* illa *Scaliger Bentleius Spengelius uulgo* icta *Statius* ile *Lachmannus, quod tuetur Hauptius Quaest. Catull. p.* 69 *ex Seruio* acuto *codd.* acutae *Heysius* pondere silices *codd.* pondera silice *Auantius Statius Scaliger Vossius Vulpius Doeringius Silligius* pondere silicis *Passeratius Spengelius Lachmannus* 1 *Rossbachius Heysius* rodere silicis *Hauptius in Lachm.* 2. *Ipse conieceram quod ante me coniecit Bergkius* (*Philol. XII.* 581) *probauerunt Schwabius L. Muellerus Behrensius* ili (ilei *Bergkius*) acuto sibi pondera silice, (silicei *Behr.*) *ut* ili *genetiuus esset,* (*cf. Charis.* 554. 17 *Keil, Labbaei Glossar. p.* 87 ilium λαγών) *error autem sic ortus* Deuoluit ilei acuto [ta s.] sibi pondera silice; *cum enim silex generis feminini plerumque sit, corrector super* acuto sibi *scripsit* ta s., *quae uerba paulatim a sede sua mota cum* ilei *coaluere. Postremo cum sic scriptum esset* ilectas, silice *in* silices *mutauerunt.*

6\. menbra *D m. pr. H.*

7\. Et iam *ABHOLa*^{1} recenti *b* terra *HP* sanguinea *H* maculas *ACDGHLLa*^{1}*La*^{2}*OVbP* maculans *abc.*

8\. timpanum *BHLa*^{1}*OV* tympanum *cett.* typanum *Scaliger* (*cf. Hom. Hymn. XIV.* 3 ᾗ κροτάλων τυπάνων τ' ἰαχὴ σύν τε βρόμος αὐλῶν) *Vossius, Brunkius ad Apollon. I.* 1139, *Hermannus El. doct. Metr. p.* 47, *Naekius Opusc. I. p.* 35, *et ita legisse Maecenatem credo qui Attin Catulli imitatus sit hoc uersu* 'Ades et sonante typano quate flexibile caput.' Crotalum *Ahlwardtus et ante eum ed. Trinc. Auancii.*

9\. Timpanum *COB* Tympanum *GLa*^{2}*V* Typanum *Scaliger* tu mater *pro* tubam *b* cibeles *GLa*^{1}*Oba Nobbius qui comparat* κυβηλιστής cybeles *BDV* cybelles *ACL Statius* cibelles *H* Cybelle *Ald. I. Scaliger* Cybebe *Silligius ex Bentleii regula ad Lucan. I.* 600 Cybebes *Bentleius Santenius ad Terent. Maur. p.* 379 *Spengelius Lachmannus in ed. I.* Typanum tuom, Cybebe, *Lachmannus ad Lucret. IV.* 544 tu mater *codd.* tua mater *Calpurn. ed.* 1481.

10\. Quatiens quod *GLa*^{1}*La*^{2}*O* taurei *Lachmannus* tauri *a* tauri et *cett.* cana *A.*

11\. hoc *BLa*^{1}*La*^{2}*VbdP* h' *O* adhorta est *CP.*

a Agite ite ad alta, Gallae, Cybeles nemora simul,
Simul ite, Dindimenae dominae uaga pe*c*ora,
· Aliena qu*ae* petentes uelut exules loca,
Sectam meam executae duce me mihi comites,
Rapidum salum tulistis truculentaque pelagi,
Et corpus euirastis Veneris nimio odio;

Hilarate *a*ere citatis erroribus *a*nimum.
Mora tarda mente cedat: simul ite, sequimini
Phrygiam ad domum Cybelles, Phrygia ad nemora deae,

β Vbi cymbalum sonat uox, ubi tympana reboant,

12. Seruius ad Verg. Aen. V. 609. Catullus et alii (arcum) genere feminino ponunt, referentes ad originem. Sicut haec Attis et haec Gallus legimus. *cf.* Fr. XI.

---

12. agite. *O* gallae *om. a* galli *b* cibeles *BCGVa* cibiles *La*^{1} cybales *D* cybelles *AL* cibelles *HO*.

13. dindimenee *DG* dindimene *CHLa*^{1}*OVd* pectora *codd.* pecora *Itali*, *Auantius*, *cf. Aesch. Eum.* 188, χωρεῖτ' ἀνευ βοτῆρος αἰπολούμεναι. Pectora *tuetur Riesius ad Varronis Saturas p.* 86.

14. Alienaque *CGHLa*^{1}*La*^{2}*OVabP* uelut *om. a* *post* loca *codices addunt* celeri *quod uocabulum primus om. Guarinus* celeris loca exules *Spengelius* celere uelut exules *Schwabius coniecit.*

15. Septam *La*^{2} execute *CGLOP* exetute *D* excute *BLa*^{1} *La*^{2}*V* secutae *Bergkius.*

16. Rabidum *Bergkius* pelagi (pelasgi *bP*) *codd.* 'Alii tamen Graeca 'inflectione legunt pelage,' *Scaliger.* pelage *etiam Victorius in schedis ap. Spengelium Lambinus ad Lucret. VI.* 620, *Bentleius ad Manil. IV.* 650, *Hauptius Bergkius Rossbachius Schwabius L. Muellerus Behrensius.*

17. Et *om. P* euirastis *DGbcP* eiurastis *a* euitastis *cett.*

18. hilaritate *D* hilarat et *a* hylarate *BCLa*^{1}*Vd* erocitatis *O* ere citatis *La*^{2} crocitatis *ACDGL* here citatis *V* excitatis *P* e(s)xcitatis *H* exe citatis *BLa*^{1} concitatis *a ed. Pr. Spengelius* aere citatis *b Lachmannus Rossbachius* herae (erae) citatis *Auantius P. Victorius* (*XX.* 10) *Bentleius* (*qui eadem manu ascripsit* celerate concitatis) *cf. Seruium ad Aen. III.* 113 Hanc eandem Eram appellari, hoc est dominam tradunt. et erroribus *D* an animum *ABDGLLa*^{1}*O* in animum *HacP* animum *b Calp.* 1481.

19. cedat *G* (al. cedit) cadat *b* ite *om. H* te *pro* ite *O* deae *post* sequimini *add. B.*

20. Frigiam *GVOa* cibeles *BGLa*^{1}*a* cibelles *O* cybeles *CDVb* cybelles *HAL Scaliger* cybebes *Santenius Sill. Lachm. Rossb. Heys. Schwab. L. Mueller.* phrigia *GO* frigia *Va* nemoã *O* deae *om. Ba.*

21. cimbalum *HOV* sonant *D solus* (*Lachm.*) tonat *Ezra von Ieuer ad Luc. III.* 553 nox *A* timpana *HLa*^{1}*OV* reboat *Ha.*

Tibicen ubi canit Phryx curuo graue calamo,
Vbi capita Maenade*s* ui iaciunt *e*derigerae,
Vbi sacra sancta acutis ululatibus agitant,
Vbi sueuit illa diuae uolitare uaga cohors,
Quo nos decet citatis celerare tripudiis.
Simul haec comitibus At*t*is cecinit not*h*a mulier,
Thias*u*s repente linguis trepidantibus ululat,
Leue tympanum remugit, caua cymbala recrepant,
Viridem citus adit Idam properante pede chorus.
Furibunda simul anhelans uaga uadit anima*m* *a*gens
Comitata tympano A*t*tis per opaca nemora dux,
Veluti iuuenca uitans onus indomita *iugi*:
Rapidae ducem secuntur Gallae proper*i*pedem.
Itaque, ut domum Cybelles tetigere lassulae,

22. Tybicem *C* phrix *ABHO* curue *La*^{1}.
23. menade sui *codd.* menades ui *P* ci derigere *BCDGHLa*^{1}*La*^{2} *ObP* ci derigere *V* ei dirigere *AL* ederigerae *ed.* 1481.
25. cohors uaga *BLa*^{1}*VP*
26. Quae *Spengelius* uos *a* Quos *H Phillippensis*^{2} celebrare *HP Bentleius Spengelius.*
27. h' *BO* hoc *La*^{2} atris *ABCGHLLa*^{1}*La*^{2}*OVbd* athis *D, marg. L* actis *abc, marg. b* nota *ABCDGHLLa*^{1}*La*^{2}*bd* notha *O* nata, *marg.* nota *V* noua *abcP* mulies *O, sed ante* notha muliere *H.*
28. Thyasus *VaP* Thy^{a}siis *G* Thiasis *Ob* Thiasus *La*^{2}*A* Thiasiis *BLLa*^{1} Tasiis *D h. e.* tiasus. *Vide CIL. I.* 602. 11 Tiesus *H* trepitantibus *Db* strepitantibus *Rossbachius* strepitantibus *uel* crepitantibus *coni. Vossius.*
29. Lene *P* timpanum *VOH* refugit *P* cana *A* cimbala *VOH.*
30. cithus *A* abiit *H* idā. *O* ydan *G* ydam *BVa.*
31. uagor *Phillippensis*^{2} animagēs *O* anima gēs *G ex rasura, H* anima gens (animagens *C*) *ABCDLLa*^{1}*La*^{2}*P* animo gens *ac* aiaȝ gens *V* omina gens *b* animo agens *Dresdensis* animo egens *Auancius* animi egens *ed. Trinc. Auancii Statius* animam agens *Lachmannus* animae egens *Behrensius.*
32. timpano *VOH* actis *BCDGHLa*^{1}*OVa* athis *ALb* oppaca *O.*
33. iuuenta *DLa* honus *BLa*^{1} luci *codd. praeter b ubi iam correctum* iugi, *et sic ed. Pr.*
34. Rabidae *Bentleius* secuntur *BOb* sequntur *G* sequitur *DH* propere pedem *codd.* properipedem *Balthazar Venator* pede propero *Bentleius, et ante eum ed. Trinc. Auancii.*
35. ut *om. AL* ut ꝑę domum *G* cybelles *ABL Phillippensis* cybales *D* cibeles *CGVb* cibelles *HO* cibellem *a* cybebes *Santenius Sill. Lachm. Rossb. Heys. Schwab. L. Mueller.* lasulle *OP.*

Nimio e labore somnum capiunt sine Cerere.
Piger his labante langore oculos sopor operit:
Abit in quiete moll*i* rabidus furor animi.
Sed ubi *o*ris aure*i* Sol radiantibus oculis
Lustrauit aethera album, sol*a* dura, mare ferum,
Pepulitque noctis umbras uegetis sonipedibus,
Ibi Sompnus excitum Attin fugiens citus abiit:
Trepidante *e*um recepit dea Pasithe*a* sinu.
Ita de quiete molli rapida sine rabie
Simul ipse pectore At*t*is sua facta recoluit,
Liquidaque mente uidit sine qu*eis* ubique foret,
Animo aestuant*e* *r*usum reditum ad uada *t*etulit.
Ibi maria uasta uisens lacrimantibus oculis,
Patriam allocuta m*aest*as*t* ita uoce miseriter.

38. Festus p. 273 Mueller. R*abidus a rabie dictus qui morbus caninus est.* Catullus *in galliambis* '*Abit in quiete mo*lli rabidus *furor animi.*'

---

36. elabore sōnū *O*   e *om. P.*
37. his *om. a*   hiis *O*   iis *bc*   labente *H*   languore *B*   ocellos *D*   aperit *H.*
38. abit *Obc*   abiit *cett.*   inquiete *O*   molli *b Ric.* 2242   mollis *cett.*   rabidus $ACDGHLLa^2Ob$ rabidi BLa^1Vd *Phillippensis*   rapidi *b Ric.* 2242   *mo*lli rabidus *fragm. Festi p.* 273.
39. ubi *om. H*   horis aureis *codd.*   oris aurei *P.*
40. ethera *O*   cythera *C*   cithara *A*   sola dura *bcP*   sol a dura GLa^1 sol adura (aduta *H*) $ABCDHLOVLa^2$ mare *om. H*   fetum *AC*   ferūm *a*   fretum *H.*
41. Repulitque *V*   Reppulitque *b.*
42. Vbi *bd*   sonus *O*   sonnus *c*   sompnus *C*   excitam *Lachmannus*   athin $ABLLa^1V$ athim *Db*   attin *CGO.*
43. Trepidantem *Pb Ric.* 2242   eum $BPLa^2$ *m. sec. abc Ric.* 2242   cum $ACDGHLLa^1La^2$ *m. pr. O*   Tepidante quem *Bentleius*   recipit *ab*   pasithea *a Palladius*   pasitheo $BCGHLa^1OVP$ phasiteo *A*   pasiteo *DL*   pasithes La^2 sinu *om. A.*
44. dee *D*   dequiete *O.*
45. ipse *codd.*   ipsa *Ric.* 2242 *Al. Guarinus Vossius Lachmannus*   attis *G*   atris *O*   athis $ABDLLa^1Vb$ actis *CHa.*
46. sineque his $ABCDGHLLa^1VP$ sineque is *O*   si neque is *a*   siueque is *b*   sine quis *Parthenii ed.* 1486   sine queis *Ric.* 2242.
47. estuanter (ęstuante *P*) usum $ABCGHLLa^1OVP$ extuanter usum La^2b extuanter uisum *D*   aestuante rusum *Victorius in schedis ineditis ap. Spengelium Scaliger Lachmannus*   aduada *O*   retulit *codd.*   tetulit *Calp. ed.* 1481.
48. ui dens *B m. p., ut uidetur*   uidens *P.*
49. Patriam allocuta est ita (ista *b*) uoce miseriter (miseritus

A *a* 'Patria o mei creatrix, patria o mea genetrix,
Ego quam miser relinquens, dominos ut herifugae
Famuli solent, ad Idae *t*etuli nemora pedem,
β Vt *a*put niuem et ferarum gelida stabula forem,
Et earum omnia adirem furibunda latibula,
Vbinam aut quibus locis te positam, patria, reor?

B *a* Cupit ipsa p*u*pula a*d* te sibi dirigere aciem,
Rabie fera carens dum breue tempus animus est.
β Egone a mea remota haec ferar in nemora domo?
Patria, bonis, amicis, genitoribus abero?
Abero foro, palaestra, stadio et gymnasiis?
γ Miser a miser, querendum est etiam atque etiam, anime.

miseriter
BLa^1VOd Phillippensis, miseritus *G*) maiestas (magestates *O* maiestates *b* et maiestas *d* me(oe *c*)stula *ac*) *codd. Correxit Auancius in ed. Trinc. unde fluxit in Muretinam. Iam ante Calpurnius ediderat* Patriam allocuta uoce est ita moesta miseriter miseritus *Schwabius.*

50. omei *O* creatrix. *O* omea *O.*

51. misera *Froehlichius Bergk.* dominam *Pc marg. d* heri fuge *ABP* heri fugit *H.*

52. ide *O* yde *GB* id *C* a die *H* tetuli *OP* retuli *cett.* memora *O* pede *La^1*.

53. Vt caput *ABCDGHLLa^1La^2OVP* apud *babc ed. Pr.* aput *Lachmannus* niueum *D* nuiei *H* misere ꝑt *P* '*Noster liber* '*liquido habet* Vt apud, miser, ferarum. *quod retinemus*' *Scaliger* stabilia *Ob* stabila *B* stabilla *C* fore *H. Gloss. Ball.* stabula, ferarum latibula.

54. Et *om. P* omissa *pro* omnia *Heysius* ad omnia irem *ed. Trinc. Auancii Ahlwardtus* ut omnia irem *Statius* operta *uel* opaca *L. Muellerus* alumna *Behrensius* latibulla *C.*

55. Vbi nam *O* depositam *La^2a* rear *Ald.*

56. popula *ABCGHLLa^1OVa* pupula *Db* pupilla *b ed.* 1473 pupulla *ed. Pr.* atte *ACGLOa* ate (áte *D*) *DH* acte *BLa^1Vc* athe *La^2* ad te *bb* acta *P.*

58. feram *H* ferat *La^2*.

59. bonis a meis *V.*

60. palestra *O* studio *H* gũmasiis *O* gimnasiis *C* ginnasiis *G m. p. La^2* ginasiis *V* gynnasiis *Ba* gymgnasiis *H* atque gymnasiis *Auantius Ahlwardtus* stadioque gymnasi *Santenius ad Terent. Maur. p.* 378. *Fortasse* guminasiis *quemadmodum Naeuius et Plautus creduntur a Ritschelio Mus. Rhen.* 1857 *pp.* 100–103, *idque uideo post me recepisse L. Muellerum afferentem Varr. R. R. I.* 55. 4, *et Behrensium.*

61. Miseri ah miseri *V* a *Cc* ha (ha. *O*) *BHO* ah *GLLa^1VabP*. hac *D* etiam ac *D* anima *Phillippensis* animae *H* animei *Rossbachius.*

Γα Quod enim genus figur*aest*, ego non qu*o*d *o*bierim?
Ego mulier, ego adolescens, ego ephebus, ego puer,
Ego gymnas*ei* fui flos, ego eram decus olei:
β Mihi ianuae frequentes, mihi limina tepida,
Mihi floridis c*orol*lis redimita domus erat,
Linquendum ubi esset orto mihi Sol*e* cubiculum.

Δα Ego n*unc* deum ministra et Cybeles famula fera*r*?
Ego Maenas, ego mei pars, ego uir sterilis ero?
β Ego uiridis algida Idae n*iu*e amicta loca colam?
Ego uitam agam sub altis Phrygiae colum*i*nibus,
Vbi cerua siluicultrix, ubi aper nemoriuagus?
γ Iam iam dolet quod egi, iam iamque paenitet.'

62. Quid *DbP m. pr.* ei: *pro* enim *B* figuraest *Lachmannus* figurae est *Ald. I. uulgo* figura est *codd.* non quid (nunquid *DcaP*) abierim (abiero *P*) *codd.* non quod habuerim *Scaliger Lachm. uulgo* obierim *Statius* nunc quod obierim *Handius Tursellin. IV.* 264.
63. muliēs *O* puber *Scaliger* ego ephoebus ego adolescens *H.*
64. gymnasei *Phillippensis* gimnasti *BGLa*[1]*La*[2]*O* gymnasti *ACL* ginnasii *V* ginasti *D* gymnasii *bbcP* gynnasii *a* fui *om. acP* sui *D* oley *O a* oleei *Behrensius.*
65. Michi *O.*
66. Michi *O* floridus *D et a, ubi tamen d in rasura est* forulus *H* circulis *ABCGHLLa*[1]*La*[2]*OVbdP* circulus *Da* curulis *L m. sec.* corolis *Calp. ed.* 1481.
67. Liquendum *CGObLa*[2]*P* Loquendum *H* horto *ACH* sole *B ut uidetur, ad P, Calp.* 1481 solo *ACDGLLa*[1]*La*[2]*OVb* solum *b.*
68. Ego nec *ABCDGLLa*[1]*La*[2]*OVHbcd* Egone *bP* Ego nunc (ñ) *a, Santenius ad Terent. Maur. p.* 378, *Spengelius* Egone et *ed. Trinc. Auancii* Egone ut *Bentleius* Egon ah *Lachm. I.* egone heu *uir doctus apud Ahlwardtum* cum *pro* deum *H* Rheae *coni. L. Muellerus* ministrat et *O* minister et *H* cybelles *AH* cibeles *BCGV* cibellos *O* fabula *BVd* ferarum *ADGHLLa*[1]*La*[2]*OVb abcd* ferar *Can.* 33.
69. meus *H pro* Maenas uis sterilis *Passeratius h. e. uis generabilis siue semen, Lucr. IV.* 1040 'Ex homine humanum semen ciet una hominis 'uis.' *Vide Orellium ad Arnob.* v. 17.
70. ide *B* nene *codd. plerique* niuae *Ric.* 2242 ne*a Pc* nena *H* niue *Calp.* 1481 amicto *H.*
71. uita *H* subaltis frigie *O* sublatis *P* columnibus *AB m. p. CDGHLLa*[1]*La*[2]*OV* columnis *a* collibus *b* columinibus *P Calp.* 1481 culminibus *Bentleius.*
72. silui (siluę *H*) cultrix *diuise ABGHLa*[1]*O* apex *O* nemori uagus *ABGLa*[1]*O* nemora uagus *HLa*[2].
73. dolet. *O* id quod *a* egi *om. a* iam iam quod *ACL* iam iam *DH* iam iam quoque *a, corrector B, Ric.* 2242, *Pc.*

Roseis ut huic labellis sonitus *citus* a*b*iit,
Geminas deorum ad aures noua nuntia referens,
*I*bi iuncta iuga resoluens Cybele leonibus
Laeuumque pe*c*oris hostem stimulans ita loquitur.

α 'Agedum' inquit 'age ferox *i*, fac*e* ut hunc furor *agitet*,
Fac*e* ut*i* furoris ict*u* reditum in nemora ferat,
Mea libere nimis qui fugere imperia cupit.

β Age caede terg*a* cauda, tua ue*r*bera patere,

74. Rostis *H* hinc *codd. sinceri* huic *P* hic *Phillippensis*[2] *Ric.* 2242 *Muretus Bentleius Froeblichius Schwabius* sonitus adiit *ABCDGLLa*[1]*La*[2]*OVb* palam sonitus adiit (abiit *P* adit *b*) *abcdP ex interpolatione Italorum* propalam sonitus abit *Silligius* sonitus uagus abiit *Ahlwardtus* sonitus abiit celer *Lachmannus*, *reuocato uocabulo a fine u.* 14 sonitus celer abiit *Heysius* sonus editus *Froeblichius Rossbachius Schwab.* sonitus citus *Bentleius* (*cuius haec uerba sunt* '*lege* Roseis 'ut hic labellis sonitus citus adiit *ut supra u.* 42 Ibi somnus e. A. fugiens 'citus abiit. Citus *absorptus est a praecedente* sonitus, *et u.* 30 Viridem 'citus adit.') *Spengelius* Ida sonus abiit *olim conieceram.*

75. Gemitus *Gul. Wagner coni. Mus. Rhen.* 1866, *p.* 483 adauris *O* ad aures deorum *D* matris Deorum *Ahlwardtus* Geminas matris ad auris *Lachmannus ad Lucret. I.* 824 eorum ad auris *Scaliger uersu* 76 *ante* 75 *posito. Eundem ordinem malebat Gualterus Landor, mauult Robertus Browning poeta illustrissimus. Reliquum uersum sic scripsit Scaliger* noua nunciat ferens. *Idem ad Culicem p.* 279 *malebat* Geminasque uox deae aures noua nuncia referit. *Versum ut spurium delebat Muretus* nuncia *O.*

76. ibi *aP marg. d Palladius* ubi *cett.* iuncta *GHLa*[2]*Ob abc* uincta *ABCDLa*[1] resolues *D* cybelle *Aa* cibelle *O* cibele *GHVb.*

77. Lenumque *O* pecoris *c* peccoris *a* pectoris *cett.* pectori *Bebrensius* simulans *V.*

78. Age dum inquid *O* i *addidit Scaliger* fac ut hunc furor (furoribus *Pca*) *codd.* fac *om. BV* face ut *Palladius Lachm.* hinc furoribus *Scaliger* hunc furor agitet *editor Cantabrigiensis a.* 1702 *Lachmannus* fac ut icat hunc furor *Pohlius*, icat *iam antea Froeblichius. Fortasse* animet, *cf. Claud. de laudibus Herculis* 91. *Habet enim editio Parisiensis saec. XV. quam uere principem fuisse crediderim*, nunc face furor animum.

79. Fac *codd. et sic scribendum esse docet L. Muellerus de Re Metrica p.* 343 Face *Ric.* 2242 *Al. Guarinus* ut *codices sinceri* ut hunc *acP* uti *Lachmannus* ut hic *Ric.* 2242 *Bapt. Guarinus Bentleius* ut hinc *Scaliger* Face tu *Heysius* fororis *La*[1] *Phillippensis* ictu *Ba* ictum *L* ictum *ACDGHLa*[1]*La*[2]*OV Phillippensis.*

80. Me *H* libera *Cuiacianus et P.*

81. a cede *G* (al. age cede) terga *Obb* tergora *a* tergo *cett.* tua uerum uera (ueta *ac*) patere *codd.* pater *D* tua uerbera patere *Calp.* 1481.

Fac*e* cuncta mugienti fremitu loca retonent,
Rutilam ferox torosa ceruice quate iubam.'

Ait haec minax Cybel*l*e religatque iuga manu.
Ferus ipse sese adhorta*n*s rapidum incitat animo,
Vadit, fremit, refringit uirgulta pede uago.
At ubi humida albicantis loca litoris adiit,
Tenerumque uidit Attin prope marmor*a* pelag*ei*,
F*a*cit impetum: ille demens fugit in nemora fera:
Ibi semper omne uitae spatium famula fuit.
Dea, magna dea, Cybelle, dea, domina Dindimei,
Procul a mea tu*o*s sit furor omnis, era, domo:
Alios age incitatos, alios age ra*b*idos.

82. Fac ut cuncta *aP Ric.* 2242 Fac cuncta (cócta *B*) *cett.* fremitum *D* mugent *V* resonent *Ha.*
83. que te *V* iam *ante* quate *P.*
84. At *P* cybele *ACDLb* cibele *GVB* cibelle *O* cybelle *a* cybebe *Santenius Sill. Lachm. Haupt. Rossb. Heys. Schwab. L. Mueller.* regligatque *O* que *om. V.*
85. adhorta lis *G* adortalis *O* adorta lis *CLLa*[1]*La*[2]*OVb* adort'a lis *B* adoram talis *D* adorata lis *H* adhora (adora *P*) talis *aP* adhortans *Ric.* 2242 *Ald. a.* 1515.
86. abit infremit *Scaliger in notis ad Culicem* restringit *P* cum *ante* pede *P.*
87. bumida *O* litioris *O* littorus *B.*
88. Teneramque *Lachmannus* attin *CGO* actin *B* actim *La*[1] athim *LVb* athin *ADLa*[2] atim *H* actum *a* marmorea pelago *ABCDHLLa*[1]*OV* marmorea pelago *G* marmorea pelaga *a* marmora pelago *b ed.* 1475 marmora pelagi *P Calp.* 1481. *Fortasse* murmura pelagi pelagei *Behrensius.*
89. Ficit *O* Ferit *H* Fecit *cett.* Facit *Calp.* 1481 illa *Lachmannus* fugit *om. HP.*
90. esse *pro* omne *O* spacium *O.*
91. cybelle *Ba* cibelle *La*[1]*O* cybele *ACDL* cibele *GVHb* cybebe *Santenius Sill. Lachm. Rossb. Heys. Schwab. L. Mueller.* din (m *H*)dimei *BCHLa*[1]*La*[2]*Oab* dindimi *V* dindymei *AL* dindimme (ei) *D* dindimenei *G* Didymi dea domina *Scaliger* dea Dindyma domina *Alhwardtus.*
92. amea *O* tuo *BCDGLa*[1]*OVb* tuus *ALabc* tuos *ipse Schwabius Vsenerus in Fleckeiseni Ann.* 1865, *p.* 226 *pro se quisque scripsimus* era *O* heri *H* hora *c* hera *cett.*
93. rabidos *P Phillippensis*[2] *et Ric.* 2242 rapidos *cett.*

LXIV.

PELIACO quondam prognatae uertice pinus
Dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas
Phasidos ad fluctus et fines *A*eet*ae*os,
Cum lecti iuuenes, Argiuae robora pu*b*is,
Auratam optantes Colchis auertere pellem
Ausi sunt uada salsa cita decurrere puppi,
Caerula uerrentes abiegnis aequora palmis.
Diua quibus retinens in summis urbibus arces
Ipsa leui fecit uolitantem flamine currum,

LXIV. 1. Marius Victorinus 2581 P. 182 G. Interponimus dactylum quo pes septimus anapaestus efficiatur . . . . ueluti 'Peliaco—pinus.'

LXIV.

Argonautia *ABGHLLa*[1] *Ven* Argonautika *corr. D* Argonautica exametrum *a* Argonautica Thesei et Adrianae *b*. *In OV relictum est spatium unius uersus. Sed O ascriptum babet in margine* narrat hic ystoriam aurei uelleris. *Huius carminis duo exemplaria extant in codice Riccardiano* 2242, *quorum ex priore nonnulla sed parcius excerpsi.*

1. Peliaco *La*[1]*c Marius Victorinus* 2581 *P.* Heliaco *d* Pelliaco *ACDGLLa*[2]*Oab* Elliato *H* condam *La*[2] prognate *O.* (.l. nate)

2. neptūni *G* neptunni *D* neptum *La*[1] neptunum *H.*

3. Phasydos *V* Fasidos *D* Phasidicos *ACHabP* Fasidicos *O* (al. Phasidos) Fascidicos *BGLa*[2] oeteos *DcdP* oeticos *ACGHLV Ven. b* ceticos *La*[1]*La*[2]*O qui in marg. babet* al. tetidicos oeticos *an* ceticos *B uix dignoscitur* ericteos *a* aeetheios *Parthenii ed.* 1486 *addito* 'ad fines regni 'Aetae. Aetae colchorum regis' aeetaeos *Ald. I.* aeeteos *Hauptius.*

4. leti *BLa*[1]*Va* lęti *b* iuuenes (.a.) *O et in marg.* a. Iuuenes hercules Iason et Teseus argone *a* puppis *ABDGHLLa*[1]*La*[2]*VbP* pupis *CO* pubis *ad ed. Pr.*

5. Auratum *Phillippensis* cholchis *Da* cholchis *superscripto* insula est *O* auertice *marg.* auertere *P.*

6. ualda (uada) salsa *O* falsa *a* decurere *OH* pupi *Oa* pulsi puppi *H.*

7. uerentes (r) *G* ucrentes *BCLa*[1]*Oa Ric.* 2242 uertententes *V* uertentes (is *H*) *HbP ed. Pr.* abiegnis (.n. ligni) *O* abigenis *AL m. pr.* palmis (remis) *O* remis *ac.*

8. Diua (Venus) *O* Diue *V* arces (.l. in celo) *O.*

9. facie *H* uolūtātē *O.*

Pinea coniungens inflexae *te*x*ta* carinae.
Illa rudem cursu prim*a* imbuit Amphitriten.
Quae simul ac rostro uentosum proscidit aequor,
To*r*taque remigio spumis incanduit unda,
Emersere feri candenti e gurgite uultus
Aequoreae monstrum Nereides admirantes.
Illa, atque *haud* alia, uider*unt* luce marinas
Mortales oculi nudato corpore Nymphas
Nutricum tenus extantes e gurgite cano.

10. Pinee *D* Pine *a* inflexa *La*[1] inflexit *AHCL m. pr.* texta *HObPc* testa *cett.*

rudem
11. leuem *Can.* 33 prima *DabP* primam *ABCGHLLa*[1]*La*[2]*V* p̄eā * *marg.* proram *O* primam *frustra tuetur Spengelius in Seeb. Nou. Chron. Paed.* 1828, *F. IV. p.* 104 rudi primam *Statius* rudiit *D Ric.* 606 amphitritem *BCGHca marg. L* amphitricem *La*[1] amphitrionem *ACLLa*[2] aphitrite *O, unde olim conieceram quod post me Behrensius coniecit et in textum recepit* Illa rudem cursu proram imbuit Amphitrite, *cf. Prop. III.* 22. 13, 14 'Qua rudis Argoa natat inter saxa columba In faciem prorae 'pinus adacta nouae.'

pro ut
12. ac *O* rostro *om. a* procidit *O* prosidit *Va.*

13. Totaque *codd.* Tortaque *ed. Trinc. Auancii unde fluxit in Muretinam* Motaque *Behrensius, refragante ut mihi quidem uidetur, loco quem ipse attulit Sil. Ital. VII.* 412. incan¢uit *O* incanuit *Itali, fortasse recte.*

14. freti *Schraderus* e *om. H* egurgite *O.*

15. Equore mōstrum *marg.* al'. mōstrorum *O* nereydes *Ga* ne-
i e
redjs *P* (*sic*) neriides *D* nereidis *H* āmirantes *O* amirantes *D*
^
admirantem *H.*

16. Illa atque alia *ABCDGHLLa*[1]*La*[2]*VbPd* Illa alia *O* Illas atque alia *Dresdensis ac* Illaque atque alia *Ric.* 2242, *corr. D, b Muretus Scaliger* Illa atque haud alia *Bergkius, cf. Apol. Rhod. I.* 547 *πάντες δ' οὐρανόθεν λεῦσσον θεοὶ ἤματι κείνῳ* Νῆα Illaque haud alia *Auancius Bern. Pisanus in marg. ed. Vic.* 1481 Illaque haudque alia *Ant. Sabellicus, Passerat. Voss. Mitscherlich. Doer. Sill. Orelli* Illac atque alia *Statius* Illac hautque alia *Schwabius* Illa si qua alia *Lachmannus* Atque illic alma *L. Muellerus* Atque illa uidere beata *Behrensius* uidere *ABCGHLLa*[1]*La*[2]*O* uiderunt *Dabcd* uice *a.*

17. oculis *ACDGHLLa*[1]*OVabPd Rossbachius Schwab. Behr.* oculiṣ *B* oculi *b uulgo et Lachm. Cf. Pedonis uerba apud Sen. Suas. I.* 15. *uu.* 20, 21 Di reuocant rerumque uetant cognoscere finem Mortales oculos, *et Lucr. I.* 66 mutato *b* nimphas *La*[1]*VO.*

18. Humblicum *a* Iam crurum *P et Cuiacianus* e *om. BHC* egurgite *O* cauo *Ba.*

---

* Scriba quid hic uoluerit, haereo. Behrensius *praeram* intellegit ex *proram* corruptum, et sane idem compendium legitur in 145 *p'gestit* et 153 *p'ea*, ubi plerique codices praegestit praeda exhibent. Sed in ceteris locis ubi scriba codicis *O* eodem compendio usus est *p'* pro *post* posuit. Ne illud quidem certum est littera quae inter *p'* et *a* legitur *r* an *e* fuerit. Mihi iterum iterumque perpendenti rem *e* potius uisa est: eamque opinionem confirmat H. O. Coxius qui uocabulum sic legit *posteam.*

*T*um Thetidis Peleus incensus fertur amore,
*T*um Thetis humanos non despexit hymenaeos,
*T*um Thetidi pater ipse iugandum Pelea sensit.

O nimis optato saec*l*orum tempore nati
Heroes, saluete, deum genus! o bona mater!
Vos ego saepe meo uos carmine conpellabo.
Teque adeo eximie t*a*edis felicibus aucte
Thessaliae columen Peleu, cui Iuppiter ipse,
Ipse suos diuum genitor concessit amores.
Tene Thetis tenuit pulcerrima Neptu*ni*ne?

23. Schol. Veronens. ad Verg. Aen. V. 80 (p. 94. 11 ed. Keil). Salue sancte parens. Catullus 'Saluete deum gens, o bona matrum Progenies 'saluete iter— | (*spatium quinquaginta fere literarum*) Sancte parens iterum 'quia— | salutauerat qum ad sepulturam mitteret.' *Hinc Coningto opinatus est uerba* saluete iter— | *non ad Catullum pertinere, sed partem esse explicationis qua interpres Veronensis ad Vergili uerba* iterum saluete *spectarit.*

---

19. Cum *OV* tethidis *La*^{1} thethidis *VO*.
20. Cum *ABCGHLLa*^{1}*La*^{2}*OVad* Qum *b* Tum *D* tethis *V*.
21. Cum *ABCDGHLLa*^{1}*La*^{2}*OVad* Qum *b* tethidi *V* pellea *aAP* sensit *codd.* sanxit *Itali; receperunt Muret. Voss. Heins. Rossb.* cessit *Behrensius.*
22. Omnis *Hb* Om̄is *P* optati *V* Ominis *Phillippensis* seculorum *DGHO Phillippensis* saedorum *B*.
23. Hereos *Phillippensis B* Nec eos *Can.* 33 Eroes *D m. pr.* saluere *Phillippensis Can.* 33 dum *D Ric.* 606 $\overset{\text{mater}}{\text{matre}}$ *G* matre *La*^{2}*ac* mater *cett.* saluete deum gens, o bona matrum Progenies saluete iterum, *Interpres Veronensis ad Vergil. Aen. V.* 80, *ab Orellio in Eclogis* (1822) *mox et Silligio, deinde Hauptio laudatus* (*Quaest. Catull. pp.* 44, 45). *Receperunt, sed* gens *in* genus *mutato, Froehl. Heys. Leutsch. Froehner. Rossb. Boehm.* (*Quaest. Catull. p.* 10), *Fritz. Schwab. L. Mueller. Behr. Vide Fragm. XIII.* tuum genus, o bona mater *C. Badham, in translatione Anglica Theodori Martin, matrem dici terram ratus. Ipse cum Lachmanno qui in ed. I. uersum ad fragmenta rettulit codicum lectionem retinui, matrem enim Argo dici confirmat Apoll. Rhod. IV.* 1370–1375 Μήτερα δ' οὐκ ἄλλην προτιόσσομαι ἠὲ πὲρ αὐτὴν Νῆα πέλειν· ἣ γὰρ κατὰ νηδύος ἄμμε φέρουσα Ἠνεκὲς ἀργαλέοισιν οἰζύει καμάτοισιν. *ib.* 1387 Ἔμπεδον ἀθανάτων ἔσαν αἵματος, οἷον ὑπέσταν Ἔργον.
24. post carmine *Bergkius* conpellabo *DOa* • cōppellabo *P*.
25. thetis *BCDGHLa*^{1}*La*^{2}*b* tethis *AV* tethys *L* thetidis *acb* thedis *d m. pr. cui superscriptum est postea* ti tedis *O*
26. Thesalie *COLa*^{1}*V* pelleu *C* cum *D* iupiter *COab*.
27. contempsit *b*.
28. pulcerima *O* neptunine *c* neptunnine *corr. D Ric.* 2242 *Pontanus in Pompis II.* 21, *ed. Pr.* neptunne *D m. pr.* neptumne *a* neptune *Hb* neptine *BLa*^{1}*La*^{2}*V* nectine al. neptine *G* nectine

Tene suam Tethys concessit ducere neptem,
Oceanusque, mari totum qui amplectitur orbem?

Quae simul optato finit*ae* tempore luces
A*du*en*er*e, domum conuentu tota frequentat
Thessalia, oppletur laetanti regia coetu:
Dona ferunt prae se, declarant gaudia uultu.
Deseritur S*c*yros, linquunt Phthiotica Tempe,
*C*ra*nn*onisque domos ac *mo*eni*a* *L*arisaea,
Pharsaliam coeunt, Pharsalia tecta frequentant.

Rura colit nemo, mollescunt colla iuuencis,

ACLO nectumine *Dresdensis* neptumie *d* nereine *Hauptius* (*Quaest. Catull. p.* 71) *quod receperunt plerique. Sed cf.* Εὐηνίνη *ab* Εὔηνος (*Il. IX.* 553), Εὐκολίνη *ab* Εὔκολος (*Callim. fr.* 62), Ὠκεανίνη *ab* Ὠκεανός (*Callim. H. ad Dianam* 13, 62), Ἡφαιστίνη *ab* Ἥφαιστος (*Apollod. II.* 1. 5) *et sic Glossaria* Oceanine Oceani filia.

29. tethis *V* tetis *D* thetis *ABCGHLa*^{1}*La*^{2}*OdP* thetim *a* neptis *b pro* tethys concepsit *D*.

30. Occeanusque *ABGLa*^{1}*La*^{2}*Oa*.

31. Que *O* optato *ABCDGHLLa*^{1}*OVb* optatae *abcdP* optata *D m. pr. si fides Schwabio* finite *O* finito *cett.* optatae finito *edd.*

32. Aduenere *abcdP ed. Pr.* Ad lenire *DGLa*^{1}*La*^{2}*OVb* At lenire *B* Allenire *ACL* Alenire *H* frequentant *L* frequentant *P*.

33. Thesalia *BCLa*^{1}*OVa* opletur *BLa*^{1}*V* impletur *a* cetu *GLa*^{1}*La*^{2}*O*.

34. p̄se *O* uictu *ACL*.

35. syros *D m. pr. GLa*^{1}*La*^{2} *Ven.* siros *O* schyros *BbdP quod idem uocabulum repetitum legitur in marg. B* sciros *ACL* schirios *H* schiros *a* thiros *V* tyros *b* scyros *corr. D ed. Pr. uulgo et Lachm. I.* Cieros *Meinekius Vindic. Strabon. p.* 151 pthyotica *G* pthoiotica *B* pithiocica *H* phyotica *La*^{1} ptiotica *O* phioticha *C* phiotica *AV* pthiotica *bd* phithiotica *a* Phthiotida *coni. Lachmannus* tempe *pro* Tempe *Meinekius, sed Catullus Callimachum sequitur H. ad Delum* 112 Πηνειὲ Φθιῶτα, *cf. ib.* 105.

36. Grauinonisque *ACDLLa*^{2}*OV* Grauinonasque *B* Graiunonisque *G* Graninonisque *Vic. b* Graiugenasque *ab* Crannonisque *P. Victorius XX.* 24, *cf. Callim. H. ad Cereris Calathum* 76 moenia Larissea *P Calpurn. ed.* 1481 larisea *a* nicenis (micenis *D* nitenis *BLa*^{1} nitens *V* moenis *H*) alacrisea (alacrissea *O* alacrista *V*) *codices.*

37. Pharsaliam *ACLbacP* Farsaliam *BDLa*^{1}*La*^{2}*OV* Pharsalon *Scaliger* Ph. rsalum *Lachmannus* Pharsaliam *tuetur Vossius ex Calpurnii Ecl. IV.* 101; *idque retinui, siue per synizesin ultimas syllabas coniunxit Catullus, siue* Pharsăliam *corripuit,* Pharsālia *produxit eodem modo quo Callimachus scripsit* Καλὰ μὲν ἠέξευ, καλὰ δ' ἔτραφες, οὐράνιε Ζεῦ, *H. ad Iouem u.* 55. *Sed uide Haupt. Obseru. Crit. p.* 67, *Lachm. Lucret. p.* 193, *L. Muellerum de Re Metrica p.* 261 coheunt *BLa*^{1}*a* farsalia *BDLa*^{1}*La*^{2}*OV* Pharsalica *uel* Pharsali *Scaliger.*

38–42 *ita transposuerunt Ramiresius de Prato* (*Hypomnemat. in Martialem*

Non humilis curuis purgatur uinea rastris,
Non glebam prono conuellit uomere taurus,
Non falx attenuat frondatorum arboris umbram,
Squalida desertis rubigo infertur aratris.

Ipsius a*t* sedes, quacunque opulenta recessit
Regia, fulgenti splendent auro atque argento.
Candet ebur soliis, collucent pocula mensae,
Tota domus gaudet regali splendida gaza.

Puluinar uero diuae geniale locatur
Sedibus in mediis, Indo quod dente politum
Tincta tegit roseo conchyli purpura fuco.

Haec uestis priscis hominum uariata figuris
Heroum mira uirtutes indicat arte.
Namque fluentisono prospectans litore Dia*e*,

I. 44), *et Gualterus Landor in Cens. Trim. Libror. Extern. XXIX. p.* 356 38, 40, 42, 39, 41 Rura colit—Non glebam—Squalida—Non humilis—Non falx; 39, 41, 38, 40, 42 Non humilis—Non falx—Rura colit—Non glebam—Squalida *Mitscherlichius*; 38, 39, 41, 40, 42 Rura colit—Non humilis—Non falx—Non glebam—Squalida *Ritschelius ind. lect. bib.* 1859, *pp.* 8, 9; *idem ordo ed. Ramlerianae* 1793.

38. molescunt *H* molestunt *La*^{1}.

40. uouere (m) *a* robore *b*.

41. fallax *H* falax *P* *An* falcx? actenuat *P* fundatorum *H* frondatique *a*.

42. fertur *a*.

43. ad *ABDGLLa*^{1}*La*^{2}*OVbabcdP* at *CH* quantumque *H* opulenta *O*

44. splendet *H* fulgent *V*.

45. Candent *C* epbur *D*.

46. gazza *B*.

47. Pluuinar *O* locantur *La*^{1}.

48. Aedibus *Alex. Guarinus* ĩmediis. *O* quid *aP* que *Db* mente *A* polito *B m. pr. La*^{1} *Phillippensis* politom *corr. B* polittum *A*.

49. Tinta *V* conchili *CGHLOVbabdP* chonchili *D m. pr.* foco (u) *P* suco *H*.

51. Herom *B*.

52. Nanque *Abcd* fluenti sono *HO* fluentisone *C m. pr.* fluctisono *a* respectans *aH* littore *OP* littora *La*^{1}*H* litora *BLa*^{2}*Vabc* die *Pb ed. Parm.* 1473 dya *BGV* dia *ACDHLLa*^{1}*La*^{2}*Oc* diua *a*.

Thesea cedentem celeri cum classe tuetur
Indomitos in corde gerens *Ariadna* furores,
Necdum etiam sese *quae uisit uisere* credit,
Vt pote fallaci quae tum primum excita sompno
Desertam in sola miseram se cernat harena.
Inmemor at iuuenis fugiens pellit uada remis,
Irrita uentosae linquens promissa procellae.

Quem procul ex alga maestis Minois ocellis,
Saxea ut effigies bacchantis, prospicit, *eheu*,
Prospicit et magnis curarum fluctuat undis,
Non flauo retinens subtilem uertice mitram,
Non contecta leui uelatum pectus amictu,
Non tereti strophio lactentis uincta papillas,

65. Isidorus Origin. XIX. 33. Strophium est cingulum aureum cum gemmis de quo ait Cinna 'Strophio lactantes cincta papillas.'

---

53. Tesea *O* cedenti *A* clase *C*.
54. Indomites *O* ariadna *Phillippensis P* adriana *BCDGHLa*^{1}*OVab*.
55. *om. V* Ne dum *BLa*^{1}*Ld* seseque sui tui se credit *BDGLOLa*^{1}*d* seseque sui terni se credit *La*^{2} seseque sui tui se credidit *AL* seseque sui qui se credidit *C* sese sui se credit *Ha* seseque sui cui credet *P et Cuiacianus teste Scaligero* sese quae uisit uisere credit *Vossius cf. Lucret. IV.* 466 'Pro uisis ut sint quae non sunt sensibu uisa.'
56. puta *V* fallacique *O* tunc *Ob* sompno *BO*.
57. in soño sola *V* insola *O* cernet *P* cernit *BLa*^{1}*Vabd Ric.* harena *ABCHOVPd* herena *La*^{1}.

2242

58. et *A*.
59. Irritosa *C*.
60. exalga *O* ex alto *a* acta *Heinsius* mestis *BGO*.
61. Sassea *D* Saxa *O* bachantis *GLa*^{2}*OVad* bacharetis *B* heue *BCGLLa*^{1}*OV* hene *HAd* heuhe *D pr. m.* heu he *b* heu heu *a* eue *P* euae *ed. Parm.* 1473 euoe *Ald. I. uulgo* euhoe *Lachmannus* eheu *Bergkius*.
62. Prospicit. *O Pro* et *O habet compendium quo plerumque significatur* con. flutuat *D*.
63. crinem *marg.* mitram *b*.
64. contenta *Phillippensis et O, B. Venator* contrata *H* nudatum *coni. Schwabius. Sed cf. u.* 103 amittu *C*.
65. thereti *C* theritis *H* strophyo *BGLa*^{1}*V* straphyo *b* sephio *a* strophie *H* lactentis *codd.* lactantes *Isidorus Origin. XIX.* 33, *qui uersum ascribit Cinnae, Ald. Guar. Scal. Voss. Gloss. Balliol.* Lactans est quae lac praebet: lactens cui praebetur luctantes *Muretus* lucentes *Statius* uincta *BCDGLOPb* iuncta *ALa*^{1}*La*^{2} uicta *HV* uita *a* cincta *Isidorus*.

Omnia quae toto delaps*a* e corpore passim
Ipsius ante pedes fluctus salis alludebant.

S*e*d neque tum mitrae neque tum fluitantis amictus
Illa uicem curans toto ex te pectore, Theseu,
Toto animo, tota pendebat perdita mente.
A misera, assiduis quam luctibus externauit
Spinosas Erycina serens in pectore curas,
Illa tempestate, ferox qu*o* e*x* tempore Theseus
Egressus curuis e litoribus Piraei
Attigit iniusti regis Cortinia tecta.

Nam perhibent olim crudeli peste coactam
Androge*o*neae poenas exoluere caedis

71. Nonius p. 108. Externauit ut consternauit id est dementem fecit. Catulus 'amisera assiduis quam luctibus externauit Spinosas Ericina ferens 'in pectore curas' (in pectoras *cod. Harl. m. pr., super quod postea scriptum est* cura. *Videtur fuisse* in pectora curas).

---

66. Omniaque *H* tota *D solus* (*Lachm.*) delapsa e *CaP* delapse e *L* delapse *O* delapso e *ABd* delapso *DGLa*¹*La*².

67. adludebant *O Ric.* 2242 allidebant *corr. D ed. Parm.* 1473 *Gualterus Landor.* allidebat *P.*

68. Sed *acdP ed. Pr. uulgo* Si *ABCDGLLa*¹*La*²*OVb* Siueque *H* Set *Lachmannus* Sic *Rossbachius* tamen—tamen *O* non tum flauitantis *Can.* 33 flauitantis *B* fluctuantis *H.*

69. toto te et *d* ex *om. aP* te *om. Ob Ric.* 2242 theu *A.*

70. perdebat *BCLa*¹*Vabcd* prodebat *HLa*²*P* perdicta *B* uoce *abc.*

71. A *Can.* 33 *c et codices Nonii* Ah *G et plerique* Ha *O* miseram *adP* miser *b* assidiue *A* assidine *pr. L* externauit *BDGLa*¹*La*²*OVbcdP Phillippensis, Nonius p.* 108 extenuauit *ACHLab.*

72. ericina *DGOPV* adriana *a* ferens *Habc Nonius* impectore *O.*

73. feroxque et tempore *ABCGLLa*¹*La*²*OPVbd* feroxque in tempore *D* ferox et tempore *Ha ed. Pr.* ferox et pectore *b* ferox quo ex '*Italus* '*in exemplari Veneto ed. Aldinae* 1502' (*Lachm.*) ferox quo tempore *corr. D ed. Parm.* 1473 *Orellius* ferox qua robore *Froehlichius* ferox quom robore *Ritschelius ind. lectt. hibern.* 1857, *p.* 6 ferox qua pectore *Peiperus* teseus *V.*

74. pyrati *H.*

75. iniustiȩ *B* inuisi *Heinsius et ante eum ed. Trinc. Auancii, nisi quod per errorem impressum est* Inusi cortinia *codd.* Gortynia *Ald. I. uulgo et Lachm.* tempta *BGHLa*¹*La*²*OVb* tenta *ADL* tempra *C* templa *corr. D abcdP ed. Pr. Scaliger Voss.* tecta *Ric.* 2242 *Parthenii ed.* 1486 *uulgo, Lachmannus, Ritschelius u. s. p.* 8 *cf. Verg. Aen. VI.* 29 *Fortasse* septa.

76. peribent *A* perhybent *V* prohibent *DHLa*².

77. Cum *ante* Androgeoneae *habent codd. et edd. ante Calpurn. quod pro*

Electos iuuenes simul et decus innuptarum
Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.
Quis angusta malis cum *mo*enia uexarentur,
Ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis
Proicere optauit potius quam talia Cretam
Funera Cecropiae nec funera portarentur,
Atque ita naue leui nitens ac lenibus auris
Magnanimum ad Minoa uenit sedesque superbas.

Hunc simul ac cupido conspexit lumine uirgo
Regia, quam suauis expirans castus odores
Lectulus in molli conplexu matris alebat,
Quales Euro*t*ae p*ro*gignunt flumina myrtus,
Auraue distinctos educit uerna colores,
Non prius ex illo flagrantia declinauit
Lumina, quam cuncto concepit corpore flammam

fragmento uersus cuius caetera interciderint habet Rossbachius Androgeanee *ACDGLL*a^1*L*a^2*d* Androgeneę *BHP* Androgeane *OVb* Andro-gianeae *a* Androgeoneae *ed. Parm.* 1473 penas *bis V et D m. pr.* penas *Oa* exuulnere *H* exsoluere *BO.*

78. innuptiarum *D m. pr.* nuptiarum *H.*

79. minothauro *O.*

80. augusta *H Ric.* 2242 *ed. Trinc. Auancii Scaliger* incenia *O Ric.* 606 inoenia *G ni fallor* incena *D* uersarentur *L*a^1*bP* uersaren-tur *B.*

81. atthenis *V.*

82. Prohicere *BL*a^1*O* Prohycere *V* Proiicere *AGLad* Pro-icere *cett. Lachm.* pocius *L*a^1*O* certen *P An* Creten?

83. cecropye *V* nec funera *codd. et edd. post Lachmannum* ne funera *Scaliger uulgo* nec funere *Statius.*

84. leni *Dc* ac *om. B* atque *D et P* leuibus *ADb Santenius ad Terent. Maur. p.* 247.

85. adminoa *O.*

86. simulhac *D* simulac *O* conpexit *O.*

88. complexu *G et plerique* allebat *OB, hic quidem priore l puncto notata.*

89. Qualis *b* europae(e) *codd.* eurotae *ed. Pr. b* pergignunt *ABCDGLL*a^2*Oa* pergingnunt *L*a^1 progignunt *VbP ed. Reg.* 1481 *uulgo* percingunt *b* praecingunt *Behrensius* flamina *b* myrtus *P Bentleius ad Hor. C. II.* 15. 5 mirtus *CD m. pr. Ga* mirtos *BL*a^2*OV* myrtos *b.*

90. Aura ne *Ab* producit *b* uena *P.*

91. exillo *O* flagrancia *OL*a^1 fragrantia *A* flaglantia *Ric.* 2242.

92. toto *a* pectore *babc* flamam *CL*a^1 *G m. pr. ut Bonneto uisum est.*

Funditus atque imis exarsit tota medullis.
Heu misere exagitans inmiti corde furores
Sancte puer, curis hominum qui gaudia misces,
Qu*ae*que regis *G*ol*g*os quaeque Idalium frondosum,
Qualibus incensam iactastis mente puellam
Fluctibus, in flauo saepe hospite suspirantem!
Quantos illa tulit languenti corde timores!
Quanto saepe magis fulgore expalluit auri!
Cum saeuum cupiens contra contendere monstrum
Aut mortem oppeteret Theseus aut praemia laudis.
Non ingrata tamen frustra munuscula diuis
Promittens tacito succendit uota labello.
Nam uelut in summo quatientem brachia Tauro
Quercum, aut co*n*igeram sudanti cortice pinum,

93. ymo *V* īmis *a*.
94. Eu *B Phillippensis* Hei *P* miser *a* miserae *Phillippensis P* in miti *BGP marg. d ed. Trinc. Auancii* furoresn *Phillippensis*.
96. Queque *bP Palladius* Quidque *H* Quod neque *O* Quique *cett.* cholcos *O* colchos *ABCDGHLLa*^{1}*Vbac* colchoos *P* colcos *La*^{2} golgos *Hermolaus Barbarus, teste Mureto; Bembo Statius, Auancio Lachmannus ascribit* quique *Dab* q̃ȝ id alium *O* ydalium *La*^{1}*La*^{2}*Va*.
97. Qualibet *ALHdb Phillippensis* iactasti *ed. Pr.*
98. suspirante *La*^{1}.
99. Quanto *H* tullit *G*.
100. Quanto *codd. Lachmannus* Quantum *ed. Parm.* 1473 *uulgo* O quam *Bochartus Hierozoic. II.* 1. *p.* 10, *Salmasius ad Solin. p.* 1163, *sed fortasse memoria lapsi* Quam tum *Faernus, Ritschelius ind. lect. bib.* 1857 *pp.* 4, 5 fulgere *La*^{2} (o *supra* e) fulgure *pr. D* fuluore *Ritschelius* lurore *Bochartus et Salmasius* expaluit *Aab*.
101. mostrum *C* esse *pro* contra *b* tendere *d*.
102. morte *a* oppeteret *ABCGHLa*^{1}*La*^{2}*Vbad* appeteret *O quod melius uisum est Marcilio* opetere *D Ric.* 606 opperet *L* exppeteret *marg.* op *P* expeteret *ed. Pr.*
103. *om. H.*
104. succendit *ABCDGHLLa*^{1}*La*^{2}*ObabcP Lachm.* subcendit *V* succedit *d Phillippensis* suspendit *Ric.* 2242 *corr. D ed. Pr.* succidit *Balthazar Venator et Marcilius pro se quisque* succepit *Statius* suscepit *Vossius* ueta *D*.
105. uelut *om. H* uult *O* ueluti *D* bracchia *V* thauro *BLa*^{1}*V*.
106. conigeram *cP Sabellicus* cornigeram *ABCDGHLLa*^{1}*La*^{2}*Ob* coñigeram *V* congestam *a* sudante *La*^{1} frondente *Dresdensis* fundanti *ObG m. pr. teste Bonneto* corpore *BDdLa*^{1}*V* nutanti uertice *ed. Trinc. Auancii Heinsius Mitscherlichius* pinnum *La*^{1}.

Indomitus turbo contorquens flamine robur,
Eruit (illa procul radicitus exturbata
Prona cadit, lateque *et* com*in*us obuia frangens),
Sic domito saeuum prostrauit corpore Theseus
Nequicquam uanis iactantem cornua uentis.
Inde pedem sospes multa cum laude reflexit
Errabunda regens tenui uestigia filo,
Ne lab*y*rintheis e flexibus egredientem
Tecti frustraretur inobseruabilis error.

Sed quid ego *a* primo digressus carmine plura
Commemorem, ut linquens genitoris filia uultum,
Vt consanguineae conplexum, ut denique matris,
Quae misera in gnata deperdita l*ame*n*t*a*ta est*,

107. Indomitum *D Ric.* 6c6 *unde Spengelius Froebl. Haupt. Rossb. Pleitn. Pohl. Schwab. L. Muellerus* turben *scripserunt. Cf. Seru. ad Aen. VII.* 378 ' Catullus hoc turben dicit ut hoc carmen.'

108. Exuit *HL* Erruit *ab* Emit *O* radicitus *ACDGHLLa*^{2}*O* radicibus *BLa*^{1} *Ric.* 2242 *babcdP* exstirpata *marg. d Ric.* 2242.

109. cadit. *O* lateque tum eius *G Ricc.* 606 lateque tumieius *D* lateque cum eius *ACLLa*^{1}*La*^{2}*OV* (? cius) *Vic.* lateque eum eius *BH Phillippensis* late qum eius *b* lateque (quae *d* iam *a*) cominus *acd* lateque et cominus *P et Cuiacianus, uulgo* late qua est impetus *Lachmannus Vahlenus Coni. in Varr. p.* 92 lateque et funditus *Schwabius* obuia *B marg. LLa*^{1}*La*^{2}*OVbd* omnia (obuia) *G* omnia *ACDLabc* fragnens *V.*

110. *Post hunc u. lacunam indicauit Rossbachius* taurum *pro* Theseus *ed. Lips.* 1493 *teste Schwabio, ed. Trinc. Auancii* prosternit *Cuiacianus et P.*

111. Nequitquam *La*^{1} nauis *O.*

112. Vnde *H* pedes *Phillippensis* sospes *om. ac* multa uictor cum *a.*

113. Ereabunda *O* tenens *AL m. pr.*

114. Nec *H* laberintheis *CDGLLa*^{2}*PV* laberinthis *O* labe(e)rinthis *H,* e *recentius addita* laberinteis *A* lamberintheis *La*^{1}*d et B, sed hic* m *punctis notata* labarinteis *a* labyrintheis *c ed. Pr.* eflexibus *O.*

115. *Cf. Seruium ad Verg. Aen. V.* 591 (*Fr. VI*) frustrarentur *L* frustaretur *Ric.* 2242 *et G m. pr.*

116. ego *om. c* est *pro* ego *H* cum (eum *Phillippensis*) primo *ABCDGHLLa*^{1}*La*^{2}*OV* in primo *b* a primo *abc ed. Pr. uulgo et Lachm.* primo *Pd* degressus *Behrensius.*

117. Comemorem *V.*

118. complexum *G et plerique* complexu *a.*

119. ingnata *GO* in grata *P* ignata *ABCDLLa*^{1}*La*^{2}*Vd* ignara *Ha* gnata *b* *Vocabulum cum sequente parte uersus om. c et a* (*m. pr.*)

Omnibus his Thesei dulcem p*rae*optar*i*t amorem,
Aut ut uecta ratis spumosa ad litora Diae,
Aut ut eam   deuinctam lumina somno
Liquerit inmemori discedens pectore coniunx?

Saepe illam perhibent ardenti corde furentem
Clarisonas imo fudisse e pectore uoces,
Ac tum praeruptos triste*m* conscendere montes,
Vnde aciem *in* pelagi uastos protenderet aestus,
Tum tremuli salis aduersas procurrere in undas
Mollia nudatae tollentem tegmina surae,

leta *uel* laeta *codd.* laetabatur *Lachmannus* luctabatur *Rossbachius* lamentata est *Coningto anno* 1861 lamentatur *Buechelerus in Fleckeiseni Annal.* 1866 *p.* 610, *allato uersu Varronis* (*Atacini*) *ap. Sergium, Explanat. in Donatum p.* 564 *K.* Huic similis curis expedit alamentatur, *hoc est* experdita *uel* expergita lamentatur. *Ipse conieci* lentabatur *hoc est* morabatur. *In P ed. Pr. et Parm.* 1473 *spatium relictum est inter* gnata *et* deperdita, *unde ortae uidentur emendationes Calpurnii,* Quae misero gnatae fleret deperdita leto, *Parthenii* luctu.

120. hiis *O* theseus *a* praeoptaret *marg. L, hc Guarinus* portaret *ABCDLLa*^{1}*OVbLa*^{2} p̃otaret *G* porāret *H* portauit *d* ꝑoptauit *P* praeferret *a marg. d Calpurn.* 1481 *Mur. Scal.* praeoptarit *Statius. Error ex confusis* p̄optarit portaret *ortus uidetur Schwabio.*

121. ut *om. ObP* necta *O* rati *Passeratius et Lachmannus coniecerunt* spomosa *A* spinosa *Phillippensis* dia *A* chii *a* ad- littora *O.*

122. *Ante* deuinctam *spatium habet c* deuinctam *B ni fallor cdP* deuincta *ACDGHLa*^{1}*La*^{2}*OV* deuicta *L Ric.* 2242 deuictam *ab ed. Pr.* Aut cum deuicta *a, sed suppletis in spatio litteris* eam *Addit* placito *b,* tristi *dP Scaliger,* molli *Behrensius,* dulci *ed. Pr. Guar. Boehm. Fritz. cf. Ciris* 206 *Lucret. IV.* 455 Venerit aut *Lachmannus.* Fugerit aut *Froehlichius An* deuincta tenentem? *Cum enim* tenentem *in textu omissum, margini adscriptum fuisset, mox per errorem hinc ad u.* 344, *sed erasis tribus ultimis literis, translatum est.*

123. inmemori (al. nemori) *G* descendens *D* coniux *C.*

124. perhybent *V.*

125. Clarissimas *D* Clarisficans *P* Clarissonas *b* uno *BLa*^{1}*La*^{2}*O* ymo *V* expectore *O Behrensius* ̣coṇiuṇx uoces *b.*

126. At *HL pr. G* Aut *P* proruptes *O* tristes *CDGHOb* tristis *ALVb* tristem *adP* ostendere *D* consendere *O.*

127. acie *b* atie *ed. Pr.* in *om. ABCDGHLLa*^{1}*La*^{2}*OVbb ed. Pr. add. acd Calp. ed.* 1481 pretenderet *DG* protendeñt *H* *Fortasse* acie pelagi uastos protenderet aestus.

128. salus *O* aduersa *A pr. L* *Fortasse* aduersam.

129. surre *Ha* furrę *P* fure *d.*

Atque haec extremis maestam dixisse querellis,
Frigidulos udo singultus ore cientem.
α 'Siccine me patriis auectam, perfide, ab aris,
Perfide, deserto liquisti in litore, Theseu?
Siccine discedens neglecto numine diuum,
Inmemor ah deuota domum periuria portas?
β Nulla*ne* res potuit crudel*is* flectere ment*is*
Consilium? tibi nulla fuit clementia praesto,
Inmite ut nostri uellet mi*se*rescere pectus?
γ At non haec quondam nobis promissa dedisti
Voce: mihi n*on* haec miserae sperare iubebas,
Sed conubia laeta, sed optatos hymenaeos,
Quae cuncta aerei dis*c*erpunt irrita uenti.

130. haec *Obabcd* has *H* hoc *ABC pr. GLLa*^{1}*La*^{2}*V* *om. D m. pr. et P* estremis *O* dixisse mestam *G* dixisse mesta *D* querellis *a* querelas *H* querelis *GO et plerique*.

131. uolo *P* uelo *a* ora *a* tientem *O*.

132. patris *D* aduectam *D* auertam *OLa*^{2} aris *ABCDGLLa*^{1} *La*^{2}*OVa Vossius* horis *H* oris *Ric.* 2242 *P bbd uulgo et Lachmannus* aris *cum Vossio retinui, cf. Apol. Rhod. III.* 1115 αἴθε γὰρ εἴην Ἀπροφάτως τότε σοῖσιν ἐφέστιος ἐν μεγάροισιν. *IV.* 361 Πάτρην τε κλέα τε μεγάρων αὐτούς τε τοκῆας Νοσφισάμην *Aesch. Agam.* 1277.

133. in *om. O* littore *OabP*.

134. discendens *G* negleto *O*.

135. Imemor *B* Immemor *OH* ah *DGL* ha *O* ab *ABCH La*^{1}*La*^{2}*VdP* ad *bc* ac *b* ob *a*.

136. Nullaue *ABGLLa*^{1}*La*^{2}*O corrector H* Nullane *DbabcdP Phillippensis* Nulla ut *H m. pr.* crudeles *pr. G Ob* mentes *pr. G LLa*^{2}*Ob*.

137. clemencia *GOLa*^{1} dementia *BbP* prisco *H* praedo *Ric.* 2242.

138. Immite *CVbabc* noster *H* miserescere *Ric.* 2242 *b Calp.* 1481 *uulgo et Lachm.* mirescere *O* mitescere *ADGHLLa*^{2}*VbaP Hermannus* mittescere *C Phillippensis* mitiscere *BLa*^{1}*d* Immite ut mostri uelut mitescere pectus *Scaliger*.

139. Et *a* hoc *BLa*^{1} blanda *pro* nobis *O*, *Ric.* 2242, *marg. L, b et sic cum Guarino Ribbeckius* praecepta *a*.

140. michi *G* non *Hbbc ed. Pr.* nec *cett.* haec *CDGObabcd* hoc *ABHLLa*^{1}*La*^{2}*VP* miserae (-e) *BCDGHLLa*^{2}*OV abcdP* miser *A* miserere *La*^{1} miseram *Ric.* 2242 non haec miserae *Vossius Lachm.* non haec miseram *ed. Parm.* 1473 non hoc miserae *Scaliger* non hoc miseram *ed. Pr. Muret. Stat. Orell.* nec me hoc miseram *uel* non haec miseram *Froehlichius, quod posterius probat Ribbeckius in Iahn. Ann.* 1862 *T. I. p.* 378 non haec misera *Behrensius* spetare *D* iudebas *CH m. pr.* uidebas *ALa*^{1}*b*

141. conubia *ABCHb* leta *O*.

142. concta *d* cōta *B* contra *La*^{1}*P* aerei *DHVab* discer-

B *a* Tum iam nulla uiro iuranti femina credat,
Nulla uiri speret sermones esse fideles;
Quis dum aliquid cupiens animus praegestit *a*pisci,
Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt:
Sed simul ac cupidae mentis satiata libido est,
Dicta nihil metuere, nihil periuria curant.

β Certe ego te in medio uersantem turbine leti
Eripui, et potius germanum amittere creui,
Quam tibi fallaci supremo in tempore deessem.

γ Pro quo dilaceranda feris dabor alitibusque
Praeda, neque in*i*acta tumulabor mortua terra.

143. Ouidius Fast. III. 473–6 Dicebam, memini, periure et perfide Theseu. Ille abiit: eadem crimina Bacchus habet. Nunc quoque 'nulla 'uiro' clamabo 'femina credat.' Nomine mutato causa relata mea est.

---

punt *Cbbd ed. Pr. H ex rasura P* diserpunt *ALa* disserpunt *BDG* La^1La^2V desserpunt *O* uentis *D.*

143–148. Nulla uiro—curant *extant in Compendio moralium notabilium Hieremiae Iudicis de Montagnone Part iiii, lib. V. Rubr. II. ed. Ven.* 1505. *Vide Prolegomena.*

143. Nunc iam *Baptista Guarinus, quem secuti sunt Muretus Statius Huschkius ad Tib. II.* 3. 3 *Orellius Schwabius Bebrensius* Iam iam *Parthenii ed.* 1486, *Bern. Pisanus in marg. ed. Vic.* 1481, *Voss. Doer. L. Mueller.* Hinc iam *Froehlichius. Sed* Tum iam *potuit Catullus sic scribere, ut scripsit Pomp. Mela III.* 57 Per solstitium nullae (noctes) quod tum iam manifestior non fulgorem modo sed sui quoque partem maximam ostentat.

144. uiris *Passeratius Bebr.*

145. Qui *P* prae(e La^1)gescit ALa^1 p'gestit adipisci *O* pregestit apisci *G sed prius erasis litteris ubi nunc sunt* re *et ante* apisci, *ut Duebneri iudicio fuerit prius* pergestit adipisci. *Etiam Veneta editio Hieremiae Iudicis habet* adipisci, *neque aliunde fluxit* ipsi *quod est in Nou. Coll.* 100, et ipsi *quod in Bodl. Misc.* 186.

146. metunt *B* Nil *pro* nihil *Hb.*

147. simul hac *D* saciata BLa^1OP.

148. meminere *Czalina apud L. Muellerum* nichil periuria *O.*

149. te ego *b* uexantem *Ric.* 2242 lecti *O.*

150. Erripui *Bab* pocius GLa^1d amictere *d.*

151. suppremo *ABCGOVbd* dessem *H m. pr.* d$\overset{e}{a}$ssem *P* intempore *O.*

152. dillaceranda *B.*

153. P'ea *O* in tacta *G* intacta $ABCDLLa^1La^2OVbcd$ in tanta *a* intecta *HP* iniecta *b Calp.* 1481. *cf. Ciris* 441 Iniecta tellus tumulabit arena. iniacta *ego et Schwabius in notis* cumulabor *D m. pr.* timulabor *d.*

Γ *a* Quaenam te genuit sola sub rupe leaena,
Quod mare conceptum spumantibus expuit undis,
Quae Syrtis, quae Scylla rapax, quae uasta Carybdis,
Talia qui reddis pro dulci praemia uita?

β Si tibi non cordi fuerant conubia nostra,
Saeua quod horrebas prisci praecepta parentis,
At tamen in uestras potuisti ducere sedes,
Quae tibi iocundo famularer serua labore,
Candida permulcens liquidis uestigia lymphis,
Purpureaue tuum consternens ueste cubile.

γ Sed quid ego ignaris nequicquam conquerar auris,
Externata malo, quae nullis sensibus auctae
Nec missas audire queunt nec reddere uoces?
Ille autem prope iam mediis uersatur in undis,
Nec quisquam apparet uacua mortalis in alga.
Sic nimis insultans extremo tempore saeua
Fors etiam nostris inuidit questibus auris.

154. subrupe leena *O*.
155. conceptis *a* exspumantibus *D*.
156. sirtix *O* sirtis *CLa*^{2}*V* silla *DGLa*^{1}*V* sylla *CLa*^{2}*a* scilla *O* uorax *bc ed. Pr.* rapaxque *O* iusta *La*^{2}*c* rapta *D* caribdis *BGLa*^{1}*La*^{2}*OVacdP* carybdis *bb* charibdis *C*.
157. Taliaque *O* redis *O pr. d* dulcia *Cc*.
158. conubia *ABCHb* fuerint *HP*.
159. Seua(sceua *H*)que *DHVb ed. Pr.* sceua *P* (scaeua) orrebas *D* ad horrebas *b* abhorrebas *ed. Pr.* peremptis *O*.
160. Ac *V* nostras *O* potuistis *D m. pr. L m. pr.*
161. iocando famularet *a*.
162. limphis *BCOVa*.
163. *post* 160 *ponit O* Purpurea ne *A* Purpureaque *Db* Purpurea uetitum *a* construens *A* consterens *d* conscendens *a* conscernens *La*^{1} prosternens *D* cubille *O*.
164. Si *O* ignarus *pr. Ric.* 2242 *An* ignareis? nec quicquam *BCO* nequiquam *Ric.* 2242 conquerar *ABCDGLLa*^{1}*La*^{2}*OVbabd Rossb.* conqueror *HPc Ric.* 2242 *uulgo et Lachmannus* aures *O pr. G* aureis *Behrensius fortasse recte*.
165. Externata *Ob ed. Parm.* 1473 Extenuta *H* Exten^{r}uata *D* Extenuata *cett.* maloque *O* mala *b* male *b* aucte (al. o) *G, sed litteris suprascriptis recentius additis*.
167. iameomediis *P*.
168. acta *Heinsius*.
169. minus *H* in tempore *adc* sceua (ę *P*) *Phillippensis P* seuo *C* seua *O*.
170. Fers *O* et iam *ABCGLa*^{1}*b* auras *BP*.

A *γ* Iuppiter omnipotens, utinam ne tempore primo
Gnosia Cecropiae tetigissent litora puppes,
Indomito nec dira ferens stipendia tauro,
Perfidus in Creta religasset nauita funem,
Nec malus hic celans dulci crudelia forma
Consili*a*, *in* nostris requi*e*sset sedibus hospes!

β Nam quo me referam? quali spe perdita nitor?
Id*o*m*e*neosne petam montes? a gurgite lato
Discernens pont*i* truculentu*m* diuidit aequor.

171, 2. Macrobius Saturn. VI. 1. 42. Catullus 'Iupiter—puppes.'

---

171. Iupiter *CGOV* utinam non *Macrobius Sat. VI.* 1. 42 utinam nec *ed. Pr.*
172. Cnosia *unus codex Macrobii* Gnoscia *BLa^1* Gnossia *d* littora *ALa^1Cbad* pupes *CLa^2O.*
173. me *BLa^1V* ferens *om. D* thauro *V.*
174. in cretam *$ABGLLa^1PV$* incretam *La^2ab* incertam (re) *C* incertam *Hb* in creta *DO Froebl. Rossb. cf. Apol. Rhod. II.* 462 πείσματ' ἀνάψασθαι μυθήσατο Θυνίδι γαίῃ relegasset *Dc.*
175. h' *O* (haec) cellans *BLa^1* duci *D.*
176. Consilia in nostris *ed. Parm.* 1473 *Guarinus* Consilium nostris *codd. omnes nisi quod* nostris *om. O*, nobis *habet b* requiesset *ed. Parm.* 1473 *Guarinus et Scaliger* requisisset *G* re(r)quisisset *$ABCDHLLa^1La^2$ OVb* reliquisset *P* quaesisset *abcd* haesisset *Passeratius.*
177. refferam *O* nitar *Dresdensis Pabd uulgo* Nunc *pro* nam *Spengelius in Seebodii Chron. Paedagog.* 1828, *f. IV. p.* 96, *allato uersu Enni ap. Cic. de Orat. III.* 58 Quo nunc me uertam, *et Laberii Prolog. ap. Macrob. II.* 7. 19 Nunc me quo deicis?
178. Idomeos ne *A* Idoneosne *$BDOLa^1$* Ydoneosne (al. Idmoneos) *G* Idmoneosne *marg. $BCLLa^2Vbd$ Franciscus Buzacharinus municeps Palladii* Ischynoneas *a* Istmoneosne *cP* Idomeneos ne *H* Idomeneosne *Conradinus de Allio Lachm. l. cf. L. Muellerum de Re Metrica p.* 275 Idomeneusne *Lachmannus ad Lucret. p.* 192 *ex Hom. Il. N.* 424, Ἰδομενεὺς δ' οὐ λῆγε μένος μέγα Idomeniosne *Vossius* Idomeneine *F. Buechelerus Mus. Rhen.* 1860 *p.* 437 Idaeosne *Parthenius* Isthmon eosne *Scaliger* Idam ideone petam? montes *Gualterus Landor in Cens. Trimestr. Libror. Extern.* 1843 *p.* 358 a *$ABCDGHLLa^1La^2OVbbcdP$* ne *a* at *Bern. Pisanus in marg. ed. Vic.* 1481, *Muretus Statius Doeringius Kraftius. cf. Lachm. Lucr. IV.* 436 ah *Guarin. Scal. Voss. Lachm.* *Fortasse* an laeto *Hc* uasto *marg. d Statius.*
179. Discerens *B* Discedens *Itali Hauptius* ponti *O Dresdensis* pontum *cett. Scaliger Lachm. edd. ante* 1553 patriam *ed. Trinc. Auancii* portum *Fritzius* ubi diuidit *codd. omnes* ubi *om. Bern. Pisanus, ed. Lipsiensis, Muret. Stat. Doer.* 2, 3. *Archetypus uidetur habuisse* pontum (ut. i) truculentum diuidit aequor.

An patris auxilium sperem? quemne ipsa reliqui
Respersum iuuenem fraterna caede secuta?
Coniugis an fido consoler memet amore?
Quine fugit *l*entos incuruans gurgite remos?

α Praeterea nullo litus, sola insula, tecto,
Nec pate*t* egressus pelagi cingentibus undis:
Nulla fugae ratio, nulla spes: omnia muta,
Omnia sunt deserta, ostentant omnia letum.

'Ἐπῳδός.

α Non tamen ante mihi languescent lumina morte,
Nec prius a fesso secedent corpore sensus,
Quam iustam a diuis exposcam prodita mulctam,
Caelestumque fidem postrema comprec*er* hora.

β Quare facta uirum mulctantes uindice poena,
Eumenides, quibus anguino redimita capillo
Frons expirantis praeportat pectoris iras,

γ Huc huc aduentate, meas audite querellas,

180. Impatris *O* In patris *G m. pr. ut Bonneto uisum est* quemue *ABCLLa*^{1}*La*^{2}*Vbd* quem ne *GO* quem *H.*
182. consoles me manus *O.*
183. Quine *Ob* Qui me *Ab* Qui ue *BCDGHLLa*^{1}*La*^{2} fugis *a* lentos *Ob marg. L ed. Parm.* 1473 uentos *ABCGHLLa*^{1}*La*^{2}*Vad* unctos *D* uetitos *P* uentoso *Victorii scbedae ineditae apud Spengelium, Statius.*
185. pater *ABCHLa*^{1}*La*^{2}*V.*
186. est spes *Al. Guarinus.*
187. deserta. *O* ostendunt *D.*
188. nihil *pro* mihi *P* languescunt *Da* mõte *d.*
189. affesso *O* fexo *d* secedet *c* discedent *a* corpe *O.*
190. Quod *La*^{2} iuxtam *BLa*^{1}*d* iusta *O* adiuis *O* expostam *ALa*^{1} perdita *ac* mulctam *ABCDGLbabP* muletam *O* moletam *d.*
191. Celestemque *H* celestiumque *C* sedem *a* comprec(t *d*)er *Ric.* 2242 *Pabcd ed.* 1473 comprecor *cett.*
192. multanctes *BLa*^{1} multates *d* uīde *b* pena *O.*
193. Eumenides. *O* anguineo *Ric.* 2242 *babc* agmine *d* anguino *cett. Lacbm.*
194. aspirantis *C* espirantis *b* p'portat *O.*
195. aduentate. *O* aduentante *dH sed bic* n *puncto notata* querellas *ABOa.*

Quas ego, u*ae* miser*ae*, extremis proferre medullis
Cogor inops, ardens, amenti caeca furore.
δ Quae quoniam uerae nascuntur pectore ab imo,
Vos nolite pati nostrum uanescere luctum,
Sed qual*i* sola*m* Theseus me mente reliquit,
Tali mente, deae, funestet seque suosque.'

Has postquam maesto profudit pectore uoces,
Supplicium saeuis exposcens anxia factis,
Annuit inuicto caelestum numine rector,
Quo mot*u* tellus atque horrida contremuere
Aequora concussitque micantia sidera mundus.
Ipse autem caeca mente*m* caligine Theseus
Consitus oblito dimisit pectore cuncta,
Quae mandata prius constanti mente tenebat,

196. ne *a* nunc *b Vic. ed. Trinc. Auancii Spengelius in Seebodii Chron. Paed.* 1828 *p.* 97 miserae *Dd* misera *cett. Bentleius ad Hor. S. I.* 2. 129 praeferre *D* perferre *d*
197. ament *V* ceca *O.*
198. uere *P* ūē *O* uno *pro* imo *B.*
199. euanescere *Ric.* 2242 languescere *P.*
200. quali solam *Ric.* 2242 *P abcd ed.* 1473 qualis sola *cett.* qualis solam *ed. Pr.* in *pro* me *d* reliquid *O.*
201. Talis *H* funeste(ae *H*) *DH* fimestet *G* funescêt *V* funescet *La*^{1}*ab* funestent *d.*
203. Suplicium *a* seuis *O* serus *a* ansia *DV* saucia *coni. Schwabius* fatis *bc.*
204. inuicto *B Auancius Lachm.* inuito *ACGHLLa*^{1}*La*^{2}*OVbbcdP Vossius Heinsius* inuitum *a* in uoto *D Ric.* 606 *Simili modo* inuictus inuitus *permutantur Ouid. Ib.* 498 caelesti *a* munere *H.*
205. Quo *BDLa*^{1}*bdP* Quõ *La*^{2}*OV* Qnõ *G ut uisum est Claudio D. Cobham potius quam* Quõ Quomodo *ACHL* Quem *ab* tunc et *DP* tunc *ABCGLa*^{1}*OVbd* nunc *HL* tam *a* Quo tunc et *ed. Parm.* 1473 *uulgo et Lachm.* Quo motu *Heysius unde ortus uidetur error codicum* Quo nutu et *Fea* Quo nutu *Schwabius H. A. Kochius* atque etiam *a* contrumuere *D* contruemuerunt *a* contremuerunt *cett. uulgo et Lachm.* contremuere *Rossbachius.*
206. concessitque *La*^{2} concussusque *Vossius Wakefieldus ad Lucret. I.* 788 concussique micantia sidera mundei *Pleitnerus.*
207. coecam *d* mentem *cd* mentē *B* mente *ACDGHLa*^{1}*La*^{2} *Oba* mentis *LVb.*
208. Conscitus *d* Concitus *P ex correct.* Conscius *b* demisit *bb* pectora *BLa*^{1}*d* cunta *G* concta *BLa*^{1}.
209. Quare *H* primus *H* tenebant *La*^{1}.

Dulcia nec maesto sustollens signa parenti
Sospitem Erec*h*t*h*eum se ostendit uisere portum.
Namque ferunt olim, classi cum moenia diuae
Linquentem gnatum uentis *con*crederet Aegeus,
Talia complexum iuueni mandata dedisse.

A *a* 'Gnate mihi longa iocundior unice uita,
Gnate, ego quem in dubios cogor dimittere casus,
Reddite in extrema nuper mihi fine senectae,

β Quandoquidem fortuna mea ac tua feruida uirtus
Eripit inuito mihi te, cui languida nondum
Lumina sunt gnati cara saturata figura,

γ Non ego te gaudens laetanti pectore mittam,
Nec te ferre sinam fortunae signa secundae,

δ Sed primum multas expromam mente querellas,
Canitiem terra atque infuso puluere foedans,

210. Lucida *Wakefieldus ad Lucret. IV.* 203 moestos *H* substollens *DV* sustolens *BLa*¹*b*.
211. Sospitem se *H omisso* se *ante* ostendit Erectheum *Vossius, cf. Ciris* 22 erectum *La*¹*La*²*d* errectum *B m. pr.* ereptum *ACD GHLOVba* erectum (ᵇ) *A* uisçere *H* uiscera *a*.
212. fuerunt *H* classem *AL* clasi *C* castae *Pontanus teste Statio, Bern. Pis. in marg. ed. Vic.* 1481, *Heinsius Schwabius L. Muellerus Behrensius* moenia *HbbdP* moenico *ABCGLOLa*² moe'nico *La*¹ meonico *D* menico *V* moenia diue *om. a m. pr. et c.*
213. linquentum *a* concrederet *Auantius* cum (qum quom) crederet (caderet *H*) *codd. omnes* egens *GO*.
214. complexo *ADL quod tuetur Rossbachius ex Nonio s. u.* Conplectite. complexu *d*.
215. Gnati *O* longe *Anglus in Diar. Class. X.* 169 *Froeblichius Hertzbergius Schwabius Behrensius* iucundior *dP*.
216. ego *om. V* quem ego *Ha* indibius *D* endubios *H*.
217. extremo *a* extremae *Auancius uulgo*.
218. et *a*.
219. te *om. bd* • quem (al. cui) *G* nihil *pro* mihi *D* nundum *Ab* non dr̄ *d*.
220. saturata cara *B m. pr.* satiata *V* saciata *A* sociata *b ed. Pr.*
221. lectanti *O*.
222. ferie *d*.
223. mutas *Heinsius* querellas *BOa*.
224. Caniciem *GObad* in fuso *G* infulso *O* infesto *b* poluere *A* corpore *La*¹.

Inde infecta uago suspendam lintea malo,
Nostros ut luctus nostraeque incendia mentis
Carbasus obscurata dicet ferrugine Hibera.

B *a* Quod tibi si sancti concesserit incola Ito*n*i,
Quae nostrum genus *ac* sedes defendere *E*re*ch*t*h*i
Annuit, ut tauri respergas sanguine dextram,

γ Tu*m* uero facito ut memori tibi condita corde
Haec uigeant mandata, nec ulla obliteret aetas;

β Vt simul *a*c nostros inuisent lumina collis,
Funestam antennae deponant undique uestem,

225. uado *a* linthea ALa^1Va.
226. et *a* menti *d*.
227. Carabasus *C* obs(os *c*)curata *DGLObc* obscura $ACHLa^1$ La^2Pabd dicet $ABCGHLLa^1La^2OVb$ *abc* di$\overset{c}{g}$et *Riccardianus* 606 duget *D* dicat *dP* obscurata dicet *Vossius*, dicet *pro* indicet *positum ratus, cf. Non.* 287, *Fest. p.* 75 *ed. Muell. Carbasus quasi pro*digium *est uel signum fati* obscurata decet *Lachmannus, quod receperunt plerique* obscura dicat *Ald. uulgo* obscura deceat *uel* doceat *uel* dictet *coni. Statius* obscura signet *Coningto. Cf. Cic. Aratea* 34 (268), *ubi* dignant signant *in codicibus permutantur. Ipse olim conieceram* piet, *tralato luctu in carbasum quae quicquid discriminis instat quodammodo expiare credita sit, Iuuen. VI.* 520. *Nam ut furoris in ciues piaculum est furor in alienos,* (*Tac. Ann. I.* 49) *sic animi luctus luctu externo quodammodo expiatur* ferugine $BHLa^1Vbad$ hibem *a* hybra La^2.
228. Itoni *Al. Guarinus Statius, cf. Callim.* Δημ. Καλ. 74, *Paul. Diacon. p.* 105 *ed. Muell.*, Itonida Minerua a loco sic appellata ithoni *d* icomi *P* troni *b* ythomi $BGLa^1La^2Va$ ithomi *ACLOH* thomi *D*.
229. genus *om. in textu, habet in margine ab eadem manu V* has $ABCDGHLLa^1La^2OVbd$ *Statius* ac *Pabc ed. Pr. uulgo et Lachm.* secles *O* Erechthei *Vossius* Erecthi *F. Buechelerus Mus. Rhen.* 1860 *p.* 437 freti $ABCDGHLLa^1La^2OVbdP$ freta *ac* sueta *ed. Parm.* 1473 *Ald. Guar. Mur. Stat.*
230. resperas *B*.
231. Tu $ABCDGHLLa^1La^2V$ *Ven. P* tum *Obabcd ed. Pr. uulgo et Lachm.* ut *om. H*.
232. oblif͞eret *G* (al. obliteret) obliteret $BCLa^2OPVb$ obliceret *d* oblituret *a* etas *O*.
233. ac *abcdP ed. Pr.* haec(hec) *cett. Silligius Behr.* inuiscent *C* inuisant *dP* inuisit *H* numina *H*.
234. anthennae *a* anthenae *H* antēnene ne *O quod idem uidetur fuisse in G quamquam hodie superest tantum* antenne undique *om.* BLa^1V *et hic quidem spatio relicto.*

Candidaque intorti sustollant uela rudentes,
δ Quam primum cernens ut laeta gaudia mente
Agnoscam, cum te reducem aetas prospera sistet.'

Haec mandata prius constanti mente tenentem
Thesea ceu pulsae uentorum flamine nubes,
Aereum niuei montis liquere cacumen.
At pater, ut summa prospectum ex arce petebat,
Anxia in assiduos absumens lumina fletus,
Cum primum inflati conspexit lintea ueli,
Praecipitem sese scopulorum e uertice iecit,
Amissum credens immiti Thesea fato.
Sic funesta domus ingressus tecta paterna

235. substollant *BGLa*^{1}*V* sustolant *O* suspendant *a* uella *ABHLa*^{1}*Oa*. *Post hunc u. G. Faernus allato Nonio p.* 546 *s. u.* Carchesia. ' Alias summa pars mali, id est foramina, quae summo mali funes recipiunt. ' Lucilius, Tertius hic mali superat carchesia summa. Catullus Veronensis, ' Lucida qua splendet carchesia mali,' *inserendum esse docuit* Lucida qua splendent summi carchesia mali; *idem fecit Muretus, secuntur Passeratius Conr. de Allio Doeringius Orellius Heysius L. Muellerus. Sed hunc uersum quamuis leuiter immutatum Isidorus Orig. XIX.* 2 *et Scholiastes Lucani V.* 418 *Cinnae attribuunt, nec tale quicquam huius loci sententia postulat. Vide ad Fragm. V.*

236, 7 *inuerso ordine habet P.*

236. Quod primum cernes *B* quam *pro* ut *D* mentem *D*.

237. Cognoscam *V* tu te *d* tum te *P* cumque *H* aera *D* sors *Ric.* 1242 *b Al. Guarinus* fors *ed. Trinc. Auancii Dousa f. Passeratius* freta *Froehlichius* sixtent *G* sistent *D* sistat *a*.

238. Nec *d*.

239. seu *HOab et G m. pr.*

240. Aereum *ADHLOVbadP* *Post hunc u. scriptum est in ALLa*^{2} Fletus Egei, *in Ha* Fletus Egei patris Thesei. *In B interstitium est unius uersus et prima litera uocabuli* At *rubro colore scripta est.* '*In V intersti-' tium quidem non est, sed prima uersus* 241 *litera omissa est.*' *Vmpfenbachius.*

241. exarce *O*.

242. Ansia *DV* in *om. H m. pr.* absumens (ab sumens *O*) *CDG La*^{2}*OPd* asūmens *a* assumens *ABLLa*^{1} obsumens *H* consumens *c*.

243. inflanti *La*^{1} inflanti *B* infecti *Sabellicus Bapt. et Alex. Guarini Muretus Passeratius Hauptius Schwabius L. Muellerus Bebrensius* infausti *Heysius* aspexit *H* prospexit *a* linthea *La*^{1}*OVad* f ueli *G* uelli *a*.

244. iacit *a*.

245. imitti *La*^{1} facto *O*.

246. ingressa *b* paternae *bc Ald.* 1. *Muretus Statius Bebrensius.*

Morte ferox Theseus, qualem Minoid*i* luctum
Obtulerat mente inmemori talem ipse recepit.
Quae tamen aspectans cedentem maesta carinam
Multiplices animo uoluebat saucia curas.

At par*te* ex alia florens uolitabat Ia*c*chus
Cum thiaso Satyrorum et Nysigenis Silenis,
Te quaerens, A*r*ia*d*na, tuoque incensus amore.
Qui tum alacres passim lymphata mente furebant
Euhoe bacchantes, euhoe capita inflectentes.
Harum pars tecta quatiebant cuspide thyrsos,
Pars e diuulso iactabant membra iuuenco,
Pars sese tortis serpentibus incingebant,
Pars obscura cauis celebrabant orgia cistis,

247. Monte *b* Marte *Marcilius Doruillius ad Charitonem p.* 263 *Behrensius* minoidi *CL ed. Pr.* minoida *AGHLa^{2}OVab* minoyda *BDLa^1* my(i *bd*)noia *Pbd* quali Minoida luctu *Doruillius Bergkius sed cf.* Tethyi *LXVI.* 70, Iasoni *Stat. Theb. III.* 521, Palladi *Achil. I.* 285 (*Luc. Mueller de Re Metrica p.* 392).

248. Optulerat *d* ī memori. *O* īmemori *GP* imemori *B* in memore *D.*

249. Quē *G* Quē *d* quem *c* tamen ꝑaspectans *G* tamen prospectans *O* tum prospectans *b Ric.* 2242 *Schwab.* expectans *d* credentem *DO.*

251. parte *ACL* pater *cett. et Ric.* 606 iachus *ABCGHLLa^{1}La^2 OVbd* yacus *D* hyachus *a* iacus *P.*

252. Et *pro* cum *b* Tum *O* thyaso *ad* sathirorum *O* satyrū *V* insignienis *H* nisigenis (nisi genis *O*) *ABCDGLa^{2}Vbd* isigenis *P m. pr.* insignis *a* selenis *H. Versum post* 253 *transponebat D. G. D. Koelerus.*

253. Et *ACLOb* querenus *G m. pr.* ariadna *ALbd Phillippensis* adriana *BCDGHLa^{1}La^{2}Oab* *Post hunc u. unum uersum excidisse censent Bergkius Rossbachius Hauptius.*

254. Qui tum *codd. omnes praeter b ubi est* Quantum *et d ubi est* Qui cum Quae tum *Bergkius Rossbachius* Quicum *Behrensius* quam tum *Schwabius* alacras *D* limphata *Va.*

255. Euhoe—Euhoe *BLa^{1}V Phillippensis Lachmannus Hauptius Heysius Rossbachius. Vide Lachm. Lucret. p.* 309 euohe—euohe *Gd* euche—euche *ACDLLa^{2}O* heu hoe—euche *H* hehohe—hehohe *P* bachantes *BCGLa·La^{2}OVa.*

256. Horum *ac Aldin. I. uulgo* Harum *cett. Bergkius Rossbachius Schwab. Behr.* cuspyde *A* tyrsos *BHLa^{1}Vbad* tirsos *DGLa^2* thirsos *O.*

257. diuolso *BCHLa^{1}La^{2}O* diualso *D* raptabant *dP.*

258. *om. D Riccard.* 606 *habet margo D* intingebant *b.*

259. oscura *DP* canis *AO* celabant *Broukhusius Valckenarius* cistis *b.*

Orgia, quae frustra cupiunt audire profani,
Plangebant aliae proceris tympana palmis,
Aut tereti tenuis tinnitus aere ciebant,
Multi*s* raucisonos effl*a*bant cornua bombos
Barbaraque horribili stridebat tibia cantu.
Talibus amplifice uestis decorata figuris
Puluinar complexa suo uelabat amictu.
Quae postquam cupide spectando Thessala pubes
Expleta est, sanctis coepit decedere diuis.
Hic, qualis flatu placidum mare matutino
Horrificans Zephyrus procliuas incitat undas,
Aurora exoriente uagi sub limi*n*a Solis,

260. Orgiaque *O* quam *C* capiumt *d* prophani *ABOb* profana *H* *ex* profanei *fortasse corruptum* *Versum del. Koelerus.*

261. alii *b ed. Pr. uulgo* alię *P* alie (i superscr.) *uel* aliae *cett. Scaliger Naekius Opusc. I. p.* 37 *Bergkius Rossbachius Schwab. L. Muellerus Bebr.* aliei *Lachmannus* timpana *O* tum tympana *a*, *unde* tumpana *scriptum fuisse conicias.*
262. tenais *O* tinkinitus *G* ſinitus *H m. pr.* ere *GO* erae *B.*
263. Multis *Bernard. Pisan. apud Perreium et in marg. ed. Vic.* 1481, *ed. Trinc. Auancii, Statius* Multi *codices* efflabant *H Phillippensis babcP ed. Pr.* efflebant *ABCDGLLa*[1]*La*[2]*Od Vossius* effebant *V* Multae (Multi *annotator*) raucisonis efflabant cornua bombis *Scaliger et annotator ed. Muretinae* (*Auct.* 2 *R.* 6. 30) Multi raucisonos inflabant cornua bombos *uel* Multi raucisono sufflabant cornua bombo *Peiperus.*
264. Bachataque *La*[2] horribili *om. in textu, babet in marg. V.*
266. uellabat *a* uellebat *H* amittu *C.*
267. Que *O* thesala *BLa*[1]*OVa* thessela *P.*
268. Epleta *La*[1] Explecta *a* Excepta *H* cepit sanctis *H*
269. Hec *O* Nec *H* Ac *Vossius.*

270. zefirus *A* zephirus *La*[1]*Vad* cephirus procliuiţ (s superscr.) (*hoc est* procliuis *ex* procliuit) *O*[1] incitet *P.*
271. exuriente *d* exurgente *b* sublimia *ABCGHLLa*[1]*La*[2]*OVcdP* sublima *D* sub limina *ab*, *Burmannus Anth. Lat. II.* 441 *Lachmannus* sub lumina *uulgo*, *cf. Verg. Aen. VI.* 255 primi sub lumina (limina *M*) solis et ortus. *Sed uidetur hic Catullus Theocritum respexisse. XIII.* 11 *οὐθ᾽ ὄκα ἁ λεύκιππος ἀνατρέχει ἐς Διὸς ἀῶς. ib. II.* 147.

---

[1] Olim credideram hoc esse procliuiter, nam quod super i scriptum est ualde simile est compendio quo significatur er ut eůtice, eůticibus 278, 297: nunc ab H. O. Coxio edoctus et re iterum iterumque perpensa eo potius inclino ut supra scriptum illud s existumem sed rariore forma, qualis est in LXXIX. 1. Lěbius.

Quae tarde primum clementi flamine pulsae
Procedunt, leuiter *re*sonant plangore cachinni,
Post uento crescente magis magis increbescunt,
Purpureaque procul nantes ab luce refulgen*t*;
Sic t*um* uestibuli linquentis regia tecta
At se quisque uago passim pede discedebant.

Quorum post abitum princeps e uertice Pelei
Aduenit Chiron portans siluestria dona:
Nam quodcunque ferunt camp*i*, quos Thessala magnis

272. dementi *HdP m. pr.* pulsum *BLa*^{1}*Vb* pulsa *a*.

273. leuiter sonant *ABCDGLLa*^{1}*La*^{2}*Vab Phillippensis* leuiterque sonant *corr. L Obc. Cf. Senec. Agam.* 681, Ceyca suum fluctu leuiter Plangente sonent leuiter resonant *H Vic.* leni resonant *P et Cuiacianus teste Scaligero, Lachm.* lenique sonant *Lennepius Martyni-Laguna Ast. Froebl.* clangore *AC pr. L. Dousa f.* clamore *a* plangore *cett., et excerpta ex ueteribus glossis Pithoeana p.* 71 *Gothofr. allata a Lachmanno* 'Placor tranquillitas[1]. At Catullus plangor.' chachinni *BGV* chachini *O* chadimi *H* cachini *La*^{1}*La*^{2}*a*.

274. *An* gliscente? *cf. Sallust. Hist. III. fr.* 35 *Kritz* increbescunt *ABCDGLLa*^{1}*OV Phillipp.* increbebscunt *H m. pr.* increbrescunt *Phad ed. Pr. uulgo et Lachmannus.*

275. Purpureaeque *Lennepius* nautes *A* nascente *Behrensius* ab *ACGHLOabc* a *cett. Ric.* 2242 *uulgo et Lachmannus* uariantes *ed. Trinc. Auancii* refulgent *Ric.* 2242 *Pabcd ed. Parm.* 1473 refulgens *cett.*

276. tum *P abb ed. Pr.* tamen *BLa*^{1}*OVd* tam (al. tibi) *G* tibi *ACDHLLa*^{2} tum ibi *Rossbachius, quod idem ipse conieceram. Cf. tamen Haupt. Ind. Lect.* 1855, *p.* 12 tum *uulgo et Lachm.* ibi *Bergkius Hauptius* mestibuli *AC* liquentes *d Lachm. II.* linquentes *ABLa*^{1} *aP Lachm. I.* linquentis *CGOLa*^{2} texta *coni. Peiperus.*

277. At se *ACGHLLa*^{1}*La*^{2}*Ob* ~~A~~ se *V* A se *Dac ed. Pr. Auancius Guarinus Statius Scaliger. Auancius affert Macrob. I.* 1. 1 Conuiuia sibi mutua comitate praebentes, nec discedentes a se nisi ad nocturnam quietem. *cf. ib.* 5. 17 Ad se *d P uulgo et Lachmannus.*

278. habitum *ABCGHLLa*^{1}*La*^{2}*Vbb* pelei (peley *O*) *ABCDGHLLa*^{1}*La*^{2}*Ob Lachmannus quem uide ad Lucret. p.* 246 pellii *a* peli *P* poli *d*.

279. chyron *BLa*^{1}*La*^{2} celestia *D*.

280. quodcumque *O* quodcunque (*G*) *uel* quodcumque *ABDLLa*^{1}*La*^{2}*VbbcdP* quidcunque *C* ꝗ cumque *b. e. ut uidetur* quae cumque *a* quotcumque *Ric.* 2242 *Guarinus Lachm.* quoscumque *Aldinae* campi *DPd Riccardiani ambo* campis *cett.* Pherae campis *coni. Behrensius* quot *excerpta Italorum teste Lachmanno Hauptius Rossbachius* thesala *GabLa*^{1} thesalia *O*.

---

[1] Glossarium uetus Bodleianum Auct. T. II. 24 habet Placorem. plagationem (l. placationem).

Montibus ora creat, quos propter fluminis undas
Aura *p*arit flores tepidi fecunda Fauoni,
Hos indistinctis plexos tulit ipse corollis,
Qu*o* permulsa domus iocundo risit odore.
Confestim Penios adest, uiridantia Tempe,
Tempe, quae siluae cingunt super impendentes,
M*agne*ss*on* linquens Doris celebranda choreis,

281. quos *ABCGHLLa*^{1}*La*^{2}*Vbabcd* quod *D* quot *Guarinus Lachm.*

282. Aurea *O* parit *La*^{2}*G ex rasura, ab Pd ed. Pr.* perit *ABCD pr. G pr. L La*^{1}*OV* ferit *H* pauit *b* f^{e}acunda *P.*

283. indistintis *V* in distinctis *BCDG Guarinus Vossius Orellius Silligius Heysius Rossbachius. Sed quod in G legitur* in distinctis *idem est quod in plerisque* indistinctis; *contra si in G* indistinctis *legeretur, idem esset quod in plerisque* in distinctis; *quam rem in Prolegomenis attigi. Eodem modo* in firmis *in u.* 351 *idem est quod in cett.* infirmis interstinctis *Heinsius* corulis *O* curulis$^{\text{al. corollis}}$ *G* curulis al. corollos^{i} *B* curulis *marg.* corollis *C* curulis *ALa*^{1} corollos *V* corollis *P* coloris *ad* colores *b.*

284. Quo *Dd Faernus Lachmannus* Quot *ABCGLLa*^{1}*La*^{2}*VbcbP* Quod *HOa* Queis *Guarinus* Quis *Calp.* 1481 *Ald. I. Orellius Silligius* iocundo *ACDGLa*^{2}*OVbab* Quo permulsa domus iucundum risit odore *Annotator ed. Muretinae* (2 *R.* 6. 30).

285. Confestin *a* penios *HLVLa*^{2} penies$^{\text{al. os}}$ *G* penies^{o} *B*, o *recentius fortasse scripta* penies *ACLa*^{1}*Od* peneios *Da* penitus *b* penes *P m. pr.* adest ut *ABCGHLOLa*^{1}*La*^{2}*Vd* ut *om. D babc ed. Pr.* uiridancia *La*^{1}*Od* undantia *Statius.*

286. Tegunt *b* impedientes *H.*

287. Minosim *ABDGLLa*^{1}*La*^{2}*ObbP* Minosi *H* Minossim *C* Minosum *V Vic. a* Amosim *D* Nessonidum *P Guarinus* Nereidum *Aldinae* Naiadum *Realinus* Aemonidum *Turnebus Adu. XXIV.* 9. Messein *aut* Nessonin *Hermolaus Barbarus castigationibus ad Plin. IV.* 8 Musarum *uel* Mnemosynae *Statius* Minyasin *Scaliger* Xyniasi et *Vossius* Mnemonisin *uel* Aemonisin *Heinsius cui* Minosim *pro* Monisim *transpositum uidebatur, Ungerus* Minoisin *G. Hermannus in Iahn. Ann. XXXIII.* 263 *allato Il. XVIII.* 590 Naiasin *Hauptius* (*Obseruat. Crit. pp.* 69, 70), *ex Culicis* 18 Ite sorores Naiades et celebrate deum ludente chorea *et* 115, 116 Meliasin *Maduigius Aduers. Crit. II. p.* 29, *in quod idem inciderat Peiperus. Ipse conieci* Magnesson (Μαγνησσῶν); *uidetur enim Catullus Il. II.* 756 *respexisse* Μαγνήτων δ' ἦρχε Πρόθοος Τενθρήδονος υἱός, Οἳ περὶ Πηνεῖον καὶ Πήλιον εἰνοσίφυλλον Ναίεσκον. *Steph. Byz.* Μαγνησία· ὁ πολίτης Μάγνης, τὸ θηλυκὸν Μάγνησσα doris *codices* claris *Itali* doctis *Statius* heros *Fea* hilaris *Ungerus* crebris *Lachmannus* floris *Peiperus* 'Dori apud Seruium ad Aen. II. 27, itaque 'Festus p. 206. 3 et Isidorus Originum IX. 2. 80,' *Lachmannus ad Lucret. p.* 280, *qui tamen hanc formam uocabuli respuit Vide Excursum* corheis *a* coreis *B.*

Non *u*acuos: namque ille tulit radicitus altas
Fagos ac recto proceras stipite laurus,
Non sine nutanti platano lentaque soror*e*
Flamma*t*i Ph*ae*t*h*ontis et aerea cupressu.
Haec circum sedes late contexta locauit,
Vestibulum ut molli uelatum fronde uireret.

Post hunc consequitur sollerti corde Prometheus,
Extenuata gerens ueteris uestigia poenae,
Quam quondam silici restrictus membra catena
Persoluit pendens e uerticibus praeruptis.
Inde pater diuum sancta cum coniuge natisque
Aduenit caelo, te solum, Phoebe, relinquens,
Vnigenamque simul cultricem montibus Idri:
P*e*lea nam tecum pariter soror aspernata est,

288. Non acuos *ACLH* Non accuos *O* Non acuos *G* (al. nonacrias) Non acrios *La*^{1}*V* Honacrios *P* Nonacrios *DLa*^{2}*abbcd* Non atios *B* Non uacuus *Baptista Guarinus uulgo et Lachm.* Non uacuos *Bergkius* nanque *ACbd* ante *H* illa *Hb* illi *D* tullit *Ha* actas *Heinsius.*

289. Fages *O* retro *P* lauros *D.*

290. mitanti *La*^{1} mutanti *HOG m. pr. marg. L* lutanti *A* luçtanti *L* lactanti *Vossius* flutanti *uel* laetanti *Heinsius* letaque *dP* fletaque *Scaliger* sororum *ABCDGHLLa*^{1}*OVbdP* sorore *abc ed. Pr.*

291. Flammati *Dbab* Flamati *Od* Flammanti *A* Flamanti *BCGHLLa*^{1}*La*^{2}*VP* phetontis *BCDGHLa*^{1}*La*^{2}*OVba* fetontis *A* phoetontis *Lc* phaetontis *P* aerea *DHacd ed. Pr.*

292. tircum *O* circusedes *B* circunsedes *C* contesta *GO.*

293. Vestibulum. *O* Vestibuli *Dac* uellatum *pr. GLa*^{1}*Oa* uallatum *Behrensius* niteret *Da.*

294. consequitor *H* prosequitur *b* solerti *GOVbabd* conde *d* promotheus *BLa*^{1}*Va.*

295. pena *O.*

296. Quam *BDGOabcdP* Qua *cett.* quodam *La*^{1} condam *d* silici *om. d* triplici *Behrensius* scythicis *Heinsius* in Scythia *Schwabius* resittus *O* menbra *C* cathena *ACDLOb* chatena *G* catina *H* catenae *d.*

298. diuum *BabcdP Ric.* 606 diu *A* diui *CGHLOb et sic ut uidetur La*^{1} natisque *BDabcd* gnatisque al. gratis *G* gnatisque *ACLLa*^{1}*La*^{2}*OVb.*

299. Aduenit, caelo *Muretus Heys.* solum tę *a.*

300. Vnigenaque *A* ultricem *A pr. L.* idri *ACHLVP* ydri *BDGOLa*^{1}*La*^{2} hydri *Vic. bb ed. Pr. Scaliger* tidri *d* yde *a* Idae *marg. Vic.* *Fortasse* Iri *quae fuit urbs Maliensium cf. Lycoph.* 903.

301. Pelea *GLH* Palea *ABCLa*^{1}*La*^{2}*OVbd* Pallada *Dabc*

Nec Thetidis taedas uoluit celebrare iugalis.
Qui postquam niueis flexerunt sedibus artus,
Large multiplici constructae sunt dape mensae,
Cum interea infirmo quatientes corpora motu
Veridicos Parcae coeperunt edere cantus.

His corpus tremulum complectens undique *uestis*
Candida purpurea t*al*os in*c*inxerat ora,
At roseo niueae residebant uertice uittae,
Aeternumque manus carpebant rite laborem.
Laeua colum molli lana retinebat amictum,
Dextera tum leuiter deducens fila supinis
Formabat digitis, tum prono in pollice torquens

302. tethidis *V* thedas *O* iugales *Dbc*.

303. posquam *D Bergkius Rossbachius* fluxerunt *ACL* fl^{e}uxerunt *B* arctis *a* arctus *bd* arc̣tus *P*.

304. Largae *Muretus Sillig*. sunt multiplici constructae *b* mensa *b*.

305. metu *H*.

306. Veridices La^2 teperunt *O*.

307. His (al. hic) *G* Hic La^2 *m. pr.* uestis *Ric.* 2242 *Parthenii ed.* 1485 q̄stus *BOHVbcP* questus *cett.* cestus *Orellius* *Post hunc uersum nonnulla excidisse Statius Gurlittus Orellius Silligius opinati sunt* (*Schwab.*)

308, 9 *inuerso ordine habet P*.

308. tuos $ABCGHLLa^1La^2OVb$ rubicunda *D et Riccardianus* 606 tu^{t}os *d* tyrios *P* tirios *a*, *sed a recentiori manu. Vocabulum om. sine spatio ed. Pr.* talos *Ric.* 2242 *ed. Iunt.* 1503 *An* totas? incinxerat *DG* intinxerat $ABCHLLa^1La^2Obad$ extinxerat (al' i *corr.*) *V* extinxerat *ed. Pr.* extinserat al. intexerat *P* Tyros intertinxerat (interstinxerat?) ora *coni. Statius* Tyrios excinxerat ora *Scaliger* Tyriorum cinxerat aura *Balthazar Venator* quam Tyro incinxerat ora *Vossius* *Post hunc uersum nonnulla excidisse censet Silligius*.

309. rosea^{o}e *Ric.* 606 uinee *O* niueo *d* At roseae niueo *Guarinus Heys.* Ambrosio *Vulpius Bergkius Naekius* Annoso *E. Schulzius*. *Sed opponuntur inter se epitheta, ut in u.* 308. *Credo ea Catullum inuertisse more Alexandrinorum. Poterant uittae ita cum capillis misceri, ut roseum colorem his darent, ipsae acciperent niueum.* At roseo *tuetur similis locus Ciris u.* 122 At roseus medio fulgebat uertice crinis residebat *L* residebam *d* uicte *DGP* uictae *bd*.

310. carpebat *d*.

311. collum *AHO* leui *P sed habet in marg.* molli amistum *A pr. L* amictam *Guarinus*.

312. Dextra *A Phillippensis* tamen *Phillippensis* cum (qum *b*) *Hb* filia *O* sub ipsis *b*.

313. Firmabat *V* digittis. *O* tu prona *a* impolice *H* pollce *GO*

Libratum tereti uersabat turbine fusum,
Atque ita decerpens aequabat semper opus dens,
Laneaque aridulis haerebant morsa labellis,
Quae prius in leui fuerant extantia filo:
Ante pedes autem candentis mollia lanae
Vellera uirgati custod*i*bant calathis*c*i.
Haec tum clarisona pellentes uellera uoce
Talia diuino fuderunt carmine fata,
Carmine, perfidiae quod post nulla arguet aetas.

314. teretri *a* librabat uertice *D*.
315. discerpens *c Ric.* 2242 equebat *La*^{1} epus *O*.
316. Lanaque *b* arridulis *a* e(ae *b*)quabat *Vb* lapillis *H*.
317. leni *b*.
318. pedis *H* molia *O*.
319. Velle. a. *O* Velera *GH* uirgata *P m. pr. an* uirgatei? iurgati *a* iun(c)gati *Phillippensis* custodibant *OabdP Ric.* 2242 *ed. Parm.* 1473 custodiebant *cett.* calathisci *ed. Parthenii* 1486 calathisti *BCDGLLa*^{1}*La*^{2}*OV* calatisti *AHaP* calacisti *d*.

320. *Post u.* 316 *transposuit a* Haec *uel* hec *ABCDGLLa*^{1}*La*^{2}*OVbcdP* Nec *Ha* Hae *b Parthenii ed.* 1493 Haec *pro* hae *Catullus uidetur dixisse.* Haec commoditates *dixit Plautus Aul. III.* 5. 58, haec aedes *Mostell. I.* 3. 9, haec *uel* hae nuptiae *Terentius And. IV.* 1. 32, haec puellae *Eunuch. III.* 5. 34, haec itiones *Phorm. V.* 9. 23, *si Donato credimus*, haec irae *Hec. III.* 1. 9. Haec *pro feminino habet Lachmannus ad Lucret. III.* 601 *idemque* haec *scribit VI.* 456; haec caprae *Vergilius Geor. III.* 305, Haec tibi erunt artes *Aen. VI.* 852 *si credimus Palatino, quamquam* hae *praebent ceteri Ribbeckii codices et Palatini corrector.* Haec tamen et partus subeunt discrimina *Iuuen. VI.* 592, *fortasse etiam* 259: haec res *codices Vitruuii Praef. III.* 3, *ubi uide Valentinum Rose. Cf. Fleckeisenum in Mus. Rhen. VII.* 271. Haec *Catullo restituunt Vsenerus in Fleckeiseni Ann.* 1865, *p.* 226, *L. Muellerus de Re Metrica p.* 386, *Schwabius Bebr.* cum *V* tamen *a* darisona *B ut uidetur* pellantes *a* pe(ll)ndentes *Canonicianus* 33 *liber sincerus* pectentes *Statius Hauptius in Ind. Lect.* 1855, *p.* 13 *L. Mueller.* polientes *Heinsius* plectentes *Hertzbergius* uellentes *Fruterius in Epist. ad G. Canterum Bergkius, consonantia hoc confirmatum ratus collatis uu.* 2, 24, 28, 49, 53, 59, 69, 79, 85, 92, 98, 101, 118, 129, 133, 135, *&c.* aera *Faernus.*

321. carmina *AC pr. L La*^{1} facta *b*.

322. Carmina *AC pr. L La*^{1} perflabat *b cum Cuiaciano et P qui tamen in marg. habet* perfidie potest *C* arguit *malebat Lachmannus. Post hunc uersum unius uersus spatium est in ABHLLa*^{1}*La*^{2}*Vab*^{1} *quod uacuum relictum est in V; ceteri interscriptum habent* Epitalamion (Epitalamiom *B* Epithalamium *Hba* Epi(y *La*^{2})thalamum *ALLa*^{2}) thetidis (tethidis

---

[1] Post u. 322 scriba *h* uu. 323, 324 O decus—opis exarauerat, cum intellecto errore substitit, inductisque rubrica his uersibus addidit Epithalamium thetidis et pelei: dein suo ordine 323 et quae secuntur.

α′ O decus eximium magnis uirtutibus augens,
Emathiae tutamen opis, *cl*arissime nato,
Accipe, quod laeta tibi pandunt luce sorores,
Veridicum orac*l*um: sed uos, quae fata secuntur,
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

327. Macrobius Saturn. VI. 1. 41. Talia saecla suis dixerunt currite fusis. Catullus: Currite ducenti subtegmine, currite, fusi.

Ba) et pelei (pellei *a*). *In GO nullum spatium est, sed rubris litteris ascriptum est in marg. G* Epythalamium thetidis et Pelei.

323–381. *Hoc carmen Vossius inter Parcas ita distribuit ut singulae deinceps strophas quinorum uersuum recitent, hoc modo*

Atropos 322–326	*At.* 338–342	*At.* 353–4, *u. amiss.*, 355–6	*At.* 366–371 (*om.* 370)
Clotho 327–333 (*om.* 332)	*Cl.* 343–347	*Cl.* 357–361	*Cl.* 370 + 372–5
Lachesis 332 + 334–337	*La.* 348–352	*La.* 362–4, *u. amiss.*, 365	*La.* 376–381 (*om.* 378)

Rossbachius, cui et ipsi singulae strophae constent ex quaternis uersibus cui subiungatur intercalaris, excidisse unum uersum inter 355, 356 *pariterque inter* 371, 372 *arbitratus est; uu.* 332–4 *autem sic transponendos* 331 Languidulosque 333 Currite 332 Leuia; *uu.* 365–7 *sic,* 366 Nam simulac 365 Currite 367 Vrbis Dardaniae. *Peiperus stropha septima* Namque uelut *post quintam* Non illi quisquam *transposita hunc ordinem statuit, non numeratis uersibus intercalaribus*

προλογος	A	B	B¹	A¹	ἐπίλογος
4	5 3	443	443	53	4

Ego numeros inter se iudico respondere κατὰ χιασμόν, exceptis quinque interpositis strophis 338–361 *quae singulae quinorum uersuum sunt. Itaque hunc ordinem statuo*

5 6 4 55555 4 6 4 33 (10)

ut numeri 5 6 4 *respondentes sibi habeant* 4 6 10 (5 × 2), *qui uero primus stat numerus* 5 *duplicetur in fine, neque immerito cum ille ad unum Pelea, hic ad Pelea et Thetin coniuncte referatur. Vide Appendicem.*

323. O *om. V, ut post lacunam* anguens *d.*

324. tu tamen *ACLa²b* tutum *marg.* tu tam̃ *G* tutum *marg.* tut͡ me *B* tutum *La¹O* opis *om. BLa¹V* opus *GO* opis *cett. marg. G* Aemathiae columen Peleu *dP Ric.* 2242 *ex interpolatione Italorum* (*cf. u.* 26), *et sic Aldinae Guarinus Muretus Statius Scaliger* clarissime *DadP Riccardiani ambo* carissime *cett.* carissime fato *coni. Schwabius. Cf. Ciris* 200.

325. lenta *D* pandent *H* uoce *marg. L Lennepius.*

326. Viridicum *H* oraculum *DLa²adcP* oraculum *ABCGHLLa¹Ob* seruos *H* sedes *C* serues *Vossius* uosque *O* quo *P* facta *O* sequuntur *GALbad* secuntur *BLa¹O.*

327. ducenti *uel* ducendo *Macrobii codd. Sat. VI.* 1. 41 sub tegmina *B m. pr.* subtegmine *pr. OH* subtegmine *uel* subtemine *Macrobii codices.*

β′ Adueniet tibi iam portans optata maritis
Hesperus, adueniet fausto cum sidere coniunx,
Quae tibi flexanimo mentis perfundat amorem,
Languidulosque paret tecum coniungere somnos,
Leuia substernens robusto brachia collo.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

γ′ Nulla domus *t*ales *u*nquam contexit amores,
Nullus amor tali coniunxit foedere amantes,
Qualis adest Thetidi, qualis concordia Peleo.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

δ′ Nascetur uobis expers terroris Achilles,
Hostibus haud tergo, sed forti pectore notus,
Qui persaepe uago uictor certamine cursus
Flammea praeuertet celeris uestigia ceruae.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

δ″ Non illi quisquam bello se conferet heros,

328. Aduenit *H* aptata *O* mariti *ACL* maritum *d*.
329. considere *O* sydere *ALa*^{1}.
330. *om. O* flexo animo mentis perfundat amorem *ABCDGHLLa*^{1} *La*^{2}*VbadP ed. Pr. Aldinae Guarinus Statius Rossbachius* flexo animo mentem perfundat amore *b Muretus uulgo et Lachmannus* flexanimum mentis p. amorem *Al. Guarinus in commentario Conradinus de Allio* te flexanimo mentis p. amore *Hauptius ex coni. Lachmanni Heysius Fritzius*.
331. parat *b* somnos *DHVbabd* sõnos *B* sonos *ACGLLa*^{1}*O*.
332. Venia *O* subternens *BLa*^{1} susternens *cLa*^{2} subnectens *Can.* 33 bracchia *D*.
334–337 *om. Ric.* 606 *BDLa*^{1}*VabcdP et Cuiacianus teste Scaligero, ed. Pr. ed. Paris. Saec. XV., Scaliger cui spurii uidebantur. Lachmannus in paginarum ordine non numerat; Hauptius in margine ascriptos fuisse censet, esse tamen Catulli. Leguntur in ed. Parm.* 1473.
334. tales unquam *Ald. I. Guarinus* unquam tales *ACGHLLa*^{2}*Ob ed. Parm. Silligius* contexet *corrector D* contempsit *H* conexit *coni. Lachmannus*.
335. conuinxit *H*.
336. tetidi *O*.
337. subtegmine *H*.
338. nobis *D*.
339. *del. Gualterus Landor* aut *BDLa*^{1}*d* natus *BLa*^{1}*V Phillippensis*.
341. Flamea *AHCad Phillippensis La*^{1}*La*^{2} pr(a)euertit *ACGLLa*^{1}*La*^{2} praeuertet *P* preuertat *d* peruertit *HB Phillippensis* peruertet *Oab* caeleris *a* cernae *A*.
342. sub tegmina *B m. pr.* sub tegmine *H* currite *ante* fusi *om. b*.
343. conferat *D*.

Cum Phrygii Teucro manabunt sanguine *campi*.
Troicaque obsidens longinquo moenia bello,
Periuri Pelopis uastabit tertius heres.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

δ''' Illius egregias uirtutes claraque facta
Saepe fatebuntur gnatorum in funere matres,
Cum incuru*o* canos soluent a uertice crines,
Putridaque infirmis uariabunt pectora palmis.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

δ'''' Namque uelut densas praecer*p*ens cultor aristas

344. phrigii *ABGLa¹ab* frigii *OV* teucto *O ut uidetur* tergo *b* tenero *H* manebunt *O* *Post* sanguine *nihil habent Da* tenen *ACG* ṭẹṇẹṇ *L* tenen (al. teuen) *Ven.* teuen *O* teneri *La¹* teucri *BHLa²PVc Vossius* trunci *b Vic. ed. Parm.* 1473 ueri *d* campi *corr. D marg. L Statius Silligius Hauptius Heysius Rossbachius L. Muellerus Behrensius quod confirmatur XLVI.* 4 *et simili loco Statii Achill. I.* 84–88 'Quem tu 'illic natum Sigeo in puluere, quanta Adspicies uictrix Phrygiarum funera 'matrum. Cum tuus Aeacides tepido modo sanguine Teucros Vndabit 'campos, modo crassa exire uetabit Flumina et Hectoreos tardabit funere 'currus,' *quem locum post me attulit Lucianus Muellerus ed. suae. p.* 133. *Adde eiusdem Statii S. V.* 3. 39 'Phrygio dum pingues sanguine campos Odit,' *et Cul.* 306 'Teucria cum magno manaret sanguine tellus.' riui *ed. Calpurn.* 1481 *Aldinae Guarinus Muretus Scaliger Vulpius Doeringius Orellius* Cum Phrygii tenero m. s. campi *uel* Cum Phrygiae Teucro m. s. terrae *uel* Cum Ph. Teucro m. s. muri *Statius* cliuei *Hauptius* Phrygiaē T. m. s. Thebae *uel* Phrygiei T. maculabunt sanguine Theben *Froehlichius* fines *Fritzius*.

345. Trociaque *C m. pr.* Troyca *Vd.*

346. Peruiri *H* certius *a* heros *d* herọs (e) *P.*

347. sub tegmina *B* subtegmine *H.*

349. natorum *Dad.*

350. Cum in cinerem *Dbabcd ed. Pr.* Quom cinerem *P* Cum in ciuium *BCGLa¹La²V* Cum ciuium *AL* Cum in curium *Ambros.H.* 46, *nisi fallor* Cum in curuụm *H* Cum inciuos *O m. pr. quod eadem manus in* inciuọṣ (e)[1] *immutauit* soleunt *O* soluunt *H* crimen *O* cinere incanos *Scaliger Passeratius* Cum incuruo canos *ipse conieci. Cf. Ouid. M. XIII.* 427 *Scriptum fuerat* incuruom Cum incultum cano soluent a uert. crinem *Behrensius*.


351. narrabunt *pr. L* ʾpugnis *b.*

352. subtegmine *HLa²*.

353. Nanque *ACbdP* uelud *V* dempsas *O* demsas *V.*

353. pr(a)ecernens *ABCGLLa¹La²VbabdPVen* p̄ternens *an* p̄cernens

[1] Hoc quid fuerit, haereo: Behrensio uisum est inciuvm ex inciuos, quod idem placuit H. O. Coxio: mihi potius uidentur duo compendia super o scripta fuisse; alterum pro m, prius pro er, cf. LXVIII. 21 frʳ pro frater, CX. 7 m̄etricis pro meretricis.


Qual' adest tetidi. qual' concordia peleo
D enique testis erit morti q̃ reddita p̃da
C ū teres excelso coacuatur aggere bustus
E xcipiet niueos persse uirginis artus
C urrite ducẽtes sbtegmina currite fusi
N ā simul hanc fessis dederit fors copiā achiuis

Codicis Canoniciani 30 in Bibliotheca Bodleiana pagina una LXIV. 336-366 continens.

Sole sub ardenti flauentia demetit arua,

. . . .

Troiugenum infesto prosternens corpora ferro.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

δ'''' Testis erit magnis uirtutibus unda Scamandri,
Quae passim rapido diffunditur Hellesponto,
Cuius iter caesis angustans corporum aceruis
Alta tepefaciet permixta flumina caede.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

γ'' Denique testis erit morti quoque reddita praeda,
Cum teres excelso coaceruatum aggere bustum
Excipiet niueos perculsae uirginis artus.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

β'' Nam simul *ac* fessis dederit fors copiam Achiuis

scriptum sit in O uix dignoscere potui procernens *D* pretues (c above u) *H* prosternens *ed. Parm.* 1473 *uulgo* praesternens *Phillippensis Scaliger* procellens *Vossius* praecerpens *coni. Statius, recepit Lachmannus* messor *Ob Ric.* 2242 *marg. L.* *Post hunc u. unum uersum excidisse censent Vossius Froehlichius Pleitnerus Frankius, quos secutus sum.*

355. Toruigenum (toriugenum ?) *B* Tronigenum *O* prosternẽs *G m. pr. nunc erasa* s *habet* prosternẽt prosternens *ABCDH pr. LLa*[1]*La*[2]*Vac Rossbachius* prosternet *ObbdP ed. Parm.* 1473 corpera (cŏpa) *a Lachm. fortasse recte. Eodem modo et* pignora *et* pignera *dicebant Romani* feno *La*[2] ferrum *O.*

356. sub tegmina *B.*

357. squamandri *BLa*[1]*Vb* scamadri *a* scamabri *pr. L.*

358. difunditur *a* elesponto *GO* helesponto *a.*

359. Quoius *P* cessis *O* angustas *La*[1].

360. patefaciet *H* tepefaciat *a* permutata *b* lumina al. flumina *G* lumiṇa *La*[1] cede *O.*

361. subtegmine *HLa*[2] sub tegmina *B.* *Post hunc u. unum uersum excidisse censebat Froehlichius.*

362, 3 *om. D in textu, habet in marg. ascriptos a m. sec.*

362. marti *Dresdensis* dedita *Muretus.*

363. terres *La*[1] terṛes *B* ceres *a* terrae *Parthenius Guarinus Astius Bergkius Rossbachius* aduerso *marg.* excelso *b.* ex celso *Martini-Laguna Astius Bergkius Rossbachius* quo aceruatum *d* agere *V.*

364. perclusae *H* percussae *Parthenius uulgo et Lachmannus.*

365. subtegmine *HLa*[2] sub tegmina *B* ducite *H.*

366. simulac *ad Calpurn. ed.* 1481 simulạḥac *D* simul hanc *ACGHLLa*[1]*La*[2]*Obbc* simul hãc *BV* fons *O* sors *d* copia *Hc* omnia *D* acchiuis *V.*

Vrbis Dardaniae Neptunia soluere uincla,
Alta Polyxenia madefient caede sepulcra,
Quae, uelut ancipiti succumbens uictima ferro,
Proiciet truncum summisso poplite corpus.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

a'' Quare agite optatos animi coniungite amores.
Accipiat coniunx felici foedere diuam,
Dedatur cupido iam dudum nupta marito.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

a''' Non illam nutrix orienti luce reuisens
Hesterno collum poterit circumdare filo,
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

a'''' Anxia nec mater discordis maesta puellae
Secubitu caros mittet sperare nepotes.

367. neptūnia *Vc.*

368. polixenia *ACOHc* polisenia *DGLa¹La²Vb* polisema *B* polysenia *Pd* polyxenia *b Vic.* polixena *L* polixene *a* madescent *ABCGHLLa¹La²OVbdP* mitescent *Dac Lachmannus Haupt. Froebl.* mutescent *Rossbachius* mansuescent *Fritzius* madidescent *uel* madidascent *Statius* madefient *Vic. marg. D, ed. Parm.* 1473 *Aldinae uulgo. Error ex confusis* ſc̄ fi *ortus uidetur.*

369. subcumbens *AV* subccubens *G* sucūbens *B* succubens *H* percumbens *a* procurrens *D unde* procumbens *suspicor scriptum fuisse in eo libro unde deriuati sunt Da* uittima *C.*

370. Proiecit *A pr. L.* Proiciet *BOV* troncum *a* trunchum *A* sumisso *O* submisso *HVbdP* poplice *H* police *d. Post hunc uersum Rossbachii iudicio lacuna est unius uersus.*

371. sub tegmine *HLa²* sub tegmina *B.*

372. optatas *H* agitate *C* agitte *O* an̄ *O* submittite *Can.* 33.

373. Accipit *A* coniux *C* sidere *annotator ed. Muret.* 2 *R.* 6. 30 oluā *A. Fuitne* deiuam?

374. iandudum *C* ducta *a.*

375. subtegmine *HLa¹La²* sub tegmina *B.*

376–378 *om. b.*

376. Nox *H* nutriet horrenti *a Fuitne* nutricx? reuiset *D.*

377. Esterno *O* Hesterno *DHabcd* Externo *ABGLLa¹V* colum *A* poterunt *a* poterat *d* circundare *HAd.*

378. *om. b, Voss. Ast. Behr. Bergkius et Pleitnerus spurium habent, uncis incluserunt Rossbachius et L. Muellerus. Inter u.* 378 *et* 379 *Phillippensis habet* Va Non illam nutrix orienti luce reuisens cat *b. e.* Vacat subtegmine *HLa¹La²* sub tegmina *B.*

379–382 *om. O Dresdensis H ascriptos habet in margine.*

379. Ansia *DV.*

380. Se cubitu *BHa* Succubitu *marg. L* cares mittes *D Post hunc u. spatium est in c quatuor uersuum. Tum u.* 381.

Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

Talia praefantes quondam felicia Pelei
  Carmina diuino cecinerunt pectore Parcae.
  Praesentes namque ante domos inuisere castas
  *Her*o*u*m, et sese mortali ostendere coetu,
  Caelicolae nondum spreta pietate solebant.

Saepe pater diuum templo in fulgente reuisens,
  Annua cum festis uenissent sacra diebus,
  Conspexit terra centum procumbere *ta*ur*o*s.
  Saepe uagus Liber Parnasi uertice summo
  Thyadas effusis euantis crinibus egit,

381. subtegmine *La*^{2} sub tegmina *B* ducite *pro* currite *La*^{1}*La*^{2}.

382. praestantes *a* peley *O.*

383. cecinerunt *DbabcdP ed. Pr.* cecinere *ACGHLLa*^{1}*La*^{2} cecinerē *B* cernere *O* omine *c P et Cuiacianus teste Scaligero* diuiso pectine *Vossius* cecinere e pectore *Bebrensius* patre *C.*

384. Nanque *H* domú *B* *Fortasse* domus en uisçere *H* castos *a.*

385. Heroum et *Ioannes Baptista Sigicellus Bononiensis* (1492—1560) *teste Statio, cf. u.* 23. Nereus *ABCGHLa*^{1}*La*^{2}*OVbdP. Restant tamen in O uestigia linearum quae* ꝶ (H) *non* ꝶ *efficiunt.* Nreus *D* Nereus et *corr. D. Vocabulum om. c et a m. pr.* Verius et *Balthazar Venator* ceteri *D* cetu *O.*

386. nundum *ALa*^{1}*ab. Post u.* 386 *sequitur in codd. LXVII.* 21 Languidior tenera cui pendens (pedens *CGO* petens *La*^{2} compendens *Da*) sicula (siccula *Dd* sycula *a* succula *P* sucula *bc*) beta (beata *Ac* laeta *a*).

387. reuises *H* residens *coni. Bebrensius.*

388. qum *b ed. Parm.* 1473 cum *Vic.* dum *cett. etiam Ric.* 2242 fessis *a* uenissent *DbbdP* uenisset *ABCGHLLa*^{1}*La*^{2}*a* ueniss₃ *OV* facta *H* diibus *O m. pr. nunc altera i erasa est* duobus *Can.* 33.

389. Prospexit *Da* terram *O* tetra *La*^{2} Cretum *Statius* Creta centum *Wakefieldus ad Lucret. II.* 259 procumbere *ACDGLLa*^{2}*Oabc* procurrere *HLa*^{1}*V Vic. bdP* percurrere *B Phillippensis* curuis *H* currus *cett.* tauros *Itali* procumbere currus *Lachm. I.* procumbere tauros *Froehlichius Haupt. et post Hauptium omnes* procurrere currus *Ald. I. uulgo* prorumpere currus *Wakefieldus ad Lucret. II.* 259. *Fortasse* procedere.

390. pernasi *La*^{1}*a* sumo *O.*

391–394 *om. H, sed ascriptos habet in ima pagina.*

391. Thyadas *BGLa*^{1}*VaP ed. Pr. Scaliger* Thyades *a* Thiadas *ACHLLa*^{2}*Obcd* Thaydas *D* Thyiadas *Silligius Lachm. Bentleius ad Hor. C. II.* 19. 9 *secundum Velium Longum p.* 2220 *P.* 'Quotiens duabus 'uocalibus interiecta i litera est duarum consonantium obtinet uicem;

Cum Delphi tota certatim ex urbe *r*uentes
Acciperent laeti diuum fumantibus aris.
Saepe in letifero belli certamine Mauors
Aut rapidi Tritonis hera aut Ramnusia uirgo
Armatas hominum est praesens hortata cateruas.

Sed postquam tellus scelere est imbuta nefando,
Iustitiamque omnes cupida de mente fugarunt,
Perfudere manus fraterno sanguine fratres,
Destitit extinctos nat*u*s lugere parentes,
Optauit genitor primaeui funera nati,
Liber ut innuptae pot*e*retur flore nouercae,
Ignaro mater substernens se impia nato
Impia non uerita est diuos scelerare parentes,

'sic non erit acephalus uersus: Thyias ubi audito trepidant trieterica 'Baccho et Troiaque nunc stares et Aio te Aeacida Romanos uincere 'posse.' Thyadas *tamen scripsi, cum* Θυὰς *exbibeant Aeschyli codices Theb.* 498, 836 (*quamquam hic quidem* Θυιὰς *uidetur fuisse in Mediceo*), Θυάδες *inueniatur apud Suidam Zonaram et in Etymologico magno. Eustathius ad Il. I.* 342 (*p.* 114. 9) ἐκ τοῦ θύειν καὶ Θυάδες αἱ Βάκχαι, αἱ δ' αὐταὶ καὶ Θύσαι παρὰ Λυκόφρονι. Thyas *codex Mediceus Vergili Aen. IV.* 302 *et Macrobius V.* 17. 16. euantis (o *supra*) *G* euantibus *BV* ouantis La^2 bacchantis *D* errantibus *H* errantis *d* esit *O* hesit *marg.* egit *b.*

392, 3 *del. Koelerus.*

392. certatim *ABDHLVabcd* certatum *CGLa²Ob* ruentes *HacdP ed. Parm.* 1473 tuentes *ABCDGLa¹La²OVbb ed. Pr.* tuentis (e *supra*) *L.*

393. Acciperet *ACGHLLa¹La²OVb* Accipēt *B* lacti *Ob Phillippensis G m. pr.* latis *H* lacti diuum spumantibus aris *Vossius. Sed cf. Cic. fragm. Iliad. V.* 8 (*De Diuin. II.* 30. 36) 'Nos circum latices gelidos fumantibus aris Aurigeris diuum placantes numina tauris.' aeris *V.*

394. inletifero *O* lactifero *AC* laetefero *D* bello *a* mauros *Gd.*

395. trotonis (i *supra*) *P* aera *c* ramunsia *O* ranusia *BCHLa¹La²Vdc* rānusia *DGabaP* iannusia *A* Rhamnusia *Parthenius uulgo* Amarunsia *b. e.* Diana *Behrensius et Peiperus pro se quisque.*

396. est hominum *a* ortata *BOd.*

397. Sed postquam scelus tellus scelere *O* nephando *ACLa¹Ob.*

398. mōte *d.*

400, 1 *transponendos censet Rossbachius.*

400. Dextitit *BLa¹V* Dextibit *D* natos *BGLa¹La²bd.*

401. prime ịn (i *supra*) *B* priueui *d* primeuo *b* funera (e *supra*) *b.*

402. aut *d* et *V* in nupte *AO* potiretur *codd. etiam Ric.* 2242 poteretur *ed. Trinc. Auancii.*

404. scelerate *AC* celebrare *a* ~~penates~~ parentes *Can.* 33 penates *Guarinus Mur. Stat. Ast. Sillig. Froebl. Kochius in Symb. Philologorum Bonnensium* 318 *Schwabius* parentis *coni. Lachmannus.*

Omnia fanda nefanda malo permixta furore
Iustificam nobis mentem auertere deorum.
Quare nec talis dignantur uisere coetus,
Nec se contingi patiuntur lumine claro.

LXV.

ETSI me assiduo confectum cura dolore
  S*e*u*o*cat a doctis, Ortale, uirginibus,
Nec potis est dulci*s* Musarum expromere fetus
  Mens animi, tantis fluctuat ipsa malis:
Namque mei nuper Lethae*o in* gurgite fratris
  Pallidulum manans alluit unda pedem,
Troia Rhoeteo quem subter litore tellus
  Ereptum nostris obterit ex oculis.

405. nephanda *VLa*^{1} permista *P.*
406. mente *O* aduertere *O.*
407. tali *B* tales *a* dignatur *La*^{1}*Vab* cetus *O.*
408. limine dato *V.*

LXV.

Ad Ortalem *ABGLLa*^{2} Ad Hortalem *Hb* Ad Orientalem *a. In OV spatium est unius uersus. B quid habuerit uix potui discernere.* Ad hortandum (Hortalum *d*) amicum quod fraterne mortis dolore pressus musis ac uersibus operam dare non possit *Pd.*

1. At si *a* assidue *b* defectum *La*^{2}*O* defecit *b.*
2. Seuocat *DdP ed. Pr.* Se uocat *a* Sed uacat *ABCGHLLa*^{1}*La*^{2}*OVb* Seiugat *Marcilius* hortale *Pbd.*
3. dulcis Musarum *DdP* dulces Musarum *a ed. Pr.* dulcissimus harum (hauum *O*) *ACGLLa*^{1}*La*^{2}*OVb* exprimere *H* fletus *ab Vossius* fretus *O.*
4. icta *Heinsius.*
5. Nanque *CbP* letheo *P* lethei *ABCDGHLLa*^{1}*La*^{2}*Vadh* loethi *O* *Fortasse* lethaeo in *et sic Parthenii ed.** 1486 factis *O.*
6. Pallidullum *O* malãs *a* alluit *CGLa*^{2}*O ed. Pr.* aluit *BHLa*^{1}*a* aliud *Phillippensis* abuit *d* abluit *ADLP.*
7. Troia *O* Lydia (al. Troya) *G* Cidia *marg.* Troia *b* Tercia *Hd* rhetheo *G* rheteo *b* retheo *BLa*^{1}*La*^{2}*OaP* rotheo *V* leteo *H* que *AC* quę *H* quam *b* sub *P* supter *La*^{2} *m. pr.* super *d* littore *COab.*
8. Erreptum *AB* Ereptus *b* nobis *Hc* opterit *Pcd* *Post u.* 8 *Lachmannus ex c. LXVIII. uu.* 21–24, 93, 92 *et hunc quidem immutatum intulit* Tu mea, tu moriens fregisti commoda frater, Tecum una tota est nostra sepulta domus. Omnia tecum una perierunt gaudia nostra, Quae tuus in uita dulcis alebat amor. Hei misero fratri iucundum lumen ademptum,

Alloquar, audiero nunquam tua loquentem,
Nunquam ego te, uita frater amabilior, .
Aspiciam posthac? *at* certe semper amabo,
Semper maesta tua carmina morte tegam,
Qualia sub densis ramoram concinit umbris
Da*uli*as, a*b*sumptei fata gemens Itylei.

Sed tamen in tantis maeroribus, Ortale, mitto
Haec expressa tibi carmina Battiadae,

Numquam ego te misero frater adempte mihi *probante Froeblicbio qui tamen legit* Ergo ego te nunquam frater adempte mihi *tuente Hauptio Quaest. Catull. p.* 44 *refragantibus Rossbacbio Gruppio (Minos p.* 9, 10) *Fr. Haasio Scbwabio (Quaest. Catull. p.* 272) *Frankio. Post eundem uersum* 8 *lacunam statuit L. Muellerus.*

9. *om. sine interstitio BCGHLa*^{1}*La*^{2}*O Ven. b, relicto spatio PL, cum u.* 10 *V nullo spatio relicto: babent AD Ric.* 606 *acd ed. Pr.; suppositicium putarunt Statius Scaliger Rossbacbius Bebrensius. Cf. LXVIII.* 47. *Vu.* 10–14 *Rossbacbius aliunde putauit illatos, eosdem cum u.* 9 *Gruppius (Minos p.* 10) *pro spuriis babet, Fr. Haasius, probantibus Bernbardio Boebmio Lebrsio Scbwabio Ribbeckio Frankio partem esse c. CI existumauit, cuius post u.* 6 *exciderint. Eosdem post CI.* 4 *collocandos censet A. Weisius. Eduardus a Bruner LXVIII.* 93 *cum iisdem quinque uersibus (LXV.* 10–14) *coniungit, ut fragmentum sint poematis de morte fratris Catulli* tua loquentem *D, et c sed sine spatio* tua uerba loquentem *Aad ed. Pr.* fata *Ambrosianus D.* 24, *Vic. qui in margine babet* uerba tria uerba *Fruterius Verisim. II.* 22 facta *coni. post Vossium Lacbmannus (cf. Stat. S. V.* 3.61, *Plaut. Trin. IV.* 2. 40), *receperunt Heysius Scbwabius.*

10. Numquam *O* Namque *a* ego *om. H.*

11. aut *ABCGLa*^{1}*La*^{2}*OVb* at *DLPacd ed. Pr. Vocabulum om. H.*

12. carmine *ABGHOdLa*^{1}*La*^{2} tegam *ABCGLLa*^{1}*La*^{2}*OPVbad Vossius in textu, Marcilius* canam *De Ric.* 606 *uulgo et Lachm.* geram *H* legam *Itali, ed. Pr. Ald. I. Guarinus Statius Scaliger Vossius in notis. Retinui* tegam, *monente Marcilio. Volebat Catullus carmina, maesta iam ob fratris mortem facta, tegere, b.e. non uulgare sed secum solus meditari, quemadmodum pbilomela cantum suum ob Ityli mortem sola concinit. Eodem spectat nomen pbilomelae* Daulias *b. e. auis quae in umbris uiuit. cf. Aescb. Supp.* 92–4 δαυλοὶ γὰρ δάσκιοί τε τείνουσιν πόροι κατιδεῖν ἄφραστοι.

13. Qualis *H* armorum *ACL.*

14. Daulias *ed. Pr.* Daunias *D* Daumas *a* Dauilas *BLa*^{1}*La*^{2} Daiulas *marg. L* Baiulas *LbdP* Baulas *V et G, quanquam in G s posterius uidetur addita* Bauilas *margo B* Baula *AC* Baiulus *H* Bauilla *O* absumpti *Da. cf. Propert. III.* 10. 10. Increpet absumptum nec sua mater Ityn assumpti *ABCHLLa*^{1}*VdP. ed. Pr.* assumpta *O* (assumptei) asumpti *b* a^{s}umpti *G* facta gemes *O* ithilei *ACHLOb* ithiley *BLa*^{2} ithelei *D* itheli *a* ythilei *G* ythiley *La*^{1} ythylei *V* itylei *Calp.* 1481 prothei *P et Cuiacianus. Vocabulum om. d.*

15. tamen *om. BLa*^{1}*V* hortale *Pbd* inito *H.*

16. experta *BHLa*^{1}*Vd Vossius Valckenarius* excerta *P* excerpta *Scaliger* bactiade *BLa*^{1}*P* bachiade *marg.* bactiade *b* abat (c?) tiade *D*

Ne tua dicta uagis nequicquam credita uentis
  Effluxisse meo forte putes animo.
Vt missum sponsi furtiuo munere malum
  Procurrit casto uirginis e gremio,
Quod miserae oblitae molli sub ueste locatum,
  Dum aduentu matris prosilit, excutitur:
Atque illud prono praeceps agitur decursu,
  Huic manat tristi conscius ore rubor.

LXVI.

OMNIA qui magni d*i*spexit lumina mundi,
  Qui stellarum ortus comperit atque *o*bitus,

ab aciade *a* actiade *ACLLa²O* acciade *G* bathiade *H* batiadae *ed. Pr.*

17. Nec *AC* magis *BH* redita *A.*

18. Efluxisse *Ob* Affluxisse *d.*

19–24 *a praegressis seiunxit Rossbachius, fragmentum esse ratus carminis Callimachei, cuius cetera intercepta sint. Plura enim Catullum Callimachi conuertisse carmina ex u.* 16 (haec carmina) *et CXVI. 2 apparere. Assensi sunt Ed. a Bruner Westphalius Weisius Peiperus. Refragantur Gruppius* (*Minos p.* 579) *Schwabius* (*Quaest. Catull. p.* 274) *Frankius* (*de Catullian. Carm. Compositione p.* 20).

19. furtiuum *D.*

20. Proccurit *O* Precurrit *H* caste *H* in gremio *Da.*

21. Quid *P* molli oblate *H* oblitum *D* mō *pro* molli *a* locataum *O* ligatum *b.*

22. aduentui *ACL* misere *O.*

23. At *Da* illic *O* primo *c* preces *O* de cursu *B.*

24. Hinc *Pad* robur *a* pudor *D.*

LXVI.

Hoc carmen cum c. LXV continuant codices. Vide Prolegomena.

Fragmenta carminis Callimachei quod hic expressit Catullus congesserunt Bergkius in Anthologia lyrica p. 132 *O. Schneiderus in Callimacheis II.* 144–162. *Ex his quae eo non dubie referuntur, omnia Catulli uersibus apposui. De ceteris quae Blomfieldo Naekio Bergkio Schneidero mihi denique ipsi ad* Βερονίκης Πλόκαμον *pertinere uidentur, in appendice addidi. Ceterum ab hoc carmine usque ad CXVI adhibui codicem Riccardianum* 606.

1. despexit *codd.* dispexit *Calpurn. ed.* 1481. *Vide Lachm. Lucret. p.* 236 descripsit *Bentleius* suspexit *Annotator ed. Muret. 2 R.* 6. 30. lumine *d.*

2. hortus *C* conperit *d* bitus *B m. pr.* obitus *Dad Ric.* 606 habitus *ACGHLLa¹La''OV* abitus *b Balth. Venator sed cf. Lucret. IV.* 393 Sidera . . longos obitus exorta reuisunt. *Cic. fr. Arateor.* 64 Ortus ubi atque obitus parte admiscentur in una. *ib.* 593 (347).

Flammeus ut rapidi solis nitor obscuretur,
  Vt cedant certis sidera temporibus,
Vt Triuiam furtim sub La*t*mia sa*x*a rel*e*gans
  Dulcis amor g*ur*o deuocet aereo,
Idem me ille Conon caelesti numine uidit
  E B*ero*niceo uertice cesariem
Fulgentem clare, quam multis illa dearum
  Leuia protendens brachia pollicita est,
Qua *r*ex tempestate nouo auctus hymenaeo
  Vast*at*um finis i*u*erat Assyrios,

7–10. Scholiastes Arati Phaenom. 146. **Κόνων δὲ ὁ μαθηματικὸς Πτολεμαίῳ χαριζόμενος Βεροιίκης πλόκαμον ἐξ αὐτοῦ κατηστέρισε· τοῦτο γὰρ Καλλίμαχός που φησὶν**
  Τῇδε (ἠδὲ *codd.*) **Κόνων μ' ἔβλεψεν ἐν ἠέρι τὸν Βερονίκης**
  Βόστρυχον ὅν τ' ἄρα κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖσιν. *Vide Excursum.*

---

3. Flameus *BCGOd* et *b* solis *om. B* soli *C* obsculetur *O* obscuratur (e) *P.*
4. cetis (ceteris) *O* sydera *AGb.*
5. triuia *Ha* furti *D* furtum *H* sub Latmia *Calpurn.* 1481 *cf. Apollon. Rhod. IV.* 57 sublamia *Bb Vossius* sublamina *O* sublimia *cett.* relegans *P* religans (e) *B* religans *ACDGHLLa*[1]*OVbad.*
6. gyro *ed. Pr. et ed. Paris. S. XV* guioclero *ACGLO* guiodero *H et V nisi quod litteras i u non distinguit* guïodero *B* guioclereo *La*[1] giuoclero *La*[2] gumadoro *d* *Spatium uacuum in DcP* conon *a* cliuo *b Vic. ed. Parm.* 1473 *Ex geminato* deuo *error ortus uidetur, et sic fere Statius* goero *Scaliger* curru *Santenius* circo *ego* deuoret *A P m. pr.* aereo *HcdP* aetherio *Meinekius ad Callim. p.* 313.
7. Ille me idem *P* Conon *om. a, habet in u.* 6 celeste *d* lumine *Canterus Nou. Lect. IX.* 4 *Stat. Scal.* in lumine *Vossius* limine *Heinsius* in culmine *Maehlius* caelestum munere *Valckenarius* fecit *A prius L.*
8. Eboroniceo *P* Eboro niceo (niteo *H*) *cett.* E Beroniceo *Calpurn.* 1481 *Ald. I. cf. Anthol. Lat. Riese* 916. 8. 9 E Beronicaeo detonsum uertice crinem Retulit esuriens Graecus in astra Conon. *Eadem forma nominis in inscriptionibus* (*CIL* 4. 2198, 2256 *Gruter* 790. 9, 863. 4 Beroniceni) *numis codicibus haud raro inuenitur* uertite *O* cesariem *BGHLa*[1]*O.*
9, 10 *spurios habebat Valckenarius; tuitus est Hauptius Quaest. Catull. p.* 81.
9. dare *a* ꝗare *B* multi sylla *H* deorum *H Calp. ed.* 1481.
10. sollatia est *H* pollicitast *Lachm. II.* policita est *O.*
11. Quare ex *codices* Qua rex *ed. Parm.* 1473 mactus *Anna Fabri.*
12. Vastatum *PADab Ric.* 606 Vastum ad *H* Vastum *cett.*

Dulcia nocturnae portans uestigia rixae,
  Quam de uirgineis gesserat exuuiis.
Estne nouis nuptis odio Venus? a*nn*e parentum
  Frustrantur falsis gaudia lacrimulis,
Vbertim thalami quas intra limina fundunt?
  Non, ita me diu*i*, uera gemunt, iu*e*rint.
Id mea me multis docuit regina querellis
  Inuisente nouo praelia torua uiro.
Et tu non orbum luxti deserta cubile,
  Sed fratris cari flebile dis*c*idium?
Cum penitus maestas exedit cura medullas!
  Vt tibi tunc toto pectore sollicit*ae*
Sensibus ereptis mens excidit! at *te* ego certe

post finis *spatium in La*^{2} fines *Dab* iuerat *DHac Ric.* 606 ruerat *dP* ierat *cett.* assirios *BO* asyrios *a.*

13. nocturne ne *C.*

14. eximiis *La*^{1} *margo L* exiuius *O.*

15, 16 *Extant in compendio moralium notabilium Hieremiae Iudicis de Montagnone Part. IV. Lib. VI. Rubr.* 3 *ed. Ven.* 1505. *Vide Prolegomen. p. XI.*

15. Etne *b* hodio *V* nonus *H* atque *ABCDGHLLa*^{1}*La*^{2}*OVabc Montagnonius Statius Vossius Valk. Orell. Sillig. Heys. Schwab.* anne *Pd Palladius Ald. I. uulgo et Lachmannus.*

16. Frustantur *A* salsis *Heysius Schwab.* lachrimulis *A* lahrimis *D m. pr.*

17. Vberum *O* Vberti *a* qua *La*^{2} inter *L* int⁹ *AH* lumina *ABCGHLLa*^{1}*La*^{2}*OVbd* limina *DaP ed. Parm.* 1473 *uulgo et Lachmannus.*

18. diui *Dbad Ric.* 606 dii *c* diu^1 *B* diu *cett.* geniunt *O* geniū *b* iuerint *ed. Pr.* iuuerunt *b* uiuerunt *HB* iuuerint *ACDGLLa*^{1}*Oad.*

19. ne *A* querellis *Aa* querelis *O.*

20. terua *a* toruo *La*^{1}.

al. at

21. At *ACDLLa*^{2}*a* Et *G* Et *BLa*^{1}*OPVbd* an *Itali Santenius Schwab.* ūo (uero) *O* orbus *a* lusti *dP* (*et hic quidem bis*) lusisti *Da* deserte *d.*

22. Et *Vossius Iacobsius* Set *c* factis *O* dissidium *ABCGHLLa*^{1}*La*^{2}*Vb* desidium *Da Ric.* 606 discidium *Od ed. Parm.* 1473 *uulgo et Lachm.*

23. Cur *c* Quem *H* Quam *Bentleius* Tum *Lachmannus* excedit *C* moestos exeditur curua medulas *H.*

al. tun

24. Vt ibi *G* tunc *CLa*^{2}*O* nunc *G* nunc *ABDLLa*^{1}*PVbad* non *Hc* sollicitet (solicitet *GLa*^{1}*O*) *codd.* sollicitae *ed. Parm.* 1473.

25. erectis *ACL* e rectis *Vossius* excidat *Ha* at ego *ACDGHLLa*^{2}*Oa* ac ego *Ric.* 606 atque ego *BLa*^{1}*PVbd ed. Pr. Ald. J. Cf. Plaut. Merc. IV.* 4. 2, *Ter. Ad. I.* 1.15, *ibique Bentleium* atqui *Muretus Stat. Scal. Doer. Sane confunduntur inter se saepius* atque, atqui. *Sed* atqui

Cognoram a parua uirgine magnanima*m*.

Anne bonum oblita es facinus, quo regium adept*a*'s
Coniugium, quod non fortior a*us*it alis?
Sed tum maesta uirum mittens quae uerba locuta es!
Iuppiter, ut tristi lumina saepe manu!
Quis te mutauit tantus deus? an quod amantes
Non longe a caro corpore abesse uolunt?
Atque ibi *me* cunctis pro dulci coniuge diuis

26. Hyginus Astron. II. 24. Alii dicunt hoc amplius, Ptolemaeum Beronices patrem multitudine hostium perterritum, fuga salutem petiisse, filiam autem saepe consuetam insiliisse in equum et reliquam exercitus copiam constituisse et complures hostium interfecisse; pro quo etiam Callimachus eam *magnanimam* dixit.

32. Annotator Seruii Bodleiani saec. XV ad Aen. IX. 427. Segregari a me noluit dum abipso abirem. Vnde est illud Catulli. Amantes non longe a caro corpore ab esse uolunt, *quem locum mihi indicauit F. Madan.*

---

ante uocales posuisse Plautus ac Terentius uidentur, Horatius non item, ut docet Lachmannus Lucret. III. 415   ast ego *Dresdensis Santen. Valck.*   at te ego *ed. Trinc. Auancii Vossius Vulp. Lachm.*

26. Cognatam *A pr. L*   Cognotam *c*   praua *B m. pr.*   pua *O*   magnanima *AB m. pr. CHLLa*^{1}*La*^{2}*OVb*   magnanimam *PD ad Ric.* 606.

27, 28 *om. H a m. pr.; sed u.* 27 *in ima pagina ascriptum habet.*

27. Ar ne *H*   Atne *BLa*^{1}*Vd*   bonam *D*   oblita's *Scaliger L. Mueller p.* 303   est *a*   esţ *L*   fatinus *O*   quo *d Muretus*   quod *P Statius*   quam *ABCDGLLa*^{1}*La*^{2}*OVab*   cum *G. Faernus Guarinus Fortasse* quae   adepta's *Scaliger Rossbachius Lachm. II.*   adeptus *ABCDGHLLa*^{1}*La*^{2}*PVacd*   adeptos *O*   adeptůs *Vic. b*   adepta es *corr. B. uulgo.*

28. Coiugium *B*   quod *ABGLLa*^{1}*La*^{2}*OV*   quo *Dbad Muretus*   forcior *O*   fortius *Muretus*   ausit *Bern. Pisan. in marg. ed. Vic.* 1481 *Robortellus in Variorum Locorum Annotationibus ed. Paris.* 1544 *fol.* 43 *rect. idem dicit in editione notatum fuisse quae Petri Nicetti Lucensis, Politiani aequalis, fuisset.* '*Adnotarat in libri extremi ora uir ille summus in literis* '(*P. Nicettus*) *reperiri in antiquis codicibus* (ausit alis).' I. Bywater.   aut sit *ABCDGLLa*^{1}*La*^{2}*OVab*   aut sit^8 *P*   aut sis *d*   auxit *Calpurnius*   alit *Vic.*   Assit *uidetur legisse Mussatus* (*Poem. p.* 30 *ed. Pignorii*) Nemo tam fortis ualet esse quo non Fortior assit. *Vide Prolegomena.*

29. Cum *HO*   tuum *d*   mitens *BV*   uera *P*   locuta est *H*   locuta's *L. Muellerus de Re Metrica p.* 303.

30. Iupiter *CVb*   tersti *Auancius Muret. Froebl. Peiper.*

31. tantum *a Schraderus*   tantas *H*   quid *a et H nisi fallor.*

32. ac *H.*

33. ita *a*   me *Colotius et Perreius, Bentleius uulgo et Lachm.*   pro *codices*   proh *Scaliger*   prae *ed. Trinc. Auancii ed. Gryph.* 1542 *Peiperus cui comparandum erit* Tu ausus es pro nihilo prae tua praeda tot res

Non sine taurino sanguine pollicita es,
Si reditum tetulisset. Is *h*aut in tempore longo
Captam Asiam Aegypti finibus addiderat.
Quis ego pro factis caelesti reddita coetu
Pristina uota nouo munere dissoluo.
Inuita, o regina, tuo de uertice cessi,
Inuita: adiuro teque tuumque caput,
Digna ferat quod siquis inaniter adiurar*i*t:
Sed qui se ferro postulet esse parem?
Ille quoque euersus mons est, quem maxim*um* in oris
Progenies *T*hiae clara superuehitur,

40. Etym. M. s. u. Θηλαμών. Εἴρηται γὰρ καὶ θηλυκῶς κάρη ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ, .
σήν (ἥν codices) τε κάρην ὤμοσα σόν τε βίον.

---

sanctissimas ducere *Verr. II.* 16. cuntis *DG* duci *B* (l) praedulci cunctis pro coniuge diuis *Marcilius.*

34. taurino *om. O* pollicita's *Lachm. II. Post hunc uersum Muretus aliquot uersus excidisse arbitratus est, quibus Beronices uota Callimachus exsecutus est.*

35. Sed *O* sed (al. si) *GB* Sei *Schwabius* redditum *O* tetulisset *c* te tulisset (tullisset *BH*) *ABCGHLLa¹La²Ob* retulisset *aP* rettulisset *D* aut *codd. praeter b Vic.* autem *b Vic.* aut ni *Anna Fabri* haud *Auancius* haut *Conr. de Allio qui Statium et Vossium secutus interpunctionem post* tetulisset *restituit.*

36. egipti *OV* addiderit *Parthenii ed.* 1486 adiiceret *Guarinus Muretus Scaliger.*

37. celestis *B* redita *A* cetu *O.*

38. numine *Dresdensis* disoluo *BOa.*

39. tua *D* f cessi *A* cassi *D.*

40. adiuntio *D* aduro *H* tuum *C* capud *La¹O.*

41. feratque *O* inaratus *pro* inaniter *Ric.* 606 adiurarit *b Auancius* adiuraret (i) *B* adiuuaret *dP* adiuraret *cett.* Digna feram quod si quid inaniter adiurarim *Annotator ed. Muretinae* (*Auct.* 2 *R.* 6. 30).

42. quis *Statius Santenius* fero *A.*

43. mos *b* quam *b* que *ad Dresdensis* q̃ *P* q̄ *O* (*h. e.* quae) quem *cett.* maxima *codd.* maximum *Guarinus* maximum in orbe *Itali Auratus Valckenarius Hauptius.*

44. phitie *ABHOVc* phytie *GLa²Pab* phythie *D* phycie *La¹* phicie *d* phtiae *Vic.* phthiae *Ald. I. Guar. Mur. Stat. Scal. Peiper.* Clytiae *uel* Thiae *Vossius cui Thia mater est solis, unde Aeetes Medea Medi* Thiae *Bentleius* (progeniem Thiae *solem dici ratus, cf. Pind. Isthm. IV.* 1, *Apollod. Bibl. I.* 2. 2, *Verg. Aen. VII.* 216, Pulsi regnis quae maxima quondam Extremo ueniens sol adspiciebat Olympo) *Lachm.* Thyiae *Conr. de Allio* superabitur *a* superueitur *B* supꝉ uehiť *O.*

Cum Medi *pep*erere nouum mare, *cum*que iuuentus
Per medium classi barbara nauit Athon.
Quid facient crines, cum ferro talia cedant?
Iuppiter, ut C*ha*lybum omne genus pereat,
Et qui principio sub terra quaerere uenas
Institit ac ferri *st*ringere duritiem!

48. Schol. Apollon. Rhodii II. 373. *Οἱ δὲ Χάλυβες ἔθνος Σκυθικὸν μετὰ τὸν Θερμώδοντα, οἳ μέταλλα σιδήρου εὑρόντες μοχθοῦσι περὶ τὴν ἐργασίαν. ἐκλήθησαν δὲ Χάλυβες ἀπὸ Χάλυβος τοῦ Ἄρεως υἱοῦ· Μέμνηται αὐτῶν καὶ Καλλίμαχος·*

Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος
Γειόθεν ἀντέλλοντα, κακὸν φυτόν, οἵ μιν ἔφηναν.

Idem ad I. 1323. *Χάλυβες ἔθνος Σκυθίας, ὅπου ὁ σίδηρος γίνεται. Καλλίμαχος·*
Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος.

---

45. Tum *O* medi *om. AC* properare *HP* propter (*ere* superscr.) *C* prupere *ed. Paris. Saec. XV.* propere *cett.* peperere *Itali, idque iam interpolatum legitur in Vic. Vossius (collat. Manil. V.* 49 non inuehet undis Persida, nec pelagus Xerxes facietque tegetque,) *Vulpius Bentleius ad Manil. V.* 49 *Valckenarius Doeringius Hauptius L. Muellerus* rupere *Itali Al. Guarinus in commentario Heinsius Behrensius cf. Sen. Med.* 302 irrupere *Auancius* pepulere *Statius Santenius apud Valck. ad Catulli Eleg. Callim. p.* 142 propulere '*H. R. Act. Ien. Litt. a.* 1830, *p.* 135' (*Schwab.*) *Rossbachius* fodere *Bergkius* ecfodere *Gul. Wagner* atque *ACGHLLa*[1] atque al. cumque *B.*

46. classis *P* natat *La*[1].

47. fatient *O* faciēs *V* facerent *ac* faciant *b Santenius* credant *Da Ric.* 606.

48. celitum *ACDGHLLa*[1]*V Ric.* 606 celtum *La*[2] celi tum *P* celerum *O* scelerum *b Vic.* caelum *a* Chalybon *Politianus (ut ipse testatur Miscell.* 68, *cum id prius uulgasset Picus Mirandula) ex Schol. Apollon. Rhod. II.* 373 celtum *Vossius* Telchinum *Withofius Valck.* Chalybum *Lachm. I. Rossb. Heys.* Chalyborum *Santenius ad Terent. Maur. p.* 299. 'In syllabis m littera terminatis admittere dihaeresin paucis 'auctorum placuit. Itaque Ennius dixit [275] "Miscent inter sese inimi-'citiam agitantes" et Catullus ter in medio pentametro ad hunc modum '"Iuppiter ut Chalybum omne genus pereat" [LXVI. 48, LXVII. 44, XCVII. 2] tum Propertius III. 15. 1, ib. 32, 45, "O me felicem o nox 'mihi candida et o tu" "Haec eadem ante illam impune et Lesbia fecit," 'Tibullus I. 5. 33, "Et tantum uenerata uirum hunc sedula curet," denique 'Manilius I. 793, "Emeritus caelum et Clausi magna propago," sed aliud 'exemplum apud classicos non inuenitur' *L. Muellerus de Re Metrica p.* 310.

49. terras *bc* querre *O.*

50. Instit *V* Iusticiae *H* ferris fringere *A pr. BCGLLa*[1]*La*[2] ferri frignere *V* ferris fingere *O* ferris frangere *Hb* ferri frangere *DPad Ric.* 606 *ed. Pr. uulgo et Lachmannus* ferri fingere *Vossius* uincere *Marklandus. Ego cum Heysio et Schwabio* ferri stringere *scripsi, h. e. in stricturam cogere* duriciem *BGOa.*

Abiunctae paulo ante comae mea fata sorores
  Lugebant, cum se Me*m*nonis Aethiopis
Vnigena impellens nutantibus aera pennis
  Obtulit Arsinoes *L*ocri*d*os al*e*s equos,
Isque per aetherias me tollens a*b*uolat umbras
  Et Veneris casto collocat in gremio.
Ipsa suum Z*e*phyritis eo famulum legarat,
  Gra*ī*ia Canopi*e*is incola litoribus.
Hi*c* i*u*ueni *Ism*ario ne solum in *l*imine caeli

51. Abuincte *G ni fallor, H* Adiunctae *AL* abruptae (te *P*)*dP* facta *O*.

52. m̄enonis *O* menonis $BGHLa^1La^2V$ mentionis *C* mennonis *dP* ethyopis *GVa* thiopis *A*.

53. natantibus *a* mitantibus *H* nictantibus *Bentleius* motantibus *Al. Guarinus in commentario* aeria $ACLLa^1La^2$ aeria *B*.

54–64 *Canterus sic transposuit* 54 Obtulit 57 Ipsa suum 58 Graia 55 Isque per 56 Et Veneris casto 63 Vuidulum 64 Sidus in antiquis 59 Scilicet in 60 Ex Ariadnaeis 68 Fixa corona 62 Deuotae, *Marcilius sic* 54 57 58 55 56.

54. *Post* obtulit *sequitur in P spatium ubi scribenda erant duo proxima uocabula* asineos *marg.* arsinoes *G* asineos *AC pr. L* assyrios *H* asinios *V Phillippensis margo B* elocridicos $ABCGLLa^2O$ *Phillippensis* eloctidicos La^1V electi dicos *d* clocidicos *H et Ambrosianus H.* 46 elocidicos *b Vic.* daridos *D Ric.* 606 claridos *ac ed. Pr.* Chloridos *Auancius* Locricos *Statius* Locridos *Bentleius* Cypridos *Bergkius* alis *AB m. pr.* $CGLLa^1OPVb$ aliis *d* ades *a et marg. Vic.* alisequus *Statius*.

55. Ipse *P* ad *H* aethereas *DGLc* auolat *O Canterus Nou. Lect. V.* 30 aduolat *cett.* abuolat *ipse scripsi*.

56. aduolat (collocat) *G* aduolat (collocat) *L* aduo(cio *H*) lat $ABCHLa^1PV$ engremio *H* ingenio *P*.

57. zephiritis *DVa* zyphiritis $CGLLa^1$ cyphiritis *O* zyfirtis *A* ziphiritis *B* ziphiricis *b* gyphiritis *a* legerat al. legarat *G* legerat *D* legaret *a* ligaret *d* legarat (e) *P*.

58. Graiia *Behrensius postquam Lachmannus scripserat* Graia Gratia $ABDGHLLa^2PVabc$ Gracia CLa^1Od Tratia *corr. L* Grata *Calpurnius uulgo ante Lachm.* Gnata *Scaliger* Canopieis *ed. Paris. Saec. XV* canopicis $BCDGHLa^1PVbacd$ canopitis *pr.* La^2 caponicis *AL* conopicis *O*.

59. Hi (Hii $ACLa^1La^2$ Ni *H*) dii uen ibi (uenibi ALa^2 uen id *C*) uario $ABCGHLLa^1La^2OV$ Hi dii ibi *DP* Ni dii neu ibi *b* Hi duma ibi *d* *om. c. et a m. pr.* *Nescio an inter* uen *et* ibi *spatium fuerit in* A, *quale etiamnum in Bononiensi* 2744 *et Ambrosiano H.* 46 *inuenitur* Scilicet in *Ald. I.* Lumen uti *uel, incerto relicto primo uocabulo,* uti iuuenile phaos *Statius* *Cf. Gloss. Placidi* 'Iuuenale pharos (phaos) semper uirens 'et numquam senescens lumen, ut si de sole dicamus.' Sidere ubi *Vossius* Siderei ut *G. Hermannus Iahn. Ann. XXII. p.* 312 Arduei ibi *Hauptius*

Ex A*r*ia*d*neis aurea temporibus
Fixa corona foret, sed nos quoque fulgeremus
Deuotae flaui uerticis exuuiae,
V*ui*dulum a fluctu cedentem ad templa de*u*m me
Sidus in antiquis diua nouum posuit:

Virginis et saeui contingens namque leonis
Lumina, Cal*l*isto iuxta Lycaonia*m*,
Vertor in occasum, tardum dux ante Booten,
Qui uix sero alto mergitur Oceano.
Sed quanquam me nocte premunt uestigia diuum,
Lux aut*em* canae Teth*y*i restitu*it*,

Hic etenim *Frœblichius* Indidem ibi *Heysius* Inde sibi *Pleitnerus* Lumen ibi *H. R. et Peiperus* Numen ibi *Ritschelius* Aduena ibi *Coningto* Hic niuei *Behrensius* *Ipse conieci* Hic iuueni Ismario *h. e.* Baccho, *cf. Ouid. Fast. III.* 773, *Met. III.* 552–6, *IV.* 17, 28, *Stat. Sil. I.* 2. 224 uarro *Amb. H.* 46 me *H* ue *L* in numine *ACDGLLa*^{1}*La*^{2}*O* in limine *HPV Froeblichius* in lumine *bd ed. Parm.* 1473 *uulgo et Lachmannus* in limite *Guarinus in comm. Statius* limite *Ald. I.* in culmine *Peiperus.*

60. Aut ariaṇ̈dneis *P* ariadneis *d* adrianeis *ABCGHLLa*^{2}*OVab* adriadneis *D.*

61. uos *O.*

62. eximie *G m. pr. ut mihi uidetur, O.*

63. Vuidulum *Parisinus* 8233 *ed. Pr.* Vindulum *BLa*^{1}*La*^{2}*OVb* Viridulum *ACDGHL* Vuiidulum *a* Viuidulum *P* Vuidulam *Bapt. Guarinus Fortasse* Vmidulum *cf. Auson. Epigr. CVI.* 4, *Isid. Orig. XVII.* 5. 13 Vmidum est quod exterius umorem habet: uuidum quod interius a flatu *Scaliger* afflatu *Orellius* a fletu *Palladius* a luctu *Behrensius cf. u.* 52 ad *om. A* deum me *Dad Ric.* 606 decumme *b* decũme *BCGLa*^{1}*La*^{2}*O* decũmae *L* decumae *H* deumque *P.*

64. noui *D.*

65. Virgis *O* ut *H* nanque *ACDLd.*

66. calixto *GLa*^{2}*O* calisto *BCHLa*^{1}*PVacd* iusta *PV Scaliger Voss. Vulp. Conr. de Allio* uiste *H* licaonia *ABGLa*^{1}*OPVd* lycaonia *CDLb* lichaonia *a* Lycaoniam *Rossbachius. cf. Callim. H. ad Iouem* 41 lycaonida *Scaliger Lachm.* iuncta Lycaoniae *Parthenius Ald. I. uulgo* iuncta Lycaonidi *editor anonymus Callimachi ed. Londin.* 1741, *quem Thomam Bentleium fuisse dicunt* mixta Lycaoniae *Peiperus* Iuxtă *retinui, correptum sicut* contra *ab Ennio apud Varr. L. L. VII.* 12.

67. ocasum *O* dardum *B* cardum *d* boothem *G* (*ex* booten *ut uidetur*) *CLLa*^{2} boethem *BLa*^{1}*V* boetem *HDd* boetam *a* boetē *P* bootem *b* bootē *O* Booten *uulgo et Lachmannus.*

68. uis *BLa*^{1} *om. b* uertitur *H* occeano *ABGHLa*^{2}*OVa.*

69. quicquam *O.*

70. luce *P* autem *DdP* aut *ACGHLLa*^{1}*La*^{2}*OVb* at *a* cauae *A* corne (come?) *c* theti *ABCDGHLLa*^{1}*La*^{2}*OVbdc*

(Pace tua fari hic liceat, Ra*m*nusia uirgo,
Namque ego non *u*llo uera timore tegam,
Nec si *m*e infestis dis*c*erpent sidera dictis,
Condita qui*n* uer*i* pectoris euolu*am*):
Non his tam laetor rebus, quam me a*f*ore semper,
A*f*ore me a dominae uertice discrucior,
Quicum ego, dum uirgo quondam fuit, omnibus expers
Vnguentis, una milia multa bibi.

tecti *a* t^{h}esei *P* tethyi *Ald. I.* *Post* theti *spatium in c*La^2, *d add.* lumine restituem *ACDGHL*a^1*L*a^2*OPbad* restitue *V* restitu^{re}em *L* restitues *c* restituat *Dresdensis Statius* restituit *Lachmannus* Luce autem ç. T. restituor *uulgo* Luce autem c. restituor Thetidi *Calpurnius.*

71. Parce *GO* liceat *ante* hic *habent BH* ranusia *ACDGHL*a^1*L*a^2*PVbd* rānusia *BLa* ranūsia *O* Ramnusia *Calpurnii ed.* 1481.

72. *om. a et spatio relicto c* Nanque *CP* Nam *b* nullo *ABCGHLL*a^1*L*a^2 nulla *D* Namque $^{ego}_{\wedge}$ te $^{non}_{\wedge}$ nllo *corr. V* ullo *ObaP ed. Pr.* tegat *A pr. L* regam *V.*

73. Nam *L*a^1*dP* non *margo P* si me *dP ed. Pr.* sine *cett.* discerpent *D Ric.* 606 *ed. Pr.* discerpant *dP* diserpere *C* dis(ss *H*)erpent *cett.* doctis *O* dextris *Bentleius.*

74. quin *ACDLL*a^2*Pad Ric.* 606 *ed. Parm.* 1473 qui *BGHL*a^1*OVb* uere *ABGHLL*a^2*OPVab Statius Conr. de Allio* uero *C b. e.* uero *statim in* uere *mutatum* ueri *D* uerei *Lachmannus* euoluam *ed. Parm.* 1473 euoluē *V* euoluere *ab* euolu^{e}o *P* euoluo *d* euolue *cett.* Condita qui uere pectoris euoluo *Conradinus de Allio.*

75. is *CL*a^2 hiis *O* iis *P.*

75, 6. affore *ABCGHLL*a^1*L*a^2*OVb* abfore *DacdP Ric.* 606 *uulgo* afore *Statius Lachm.*

76. a *om. H* discrutior *ACGO* discutior *BDHL*a^1.

77. Quin (*n erasa*) quom ego q^{o}m *P* cum nigro condam *d* expers *codd.* expressa *Statius* aspersa *Marcilius C. Badham in Praef. Euthydemi p. xii* expersa *Heinsius ad Verg. Aen. III.* 625 *Coningto* explens *Doeringius* ominis expers *Auratus* ignibus expers *Maehlius* *Post* expers *interpunxerunt Muretus Lachmannus Hauptius* Dum uirgo damnis fuit omnibus expers *Gul. Wagner* dum uirgo curis fuit omnibus expers *L. Muellerus* omnibus ex pars Vnguentis *Munro h. e. quo cum uertice* (*dum domina uirgo fuit*) *ego, pars illius uerticis, una milia multa ex omnis generis unguentis bibi. Vide ipsum ad Lucret. I.* 841.

78. Vnguenti *Canonicianus* 33 Vnguenti si *Lachmannus qui apodosin in u.* 79 Nunc uos *ponebat* una *ABCGHLL*a^1*L*a^2*OPVbad* uini *D* murrhae *Vossius* crocini *Heinsius* rhodini *Orellius* Assyrii *Passeratius* Syrii *Hauptius* *Codicum scripturam cum Ald. I. Mureto Scaligero Conr. de Allio Silligio seruaui, aliter tamen interpretatus. Sensus uidetur esse Quicum ego, quae, dum uirgo Beronice quondam fuit, tamdiu omnibus unguentis expers eram* (*uirgines enim non unguebantur*) *post id tempus milia multa unguentorum una bibi. Ex Athenaeo* (*XV.* 689) *enim constat et Arsinoen et Beronicen unguentorum studiosissimas fuisse. Aliter T. Badenus in Supplem. Iahnii Nou.*

Nunc uos, optato qu*as* iunxit lumine taeda,
Non post unanim*i*s corpora coniugibus
Tradite nudantes re*i*ecta ueste papillas,
Qu*in* iocunda mihi munera libet onyx,
Vester onyx, casto *pet*itis quae iura cubili.
Sed quae se impuro dedit adulterio,
Illius a mala *d*ona *l*euis bibat irrita puluis:
Namque ego ab indig*nei*s praemia nulla peto.
Sed magis, o nuptae, semper concordia *u*ostras
Semper amor sedes incolat assiduus.
Tu uero, regina, tuens cum sidera diuam

Ann. Paed. T. II. p. 428, *et Gul. Iohnsonus in ed. Bristedii* (*New York* 1849), *quibus* expers *est* '*ego quae nunc unguentis sum expers, quamquam antea* '*multis utebar.*' milia *OVa* mollia *Amb. H.* 46 millia *CG* labi *H* Vnguibus, unguenti milia multa bibi *Bosscha.*

79. nox *pro* uos *D* quem *ABCGLa^{1}OVb* qu^{a}em *L* quam *DLa^{2}ac Ric.* 606 *Lachmannus* quae *Pd ed. Parm.* 1473 *Scaliger* quas *Auancius Ald. I. uulgo* queis *Statius Marcilius* quum *Conr. de Allio* quom *Hauptius* uinxit *BLa^{1}O* uixit *HLa^{2}* uicit *D Ric.* 606 lumina *dP* theda *CV.*

80. potest *d* prius *Auancius uulgo. Sane potuit* Non prius *in* non post *ita mutari, si uel in margine uersus uel super* non prius *scriptum esset* post. *Cf. u.* 82 uno animus *ABCGHLa^{1}La^{2}Vb* uno anim' *O* uno animos *Da ed. Pr.* uno annis *marg.* animus *L* unanimus *Phillippensis* unanimis *P* unanimeis *Behrensius* corpore *Ha* corporea *D.*

81. retecta *ACGLLa^{1}La^{2}OVa* rectecta *B m. pr.* recteta *H* detecta *Db Ric.* 606 reiecta *P.*

82. Quam *codd. cf. fragmentum apud Achillem Tatium* (*Isagog. in Arati Phaenom. p.* 134) πρὶν ἀστέρι τῷ Βερενίκης Quin *Lachmannus* iocunda *BCDGHOVab* iucunda *Lachmannus* bibet *bd* onix *ABCOVbacd.*

83. Vestet *ACD* onix *ABCHOVbacd* colitis *G marg. LOb ed. Parm.* 1473 *Ald. I. Mur.* petitis *DPacd ed. Pr. uulgo et Lachmannus* queritis *BCHLa^{1}La^{2}* quatitis *Statius* quaeris *Vossius* que *O* quaeque *D* quam *H Ric.* 606 iure *b.*

84. Sed quae si *b* Seque se *D Ric.* 606 inpuro *Od pr. La^{2}* dedidit *H.*

85. Illius amala leuis bibat (libat *a*) dona irrita (inita *G*) puluis *codd.* Illius mala dona leuis bibat irrita puluis *ed. Pr. Ald. I. Guarin. Muret.* a *interiectionem esse primus intellexit Statius,* (*qui ipse tamen* o *coniecit,*) *primus textui restituit Scaliger.*

86. Nanque *Cb* ego *om. b* indignis *DLa^{1}VbadP* indigetis *A CG pr. L La^{2}* indigenis *Phillippensis* undigenis *H* indignatis *O Vossius* indigneis *Behrensius.*

87. neptune *b* magis *pro* semper *D et Ric.* 606 uostras *Vd* uestras *P* nostras *cett.*

88. incollat *A.*

89. diuuam *B* diua *D.*

Placabis festis luminibus Venerem,
Sanguinis expertem non *iusse*ris esse tuum me,
Sed potius largis *a*ffice muneribus.
Sidera *corru*erent utinam, coma regia fiam,
Proximus *H*ydrochoi fulgeret Oarion!

LXVII.

CATVLLVS.

O DVLCI iocunda uiro, iocunda parenti,
Salue, teque bona Iuppiter auctet ope,
Ianua, quam Balbo dicunt seruisse benigne
Olim, cum sedes ipse senex tenuit,

90. numinibus *b* liminibus *Statius.*

91. Sanguinis *codd.* Vnguinis *Bentleius Lachm. uulgo. Quod si uerum est, contrario errore hic peccauit librarius atque is qui in codicibus Lucreti VI.* 168 ungipiti *scripsit pro* ancipiti. *Sed ut Venus, ita coma quae in Veneris gremio collocata est, oblato sanguine concilianda erat. Sanguinis enim* partem *coma potuit accipere, unguinis non item, quod non Veneri, sed sibi tantum oblatum esset* ne *pro* non *Scaliger Bentleius* expartem *a Phillippensis* uestris (ũris) esse *ABCDGHLLa^{1}OPVbacd* uesse *La^2* uotis *Pontanus* uerbis *ed. Pr. Statius* uerticis *Vossius* siueris *Scaliger* siris *Lachmannus* iusseris *ipse conieci* tuum me *BDGHLLa^{1}La^{2}OPVbad* tuu me *C* tuume *A* tuam me *Auancius uulgo et Lachm. cf. tamen* Vuidulum *u.* 62.

92. effice *ABCDGHLLa^{1}La^{2}OVac* efflue *b* affice *Pd ed. Trinc. Auancii Scaliger Lachm. uulgo.*

93. cur (quor *P* cum *V*) iterent *codd.* cur rutilent *Ambrosianus S.* 67 utina *O* ũt *DLPc* ut *a* uti *b* uter *Phillippensis* ût *B* ut⁹ *H* cur retinent? utinam (iterum *Marklandus* ut iam *Behrensius*) *Guarinus Muretus Doeringius Marklandus Behrensius* corruerint utinam *Lachmannus* corruerent *scripsi, quod et codices indicant et imperfectum* fulgeret *u.* 94. *Potest tamen seruari quod est in codicibus si* effice cur iterent *interpreteris 'fac ut sit causa per quam sidera iterum iterumque dicant; 'utinam' et sic fere Palmerius in Spicileg. p.* 15, *Barthius in Aduers. p.* 1536.

94. idrochoi *ACGP* id rochoi *BHLa^{1}La^{2}OVb* idrocoi *D* ut *pro* idrochoi *a* Hydrochoi *ed. Pr.* O arion *Db* carion *Pd* orion *V* aorion *H et sic quosdam sui temporis male legisse testatur Politianus Miscell. LXIX.* fulgoret *Behrensius.*

LXVII.

Hoc carmen cum c. LXVI continuant codices, praeter Pabd ubi inscriptum est ad Ianuam.

1. iocunda—iocunda *ACOVHab.*
2. Saluet *a* iupiter *CGOV.*
3. secuisse *H.*
4. senes *O.*

Quamque ferunt rursus uoto seruisse maligno,
Postquam *es* porrecto facta marit*a* sene.
Dic age d*um* *n*obis, quare mutata feraris
In dominum ue*t*erem deseruisse fidem.

IANVA.

Non (ita Caecilio placeam, cui tradita nunc sum)
Culpa mea est, quanquam dicitur esse mea,
Nec peccatum a me quisquam pote dicere quicquam:
Verum *e*st *o*s populi 'ianua,' Qui*n*te, 'facit,'
Qui, quacunque aliquid reperitur non bene factum,
Ad me omnes clamant: ianua, culpa tua est.

5. Quanque *CP* Quã qui La^1V Quamquam *ALO* noto *Dresdensis* maligne *O Dresd. b, unde Froeblichius et Rossbachius scripserunt* nato s. maligne, *Bebrensius* natae s. maligne.

6. est *codd.* es *Ald. I.* porecto *G* prorecto BLa^1P *Phillippensis* prorepto *V* puro recto *H* proiecto *d Ald. I. Statius* marite $BCGLLa^1La^2Ob$ marito *V* Postquam est proiecto functa marita sene *Statius coniecit* P. est porrecto tacta marita sene *Rossbachius.*

7. age de $ABCDGLLa^1La^2OPbacd$ *Silligius* age dum *Calpurnius uulgo et Lachmannus, cf. Pers. Sat. II.* 22 age da *Balth. Venator* age dic *H Ald. II. Marcilius Froebl.* age dum *non* agedum *scribendum esse, quemadmodum* cape dum, sine dum, dice dum, tange dum, accipe dum, circumspice dum, age sis *docet Ritschelius in Mus. Rhen.* 1850, *p.* 582 uobis $BCDLa^1La^2OVacb$ *Silligius.*

8. En *H* ueterem *LOb ed. Parm.* 1473 uenerem *cett.* desseruisse *G* obseruisse *a.*

9. Nam *pr.* La^2 Hō *A* plateam BLa^2 pateam *Statius* traditā *O.*

10. ē. quaquā *O.*

11. a me *om. b* quiquam *pro* quicquam La^1 *Phillippensis.*

12. *om.* La^3 *del. Muretus* isti $ABCHLLa^1La^2PVbd$ istius *GO* istis DLa^4ac *Ric.* 606 isto *Parisinus* 7989 populo *Parisinus* 8233 *et Dresdensis* qui te $ABCDGHLLa^1La^2OPVbacd$ *Ric.* 606 qui ue La^4 fecit *a* isti populo ianua quidque facit *Ald. I. Doer. Sill.* istis probri ianua quidque facit *Statius* isti populi nainia, Quinte, facit, *Scaliger* istis populi naenia, Quinte, facit *Baltbazar Venator* isti populo ianua quid faciat? *Vossius Vulp.* istud populi fabula, Quinte, facit *Lachmannus Haupt.* istud populi uana querela facit *Heysius* isti populo ianua quanta facit *Schwabius* Verum 'st ius populi *H. A. I. Munro unde conieci* Verum est os populi 'ianua,' Quinte, 'facit' *cf. Pers. I.* 42 Os populi meruisse. Verum est uox populi: ianua cuncta facit *Bebrensius* *Conr. de Allio et Rossbachius uersum Catullo assignant, cui ianuam in u.* 13 *respondere arbitrantur, scribentes ille,* isti populo, ianua, quine facit? *hic* istud populi, ianua, quisque facit.

13. Qui? quacumque *Conr. de Allio Rossbachius.*

14. Ad omnes me *H* tua culpa est *b* tua'st *Hauptius.*

CATVLLVS.

Non istuc satis est uno te dicere uerbo,
Sed facere ut quiuis sentiat et uideat.

IANVA.

Qu*i* possum? nemo quaerit nec scire laborat.

CATVLLVS.

Nos uolumus: *n*obis dicere ne dubita.

IANVA.

Primum igitur, uirgo quod fertur tradita nobis,
Falsum est. Non illam uir prior attigerit,
Languidior tenera cui pendens sicula beta
Nunquam se mediam sustulit *ad* tunicam:
Sed pater illius gnati uiolasse cubile
Dicitur et miseram conscelerasse domum,
Siue quod impia mens caeco flagrabat amore,
Seu quod iners sterili semine natus erat,
*V*t quaerendu*m* *unde* unde foret neruosius illud,

15. $\overset{u}{\text{istic}}$ *P* est *om. b.*
16. ut *pro* et *H.*
17. Quid *ABDGHLLa*^{1}*La*^{2}*OPVa Ric.* 606 *Ald. I. Guar. Conr. de Allio* Qui *bcd uulgo et Lachm.* possim *Da Ric.* 606 possit *P* nemo possum *H* quid possis *Scaliger, qui uersum Catullo tribuit, Vossius.*
18. uolumus *bis V* uobis *codd.* nobis *Muretus* ue *O* nec *pro* ne *margo P.*
19. quid *a* uobis *c.*
20. est *om. L m. pr.* nanque *dP Auancius* non qui *Scaliger* illam. *O* attigerat *bd Vic. uulgo* $\overset{a}{\text{attigerit}}$ *P.*
21. *om. O. Vide ad LXIV.* 386 $\overset{t}{\text{siçula}}$ *L* $\overset{c}{\text{sicula}}$ *P* succula *c Vossius* beata *A* betha *BLa*^{1}*PV* leta *a.*
22. substulit *DV* ad *Calpurnius* hanc *codd.*
23. ipsius *Muretus* gnate *Da Ric.* 606 nate (ae *c*) *cd* nati *BLa*^{1}*VH* gnati *cett.* gnatei *Lachmannus.*
24. Dicitur. *O.*
25. quid *a.*
26. Seφu *La*^{2} inhers *ABLa*^{1}*La*^{2}*V.*
27. Et quaerendus (querendus' *C* $\overset{i}{\text{querendūs}}$ *P*) unde *ABCGHL*

Quod posset zonam soluere uirgineam.

CATVLLVS.

Egregium narras mira pietate parentem,
Qui ipse sui gnati minxerit in gremium.

IANVA.

Atqui non solum *h*oc se dicit cognitum habere
Brixia Chinea suppposit*a* specula,
Flauus quam molli percurrit flumine Mell*a*,
Brixia Veronae mater amata meae,

La[1]*La*[2]*OVbd* Et quaerendus ut unde (inde *c*) *Dac Vic. Ric.* 606 Et querendus z unde *ed. Paris. Saec. XV.* z *fortasse induxit is qui pro* unde z unde *scripsit* unde *hoc est* bis unde; z *enim pro* 2 *et pro* et *ponitur* Et quaerendum unde unde *Statius* Et quaerendus is unde *Lachmannus* Et quaerendus ei unde *Hauptius* (*Quaest. Catull. p.* 85), *idem tamen in editione sua* (1853) *Lachmanni praetulit coniecturam* Vt quaerendum aliunde *Rossbachius* *Ipse cum scriptore Ind. Schol. Halens.* 1863, 4 *scripsi* Vt quaerendum unde unde, *cf. XCIX.* 13 neruosior *H* n̄uosi' *O An ex dittographia* uernosius (uenosius)?

28. Quo *b* uirginiam *D*.

29–48. *In his uersibus distribuendis eum ordinem secutus sum quem et sensus postulat et editores seruarunt, praeter Froehlichium qui* 29–36 *Catullo*, 37–48 *ianuae*, *Rossbachium, qui* 29–40 *Catullo*, 41–48 *ianuae*, *Schwabium et Behrensium qui* 37–40 *Catullo tribuunt, L. Muellerum qui* 29–34 *Catullo*, 35–6 *ianuae*, 37–40 *Catullo*, 41–48 *ianuae tribuit.*

29. narrem *D* nostram *a* mirra *A* parentum *O* parente *a*.

30. sunt *O* nati *DHbd* minxerat *BDa Ric.* 606 *Phillippensis* minserat *V*.

31. Atque *DV* non solum hoc se dicit *Da ed. Pr.* non solum se (sed *BH*) dicit (dicat *V*) hoc *ABCHLLa*[1]*La*[2]*V* non solum se dicit *om.* hoc *G* non solum hoc (h' *O*) dicit se *Ob* non solum se (sed *d*) hoc dicit *d*.

32. chynea *V* chimea *c* chineam *Ric.* 606 suppositum *codd.* supposita in *Ald. I. Guarinus* supposita *Scaliger* Chinaeae supposita speculae *Pontanus Statius Hauptius* Echineae supposita speculae *Turnebus Adu. V.* 15 Cycnea supposita in specula *I. C. Zanchius de Orig. Orobiorum Lib. II. p.* 47[b] *Cellarius Geogr. Antiq. II.* 9 Cycnea supposita specula *Vossius Sill.* Cycneae supposita speculae *Vulpius Doer. Heys. Schwab.* Cycnea suppositam specula *Conr. de Allio* Cyaneae *coni. Cranstonus in transl. Anglica.*

33. moli *O* praecurrit *ed. Trinc. Auancii Cluuerius Ital. Antiq. p.* 412 melo *O* mello *cett.* mella *ed. Parm.* 1473.

34. uice *a unde conieci* uicem tuae *ed. Trinc. Auancii, et Scaliger qui tamen in textum non recepit. Vu.* 33, 34 *ab interpolatore profectos esse censet*

Sed de Postumio et Corneli narrat amore,
  Cum quibus illa malum fecit adulterium.
Dixerit hic aliquis: quid? tu ist*ha*ec, ianua, nosti?
  Cui nunquam domini limine abesse licet,
Nec populum auscultare, sed hic suffixa tigillo
  Tantum operire soles aut aperire domum?
Saepe illam audiu*i* furtiua uoce loquentem
  Solam cum *a*ncil*l*is haec sua flagitia,
Nomine dicentem quos diximus, ut pote quae mi
  Speret nec linguam esse nec auriculam.
Praeterea addebat quendam, quem dicere nolo
  Nomine, ne tollat rubra supercilia.
Longus homo est, magnas qui lites intulit olim

Scipio Maffeius in Mus. Veron. CCV, Veron. Illustr. I. 1. Eosdem uncis incluserunt Vulpius Silligius, spurios habebant Handius Rossbachbius.

35. Et *L. Muellerus, qui uu.* 35, 36 *a praegressis seiungit, tribuit ianuae* posthumio $GOLa^2bc$ et *om. H* arnat *G ni fallor.*

37–40. *Catullo tribuit Schwabius. Sed* dixerit aliquis *uerba sunt sese non alium interpellantis. Vide tamen Frankium De Catull. Carm. Compositione p.* 26.

37. Dixerat *BHPVb* Dixit *O* h' *O* hi *L* quid $ABCDGHLa^2OPVbad$ *Conr. de Allio Sill. Rossb.* quod LLa^1c qui *Ald. I. uulgo et Lachmannus* ister *a* iste $GHLa^2O$ *Post* isthaec *secuntur in A* suffixa tigillo Iam tum operire κ.τ.λ. *omissis interpositis uersibus.*

38. dominum *d* deum *O* lumine *BOVab marg. L.*

39. ascultare *P* ascultare. *O* ăscultare *B* hec $BGLa^1V$ hoc HLa^2b h' *O* hic *DPacd Lachmannus* huic *Ald. I. uulgo* heic *Schwabius* sufixa *O* affixa *c Guarinus.*

40. Iam tum *A* Iantum *L* Tantam *a* aperire *b* aut operire *HV.*

41. audiuit $ABCHLLa^1La^2$ fortiua *A* furtiuam *P.*

42. Sola *AB m. pr.* $CGHLLa^1La^2OVb$ solam *Pacd* cum concillis *O* cum conciliis $ABCGHLLa^1La^2PVb$ conciliis *Da* consciliis *d* al. concillis cum aliis *Ven.* cum ancillis *Robortellus in Variorum Locorum Annotationibus ed. Paris.* 1544, *fol.* 46 *rect., edoctus a Veneto quodam quem super hoc loco consuluisset.* I. Bywater. consciolis *Manutius Muretus Scaliger* Caeciliis *Vossius* flagicia *a.*

43. Homine *D* quae *H* dissimus *D* ut pete q̃ *O* quam mi *C.*

44. Sperent *G* Sperent *O Vic. b* Speret *cett. Vossius Vulp. Conr. de Allio Lachmannus* Sperarent *Calpurnii ed.* 1481 *uulgo* ne *H* nec linguam speret *coni. Statius.*

45. Pretere *D* addebant *OL m. pr.* addebit *b* quemdam *O.*

46. Homine *D* te $AGLLa^2O$ supercillia *G.*

47. est homo *V* est *om. a Ric.* 606 *D m. pr.* magnos *D* qui $ABCDGHLLa^1La^2OPVacd$ *Ric.* 606 *quod, duce Munro, retinui tanquam datiuum* que *b* quoi *Palladius* littes *O* intullit *Ga.*

Falsum mendaci uentre puerperium.

LXVIII.

QVOD mihi fortuna casuque oppressus acerbo

48. Falsus *c* mendacii *ACGLLa²O* mendatii *Bb.*

LXVIII.

Huius carminis uu. 1–40 *Ramlerus primus in editione sua a.* 1793 *a ceteris seiungebat, tamquam diuersum poema efficerent. Idem fecerunt postea Froeblichius Bergkius in Mus. Rben. XV.* 513 *Heysius Rossbachius Hertzbergius Gruppius (in Minoe p.* 503, *ubi tamen utrumque carmen a Catullo abiudicat) Ed. a Bruner Schwabius Vsenerus Westphalius Bebrensius. Nam* (1) *in uu.* 31–40 *negat Catullus posse se amico suo munus mittere Musarum. Idem a u.* 41 *usque ad finem uersus mittit ad minimum centum et uiginti, eosque summa cura conscriptos nec sine inuocatione Musarum.* (2) *Mallius in uu.* 1–8 *dicitur solacium a Catullo petiisse ut qui* casu oppressus acerbo *lecto iam utatur caelibe*; *in u.* (155) Sitis felices et tu simul et tua uita *aut amicam habet aut coniugem. Itaque alio tempore scripti sunt hi uersus ceterique omnes qui Alli commemorant beneficium, alio uu.* 1–40. (3) *Qui Mallius est uel Manlius in* 1–40, *is non potest esse Allius in* 41–(160); *utrumque enim nomen gentilicium est.* (4) *uu.* 41–(160) *maiorem curam prae se ferunt artemque quam* 1–40. (*Grupp. Min. p.* 504.)

His ita assentior ut uu. (149)–(160) *fortasse etiam* 41–(148) *alio tempore scriptos fuisse credam ac priores illos* 1–40. *Sed nego Mallium alium esse atque Allium, aut* 41–(160) *ita disiungi posse a ceteris ut aliud faciant poema. Nam si uere legitur in u.* (66) Mallius, *is autem* Allius *alio nomine uocatur uu.* 41, (50,) (150,) *nullo modo fieri potest ut hic Mallius Allius siue Allius Mallius alius sit ac Mallius ille commemoratus in uu.* 11, 30. (*Allium enim nominatum fuisse, non Aulum, ut post Marcilium censet Westphalius, neque ut Heysius, Acilium, ex ratione metrica apparet. Nam nec* Ăcilius *produxit Catullus in u.* 41, Ăcili *corripuit in u.* (150); *nec* Aule *recipit uersus* (150).) *Deinde non suo more scripsisset Catullus si carmen uersu abrupisset qualis est hic de quo dicimus u.* 40 Vltro ego deferrem copia si qua foret. *Contra ab hoc facilis est transitus ad* 41 Non possum reticere, Deae, qua me Allius in re.

Verum enimuero plura sunt in utraque parte communia quam ut hic disiungi possint. Nam u. 12 *Mallius a Catullo petit* hospitis officium; *quam ob causam nisi quod ipse Catullo hospitium praebuerat ac domum, in quo cum Lesbia amores exerceret?* (67)–(69). *Deinde u.* 12–16 *Catullus dicit se cum aetatis uer ageret Veneris non ignarum fuisse, sed totum hoc studium luctu fraternae mortis fugasse. Vtramque rem et amorem Lesbiae et luctum fratris iterum in altera parte inducit; nam uu.* (70)–(72), (131)–(148) *de Lesbia toti sunt, uu. autem* (91)-(100) *fratris mortem deplorant, et quidem iisdem uerbis cf.* (92)–(96) *cum* 20–24. *Tum a uu.* 29, 30

Veronae turpe Catullo
Esse, quod hic quisquis de meliore nota
Frigida deserto tepefacsit membra cubili,

Lesbia infidelis in Catullo arguitur; idem diserte dicit (135)–(137)

Quae tamen etsi uno non est contenta Catullo
Rara uerecundae furta feremus herae,
Ne nimium simus stultorum more molesti.

Conscriptum hoc lacrimis mitti*s* epistolium,
Naufrag*u*m ut eiectum spumantibus aequoris undis
Subleuem et a mortis limine restituam,
Quem neque sancta Venus molli requiescere somno
Desertum in lecto caelibe perpetitur,
Nec ueterum dulci scriptorum carmine Musae
Oblectant, cum mens anxia peruigilat,
Id gratum est mihi, me quoniam tibi dicis amicum,

Sed quomodo in uno carmine caelebs idem Mallius amansque dicitur? Necesse est alio tempore scriptos fuisse 1–40 *alio* (155) *et qui eum secuntur. Dico sex postremos; sed ceteros* 41–(154) *eodem tempore cum his scriptos fuisse ex* (91)–(100) *conicio. Bis enim idem non dixisset iisdem uerbis nisi spatium temporis intercessisset. Itaque priorem partem carminis Veronae scripsit, dum recenti adhuc luctu fratrem maeret: alteram aliquantum postea, fortasse Romae ubi scriptorum copia usurus erat, qualem poscebat longior atque eruditior fabula. Comparari potest Stat. Silu. IV.* 4 *cuius qui in exordio stant undecim uersus manifesto post reliquos scripti sunt.*

Nec multum haereo in coniunctis nominibus gentiliciis. Nam uulgatum fuisse praecipue apud Sabinos ut nomina duo ferrent patris alterum, alterum matris constat ex Liui XXXIX. 13, 17, *apud quem filius Pacullae Miniae Sabinae, et Cerrinii, Minius Cerrinius uocatus est. Eiusdem generis sunt Attius Nauius, Minatius Magius, Marius Egnatius, Herius Asinius, Statius Gellius, Ofilius Calauius, Papinius Statius. Quanquam potuit etiam aliter res expediri. Nam ut Q. Gauius, M. Caius in eodem titulo reperiuntur apud Mommsen. Inscript.* 1190, *ut uterque locum praeposterum habere uideatur; nam Gauius initio nomen erat gentilicium, quod postea praenomen factum est et in Caius immutatum, nunc instar habet nominis gentilicii; ut iuxta se stant C. Valgius Rufus, C. Quinctius Valgus; C. Licinius Stolo, M. Porcius Licinus (Licinius?), L. Brutus, C. Lucius; eodem modo ex gentilicio factum est praenomen siue Allius siue Mallius. Vt ut se res habet Mallium apud Catullum scripserim, non Manlium: ad Mallium enim per παρανομασίαν referri Lympha Malia in Thermopylis uidetur. (Vide tamen Westphalium in Translat. Catull. pp.* 92–100.)

Ad Mallium *ABGHLLa*^{1}*La*^{2}*d Ric.* 606 Ad Malium *a* Ad Manlium prae tristitia non posse consolari alterum *b* Ad Manlium *P*.

1. Quo *O* Quid *Hb* casusque *DH Ric.* 606 *P*.
2. hec *BLa*^{1} h' *O* mittis *DOab Ric.* 606 mictis *d* mictit *La*^{2} mittit *cett.* epystolium *G*.
3. Naufragum *DPa Ric.* 606 Naugragum *d* Naufragium *cett.* erectum *b* ereptum *Pd* spirantibus *b Vic.*
4. Sulleuem *P*.
5. sacra *A et L m. pr.* sōno *O*.
6. Disertum *G* in *om. L m. pr.*
7. uetm̃ (? ueterm *uel* ueterin) *O*.
8. Oblectant. *O* Oblectat *b* cui *Statius* ansia *DOV Ric.* 606 peruigilet *P*.
9. qm̃ *A* quem *Ven.* quem *corr. L* (al. qm̃) qñ *V* dulcis *d* ducis *P Calpurnius, uulgo ante Conr. de Allio.*

Muneraque et Musarum hinc petis et Veneris:
Sed tibi ne mea sint ignota *in*commoda, Malli,
Neu me odisse putes hospitis officium,
Accipe, quis merser fortunae fluctibus ipse,
Ne amplius a misero dona beata petas.

Tempore quo primum uestis mihi tradita pura est,
Iucundum cum aetas florida uer ageret,
Multa satis lusi: non est dea nescia nostri,
Quae dulcem curis miscet amaritiem:
Sed totum hoc studium luctu fraterna mihi mors
Abstulit. O misero frater adempte mihi,
Tu mea tu moriens fregisti commoda, frater,
Tecum una tota est nostra sepulta domus,
Omnia tecum una perierunt gaudia nostra,
Quae tuus in uita dulcis alebat amor.
Cuius ego interitu tota de mente fugaui
Haec studia atque omnis delicias animi.

Quare, quod scribis Veronae turpe Catull*o*

10. que *om. c* et *om. HbP* huic *b* petit *G.*

11. nec mea *H* tibi ne mea tibi sint *A et L m. pr.* mea ne tibi sint *a* īgnota *P* incommoda *HdP ed. Pr.* incomoda *Da Ric.* 606 comoda *C* commoda *cett., pr. B., in quem tamen serior manus* ī *inferciit* manli *DbdP Ric.* 606 *Muretus uulgo* mamli *c* malli *ABLV margo P* al. mauli mali *Ven.* mali *CHLa*^{1}*Oa* mali (o) *G* mauli *La*^{2} Mani *Lachmannus Haupt. Vsener.*

12. Seu me *G* Heu me *AD* Neue *c* hospitis *om. a sed habet in marg.* sospitis *Schraderus.*

13. Aspice *Db* uerser *a* miser *b et L m. pr.*

14. Nec *H* a *om. AHL.*

16. *om. O* Iocundum *CVab* cum *om. a.*

18. amariciem *a* amariritiem *G* amatricem *H* amaritōem *O.*

19. hunc *a* mons *d.*

20. Abscidit *P et Cuiacianus teste Scaligero* pãter *H.*

21. me *V* comoda *BCOV* *Pro hoc uersu P et d habent* Tu misero fratri iucundum lumen ademptum *repetitum ex u.* 93.

22. est *om. Ven.* nostra est tota *b* una est nostra tota *V.*

24. habebat *a* ducis alebit *H. Vu.* 21–24 *per errorem huc ex c. LXV translatos esse censebat Froehlichius, ex LXVIII.* (93)–(96) *Bernhardius, ex CI., ubi post u.* 6 *collocandi essent A. Weisius.*

26. omnem *O* omnes *a* delitias *CDHL.*

27–30 *delebat Gualterus Landor cuius haec est annotatio.* 'Quare quod

Esse, quod hic quisquis de meliore nota
Frigida deserto tepefac*s*it membra cubili,
Id, Malli, non est turpe, magis miserum est.
Ignosces igitur, si, quae mihi luctus ademit,
Haec tibi non tribuo munera, cum nequeo.
Nam, quod scriptorum non magna est copia apud me,
Hoc fit, quod Romae uiuimus: illa domus,
Illa mihi sedes, illic mea carpitur aetas:
Huc una ex multis capsula me sequitur.
Quod cum ita sit, nolim statuas nos mente maligna
Id facere aut animo non satis ingen*u*o,
Quod tibi non utriusque petenti copia posta est:
Vltro ego d*e*ferrem, copia siqua foret.

'scribis—miserum est. *Miserum est uere si hos quattuor uersus Catullus 'scripserit.'*

27. quod hic *b* catullo *Dcd ed. Pr.* catulo *a* catulle *P* catulle *$ABCGHLLa^2OV$ Ven. b Santenius* Catulli *H m. pr.* Catullo est *Froehlichius.*

28. quid *a* quidem *H* is *D* quisquis *codd.* quiuis *malit Lachmannus Lucret. p.* 287, *cf. Maduicum Fin. V.* 9. 24. est *add. Perreius.*

29. tepefacit *$ABCDGLLa^1OV$ Ric.* 606 tepefacta *La^3* (tepefactat) tepefacit *Ven. La^2* tepescit *Vic.* tepefecit *HLa^4bacdP ed. Pr. uulgo et Santenius* tepefactat *Annotator ed. Muretinae Auct.* 2 *R.* 6. 30 tepefactet *Bergkius* tepefiant *Vossius* tepefaxit *Lachmannus* menbra *D* cubilli *Oa.*

30. Idque *H* manli *Pb Ric.* 606 mauli *a* mali *$ACGHLa^1La^2OV$ Ven. D m. pr.* māli *B* Mani *Lachm. Haupt.* miser *BLa^1H* miserum 'st *Lachm. Lucret. p.* 17.

31. Ignoscis *La^1* Ignoscēs *O* Ignoscas *P* me *b* mi *c.*

32. Nec *C* tum *O.*

33. quid *a* magna non est *V* non magna est copia est *La^1* no (non) *H* aput *CH.*

34. Hec *O* Hoc (fit ut) quod *a.*

35. me *H* illa *P m. pr.*

36. e *d* casula *La^2.*

37. noli *O* nolī *G* nos statuas *AL.*

38. ingenuo *APVbad ed. Pr.* ingenuo *B* ingenio *cett.*

39. uirtusque *b* petiti *Parthenii ed.* 1486 peteiti *Behrensius* posta (posita *H*) est *$ABCGHLLa^1La^2OV$ Vossius* postea est *b* facta est *DdP Ric.* 606 *ed. Pr. uulgo et Lachmannus* est copia facta *a* praesto est *Froehlichius* porcta est *Ribbeckius in Iahn. Ann. LXXXV.* 377 parta est *Schwabius* aperta est *Behrensius.*

40. Vltra *H* defferrem *ed. Parm.* 1473 deferem *a* diferrem *AL* differem *GVa* differrem *cett.*

Non possum reticere, deae, qua m*e* Allius in re
  Iuuerit aut quantis iuuerit officiis:
Nec fugiens sae*c*/is obliuiscentibus aetas
  Illius hoc caeca nocte tegat studium:
Sed dicam uobis, uos porro dicite multis
  Milibus et facite haec c*a*rta loquatur anus.
. . . .
  . . . .
. . . .
  Notescatque magis mortuus atque magis,
Nec tenuem texens sublimis aranea telam

41. *Hinc initium alterius carminis ducunt Ramlerus in ed.* 1793 *Froeblichius Bergkius Heysius Hertzbergius Gruppius Rossbachius Ed. a Bruner A. Weisius Schwabius Westphalius Frankius Behrensius* quam fallius *CGHLLa^{2}Oa* quam falius (salius *P*) *ABLa^{1}P* quam (qua *Vic.*) fallimus *Db Ric.* 606 *Vic.* quam saluis *d* q3 facilius *V* qua me Allius *Scaliger* qua Mallius *Calp.* qua Manlius *Muretus uulgo* qua me Acilius *Heysius* ire *O.*

42. Inuenit *Ob.*

43. Nec *ACDGLLa^{1}La^{2}OVab Conr. de Allio Handius edd. post Lachmannum* Hec *BPd* Haec *Hc* ne *Calpurnii ed.* 1481 *uulgo et Santenius* Nei *Behrensius* sedis *ABH pr. L La^{1}La^{2}OVab* etas *O.*

44. haec *BHb* ceta *La^1* rogat *AC* regat *L m. pr.* teget *Marcilius.*

45. porto *O.*

46. Milibus. *O* Milibus *Pad* carta *La^{2}V* certa (al. carta) *Ven.* cāta (cerata) *O* certa *ABCDGHLa^{1}cd Ric.* 606 *P* certe *a* curua *b* cera *Statius. Sed cf. Aesch. Fr.* 323 *Nauck* ὡς λέγει γέρον γράμμα, *Cir.* 41, *Mart. XII.* 4. 4 Fama fuisse loquax cartaque (certaque *sex Schneidewini codices*) dicet anus.

47. *Spatium unius uersus in BCGLLa^{1}V Ven. bcd et Phillippensi, duorum in H. G scriptum habet in margine* defit, *Ven. et B* deficit, *d* deest *interscriptum. In La^{2}O post u.* 46 *sequitur sine interuallo* Notescatque magis mortuus atque magis, *in ADa Vic. Ric.* 606 Omnibus et (in *Parisinus* 7989) triuiis uulgetur fabula passim, *qui uersus in codice Parisino* 7989 *Senecae ascribitur, quem credunt esse Thomam Senecam qui uixit Anconae circa annum* 1420, *Hauptius Qu. Cat. p.* 42, *Ed. a Bruner p.* 627. *Margo D ed. Pr. Ald. I. et Guar. habent* Omnibus inque locis celebretur fama sepulti. *Cuiacianus teste Scaligero habebat* Muscosi repetat uada remigiis Acherontis, *qui uersus bodie legitur in P, sed nigriore atramento et post erasam quae prius fuerat scripturam. Huius scripturae etiamnum tres litterae legi possunt* Led, *unde conicio olim LXIX.* 5, *nescio quo casu illatum fuisse. Sed haec omnia supposititia esse post Statium omnes uiderunt. Ipse trium uersuum indicaui lacunam. Vide Prolegomena.*

50–52 (48)–(50) *del. A. Weisius.*

50 (48). *Spurium habent Handius Obseruat. p.* 21 *et Gualterus Landor* I notescatque (I *rubris litteris scriptum*) *La^1* Noctescatque *d ed. Pr.* Notescamque *G.*

51 (49). Nec *codd.* Ne *Ald. I. uulgo ante Santenium* texens

In deserto Al*l*i nomine opus faciat.

Nam, mihi quam dederit duplex Amathunsia curam,
Scitis, et in quo me corruerit genere.
Cum tantum arderem quantum Trinacria rupes
Lymphaque in Oet*a*eis M*a*lia T*h*ermopylis,
Maesta neque assiduo tabescere *p*u*p*ula fletu
Cessaret tristique imbre madere genae.
Qualis in aerei perlucens uertice montis
Riuus muscoso prosilit e lapide,

tenuem
tenuem *D* tekens *a* te texens *c* arenea *D Ric.* 606 aragnea *a* arachnea *c*. *Post hunc uersum sequitur in codicibus* iocundum (iucundum *DLPad*) cometas (cum aetas *ad*) florida ut (aut *BH Phillippensis* uer *Phad*) ag̨eret, *deinde interstitium in LPVcd Phillippensi. In a post u.*(49) *qui ultimus est dextrae paginae infra scriptum est neque id a recentiore manu, ut uidetur,* deficit Versus. *Deinde in summa proxima pagina* Iocundum cum aetas florida uer ageret. *Vide ad u.* 16, *et cf. Prolegomena.*

52 (50). ali *ABCGHLLa*[1]*La*[2]*PV Phillippensis* alli *O* alii *Ven. b* aliis *Da Ric.* 606 alit *d* Alli *Scaliger uulgo et Lachm.* Auli *Marcilius* Acili *Heysius.*

53 (51). Non *G* que *a* dulcis *BA* amathusia *ABCGLa*[2]*OP* amatusia *HVc* anatunsia *D Ric.* 606 amātūsia *a* Amathuntia *Scaliger in notis ad Culicem.*

54 (52). Sitis *b* iniquo me erruerit *a* conuertit *d* torruerit *Turnebus Aduers. XVI.* 1 *Lambinus ad Lucret. III.* 824 in quo me torruerit cinere (cenere) *Io. Is. Pontanus ad Macrob. I.* 7 *Heinsius* corpuerit *Marklandus* in qua me torruerit uenere *Schraderus* in me quo corruerit genere *Doeringius.*

55 (53). ardemur *H* ꝙ *V* trinatria *La*[1].

56 (54). Limphaque *BOV* Limpha *a Ric.* 606 Limphe *D* et in *H* oeteis *P* ēetheis *G* oetheis *bac Ric.* 606 oethis *BLa*[1]*Ven.* ortheis *AL* otheis *CV* cethis *La*[2] cetheis *O et D m. pr.* cetis *H* malia *a Parthenii ed.* 1486 *uulgo* maulia *B m. pr. GLa*[1]*La*[2]*O Ven. bd. ed. Pr.* maula *V* manlia *DHP Ric.* 606 *ed. Trinc. Auancii, Turnebus Aduers. XXIV.* 5 manlia (u superscr.) *Vic.* mamlia *c* mathilia *L* matilia *C* amathilia *A* termophilis *ADGLLa*[2]*PVa* termopilis *O* termophylis *Ven.* termopylis *BLa*[1] thermophilis *C* Thermopylis *ed. Pr.*

57 (55). nibre *Ven.* nummula *Ob* nutmula *H* mämula *et in marg.* nũmula *Ric.* 606 numula *cett.* malula *ed. Paris. Saec. XV.* lumina *dP uulgo* *Fortasse* pupula *cf. LXIII.* 56, *Calui fr.* 11 Cum grauis urgenti coniuere pupula somno. *Simili, ut uidetur, errore scriptum est in Gloss. Ball. post* poplites, popon, 'papula principale. quod est pupilla. diminutiue. i. oculi pupilla.' *Nunc uideo Behrensium recepisse* pupula.

58 (56). Cessaret *Dac Ric.* 606 Cessare *AL* Cessareue *C* Cessare ne *GHLa*[1]*La*[2]*OV Ven. b* Cessarent *Pd Calp. ed.* 1481 ymbre *G* imbri *V* neque tristi imbre *Behrensius.*

59 (57). aerei *DbacP* pellucens *P.*

60 (58). mustoso *La*[2] muscuso *B* musculo *La*[1] prosilta e *D.*

Qui cum de prona praeceps est ual*le* uolutus,
  Per medium densi transit iter populi,
Du*l*ce uiatori *l*asso in sudore leuam*en*,
  Cum grauis exustos aestus hiulcat agros:

Hic, uelut in nigro iactatis turbine nautis
  Le*n*ius aspirans aura secunda uenit
Iam prece Pollucis, iam Castoris implorat*a*,
  Tale fuit nobis Mallius auxilium.
Is clusum lato patefecit limite campum,
  Isque domum nobis isque dedit dominam,
Ad quam communes exerceremus amores.
  Quo mea se molli candida diua pede
Intulit et trito fulgentem in limine plantam

61 (59). ualde *ABCGH pr. LLa¹La²OV* uoluptus *O* uale uolutas *a* uolutans *Ric. m. pr.*
62 (60). dempsi *VC* sensim *Hauptius* (*Quaest. Catull. p.* 88).
63 (61). Duce *ABCDGHLLa¹La²OPVab* Diue *d* Dulce *Calp. ed.* 1481 uiatorum *La²O* lasso *ed. Parm.* 1473 basso *codd.* crasso *Behrensius* in subdole *b* leuamen *Calp.* 1481 lauamus *a* leuamus *cett.*
64 (62). graui extus hyulcat *V* exustes *a* hiultat *O.*
65 (63). Flet *pro* Hic *Vic. b* h' (Haec) *O* Ac *uulgo ante Santenium.*
66 (64). Lenius *Pbad* Lennius *c* Leuius *ABCGHLLa¹La²OV Ven.* Leniter *D Ric.* 606.
67 (65). prepolucis *a* prae pollucis *c* preces *C* implorate *ABCDGHLLa¹La²OV* imploratae *Ric.* 606 implorata *Pbd* implorante *a Statius* implorata *ed. Pr. uulgo Santenius Bergkius* (*Philol. XVI.* 626) imploratu *Lachmannus* implorati *Heysius* imploratei *Schwabius* Iam prece Polluces iam Castoras implorante *Guyetus teste Santenio, Vossius* Iam face P. iam C. implorata *Ezra uan Ieuer ad Luc. III.* 273 *Doruillius Froehlichius* *Fortasse* uice.
68 (66). uobis *B* manlius *ACDGLLa²Phad Ric.* 606 *ed. Pr. uulgo et Santenius* mamlius *c* Mālius *B*, M *magna* malius *HLa¹V* allius *marg.* manllius *O* Manius *Lachm. Haupt.* Allius *Rossb. Schwab.* '*Post* 66 *aliquando putaui inserendos esse uu.* 157 *et* 158.' *Schwabius.*
69 (67). clausum *O marg. D ed. Pr.* classum *ABGH pr. L La¹La²PV Ven.* clasum *C* classem *a* crassum *D Ric.* 606 clussum *coni. Schwabius* laxum *Scaliger. Cf. Sen. de Benef.* I. 14 minus laxum limitem aperire dato *a* lumine *a.*
70 (68). dominae *Froehlichius Ed. a Bruner.*
71 (69). comunes *BCDGbP* ꝯmunes *O.*
72 (70). *ante* 71 (69) *ponit b.*
73 (71). triti *H* lento *b* tuto *dP.*

Innixsa arguta constituit solea.

Coniugis ut quondam flagrans aduenit amor*e*
Protesil*a*eam Laud*a*mia domum
Incepta*m* frustra, nondum cum sanguine sacro
Hostia caelestis pacificasset heros.
Nil mihi tam ualde placeat, Ra*m*nusia uirgo,
Quod temere inuitis suscipiatur heris.
Quam ieiuna pium de*sid*eret ara cruorem,
Docta est amisso Laud*a*mia uiro,
Coniugis ante coacta nou*i* dimittere collum,
Quam ueniens una atque altera rursus hiems
Noctibus in longis auidum saturasset amorem,
Posset ut abrupto uiuere coniugio,

74 (72). Inixa *La*^{1}*OV* Inixſa *B quantum scio, solus.* argusta *P* constititit *b m. pr.* in solea *D* constitit in *Ald. I. uulgo ante Lachmannum.*

(73)–(132) *Ramlerus,* (75)–(130) *A. Weisius ex hoc carmine eiciunt.*

75 (73). amorem *ABCGHLa*^{1}*OVb* amore *cett. uulgo et Lachmannus.*

76 (74). Prote (o *c*) silaeam *Dcd ed. Pr.* Protesileam *OV* Prothesilaleam *a* Prothesile(ę *B*)am *ABCGHLLa*^{1}*La*^{2}*b* laudomia *ABCDGHLLa*^{1}*La*^{2}*O Ven. b. Vide Vsenerum in Iahn. Ann. XCI.* 220–232 *Schuchardtum de Vulgari Lingua Romanorum II.* 142–146 laudamia *V* laodomia *acdP* Laodamia *uulgo et Lachmannus* Laodamea *Silligius.*

77 (75). Inceptam *Turnebus Aduers. XXI.* 17 *ex Hom. Il. II.* 701 Incepta (incoepta *Ven.*) *codd. praeter a in quo legitur* inceptum Incepto *Froehlichius* (*cf. Ciris* 328 Non ego te incepto fieri quod non pote conor Flectere amore), *A. Weisius* nundum *LAab* frustra *post* nundum *a* cum *om. V* sero *H.*

78 (76). pacificasset *ABCGHLLa*^{1}*La*^{2}*OPV Ven. bd* conciliasset *Dac marg. Vic. Ald. II. Statius.*

79 (77). ualide *V* rānusia *D* rāmusia *O* ranusia *cett.* ramnusia *ed. Pr.*

80 (78). Quam timere *H* suspiciatur *H* eris *D.*

81 (79). ieuna *B ed. Pr.* desi(y *P*)deret *dP* desyderat *c* desyderet *P* deficieret *D* defficeret *a* deficeret *cett. Ric.* 606 defideret *ed.* 1473.

82 (80). ammisso *a* comisso *b* laudomia *ABCDGHLLa*^{1}*OV* laodomia *abdP* uirgo *G* (*marg.* uiro) *CLa*^{2}*Ob.*

83 (81). nouum *Dacd P Ric.* 606 *uulgo ante Muretum* nouit *AGO Ven.* uouit *BCHLLa*^{1}*La*^{2}*b* noui *ed. Trinc. Auancii, Muretus* cohacta *ante* dimittere *V.*

84 (82). uellens *H et Canonicianus* 33 hyemps *DOd* yems *V.*

85 (83). staurasset *H.*

86 (84). et *D Ric.* 606 ab *V* ab rupto *AG* obrupto *D* abr(u)epto *c* abinnupto *Ob Vossius* absumpto *Behrensius.*

Quod scibant Parcae non longo tempore abisse,
Si miles muros isset ad Iliacos:

Nam tum Helenae raptu primores Argiuorum
Coeperat ad sese Troia ciere uiros,
Troia (nefas) commune sepulcrum Asiae Europaeque,
Troia uirum et uirtutum omnium acerba cinis,

Qua*li*ter id nostro letum miserabile fratri
Attulit. Ei misero frater adempte mihi,
Ei misero fratri iucundum lumen ademptum,
Tecum una tota est nostra sepulta domus,

87 (85). sciebant *V* scribant *Dd Ric.* 606 scibat *Lachmannus* scirant *L. Mueller.* abiisse *b* abesse *PHad uulgo ante Conrad. de Allio* abisse *cett. ed. Pr. Conrad. de Allio Santenius Lachmannus Haupt. Heys. Rossb. Schwab.* adesse *coni. Santenius* uixe *Ribbeckius in Iahn. Ann. LXXXV.* 377 obisse *Behrensius.*

88 (86). Similiter *A pr. L* Si milles *G m. pr.* Si milies *V* iss3 *O* esset *D solus* (*Lachm*). yliacos *BGLa*^{1}*OV* ylliacos *a* illiacos *Ab.*

89 (87). Iam *a* cum *O* tum *om. P.*

90 (88). troya *BDLa*^{1}*Va* nere *a.*

91 (89). Troya *BDVd* nephas *BDHVabd* cõe *BGLa*^{1} comune *Ca* 9mune *O* sepulchrum *CHLadbP* Europes *a* europae asiaeque *c ed. Pr. Ald. I. Muret. Stat. Doering.*

92 (90). Troya *BDVd* acerbe *c* cinis *om. D m. pr. Nunc habet* finis. *Cf. Non.* 198 Cinis . . . feminino apud Caesarem et Catulum (Catullum) et Caluum lectum est, quorum uacillat auctoritas: 'Cum iam fulua cinis fueris.' *cf. Charis. I. p.* 78 *P* (101 *K.*) *Prisc. V.* 42 (*p.* 169 *K.*)

93–102 (91)–(100) *del. A. Weisius, ex quibus* (94)–(100) *post CI.* 6 *collocandos censet. Gualterus Landor eosdem uersus pro interpolatis habebat.*

93 (91). Quae uetet id *ACDGHLLa*^{2}*OV* Quae uectet id *BLa*^{1}, *sed in B ultima littera uocabuli* uectet *ita producta est, ut* uecter *esse potuerit* Quae uetat id *ad* Quae uetet *bP* nuper *Passeratius* nunc et *Marcilius Vngerus* uitai nostrae *Ribbeckius in Iahn. Ann. LXXXV.* 378 uelut id *Coningto* uelut his *uel* eis *Eduinus Palmer* (Queis ueluti id *iam antea Froehlichius*) ueterum id *Heysius* ueter id *ed. Parm.* 1473, *quod in ed.* 1 *retinui* Quaene etiam *Heinsius G. Hermannus in Iahn. Ann. XXXIII.* 245 frater *GLa*^{1}*Ob* frater al. fratri *B.*

94 (92). ei *DO* heu *a* frateter *G* adempto *a.*

95 (93). Ei *D Ric.* 606 Hei Ō frater *b* iocundum *ABCVa* iocundumque *Ob* uiuendum *H* limine *O* adeptum *GO Ven.*

96 (94). est *om. D* una est tota *a* una sed tota *P* una est nostra tota *V* sepolta *uel* sepalta *D m. pr. Vu.* 93–96 *tamquam ex c. LXV iniuria repetitos om. Froehlichius.*

Omnia tecum una perierunt gaudia nostra,
  Quae tuus in uita dulcis alebat amor.
Que*m* nunc tam longe non inter nota sepulcra
  Nec prope cognatos compositum cineris,
Sed Troia obscena, Troia infelice sepultum
  Detinet extremo terra aliena solo.

Ad quam tum properans fertur *simul* undique pubes
  Graeca penetralis deseruisse focos,
Ne Paris abducta gauisus libera moecha
  Otia pacato degeret in thalamo.

Quo tibi tum casu, pulcerrima Laud*a*mia,
  Ereptum est uita dulcius atque anima
Coniugium: tanto te absorbens uertice amoris
  Aestus in abruptum detulerat barat*h*rum,

98 (96). inuitam *H*.
99 (97). Quem *P Calp. ed.* 1481 Quae *uel* Que *cett.* logne *V* sepulchrẹa *G*.
100 (98). ꝯpositum *O* compositus *LA* cineris *ABCGLOVb*.
101 (99). troya—troya *BDLa*[1]*Vd* sepulchrum *PDacd Ric.* 606, *sed in P eadem mannus correxit* sepulc̣ḥtum (al.) sepulcrum *marg.* sepultum *V*.
102 (100). Detinat *D Ric.* 606 extrem‡o *P* a nostro *Calpurnius Parthenius Ald. I. Muretus* alieno *La*[1].
103 (101). quem *b* cum *a* tuum *G* penetrans *V* fertur undique *ABCGLa*[1]*La*[2]*OV Ven. Vic. b* fertur undique *DLc* ferretur (feretur *H*) undique *HdP* fertur ut undique *a*, ut *pallidiore atramento scriptum* fertur et undique *Ric.* 606 simul *addiderunt Itali, habent ed. Pr. et pleraeque* cuncta *Froehlichius* puppes *Vic. b* pupes *O*.
104 (102). Graia *L. Muellerus* penetrales *DacdP* desseruisse *D* foccos *O* deos *Dac Ric.* 606.
105 (103). Ne *DGPacd* Nec *ABCHLLa*[1]*La*[2]*OV Ven.* Hec *b* paris *om. spatio relicto c et a m. pr.* ps *O* abducta *alia manus scripsit in a*.
106 (104). Ocia *ABCDGLa*[1]*bacP* Octia *O* paccato *HOb* peccato *a et H m. pr.* placato *D Ric.* 606 talamo *La*[2]*V*.
107 (105). Quod *ABGHLa*[1]*La*[2]*OVb Phillippensis* cum *bd* cāū pulcerima *O* pulcherima *V* laudomia *codd. plerique* laodomia *cdP* laodamia *a*.
108 (106). ē *H* anima] oī *a* omnia *d*.
109 (107). absoluens *Dac Ric.* 606 obsorbens *d*.
110 (108). abreptum *H* abrutum *V* aruptum *L* abductum *b* retulerat *d* depulerat *Heinsius* baratrum *ABCGLa*[1]*La*[2]*OVabdP*.

Quale ferunt Grai P*h*eneum prope Cylleneum
  Siccari emulsa pingue palude solum,
Quod quondam caesis montis fodisse medullis
  Audit falsiparens Amphitryoniades,
Tempore quo certa Stymphalia monstra sagitta
  Perculit imperio deterioris heri,
Pluribus ut caeli *ter*eretur ianua diuis,
  Hebe nec longa uirginitate foret.
Sed tuus altus amor barat*h*ro fuit altior illo,
  Qui *domin*um domitum ferre iugum docuit.

(109)-(118) *insiticios habet Ed. a Bruner.*

111 (109). Que *D* fuerunt *G* fuerunt *C* grai *BCGLa*^{2}*VOb* graii *Had Lachmannus* peneum *ABCGHLLa*^{1}*La*^{2}*POVb* peneius *Da Ric.* 606 poneum *d* Pheneum *Auancius* cileneum *ACL* cilleneum *BGLa*^{1}*La*^{2}*OV Ven. c* cilenum *aH* uleneum *P* ulneum *d* celenem *D Ric.* 606.

112 (110). Siccari *codd.* Sicari *O* Siccare *Schraderus Lachm.*

113 (111). mortis *d* fedisse *D* medulis *a.*

114 (112). Audet *ABCGLa*^{1}*La*^{2}*O Ven. bdP* Arridet *H* Audêt *V* Aldit *D* Aut *a* Audit *Palmerius in Spicilegiis p.* 102 *Santenius Doeringius pro se quisque coniecerunt; receperunt post Silligium omnes. Cf. Schuchardtum de Vulgari Lingua Romanorum II. p.* 46 falsi parens *O* amphytrioniadis *GLa*^{2} amphytryoniades *C* amphitrionidas *H* amphitrioniadis *BLa*^{1}*OVb* amphitrioniades *APad.*

115 (113). Tempora *V* creta *D m. pr. c Ric.* 606 stymphalida *P* stimphalia *HVac* stinphalia *C* stinfalia *AL* sagita *BLa*^{1} sagipta *VD Ric.* 606 sagicta *d.*

116 (114). Pertulit *ABCDHLLa*^{1}*La*^{2}*O Ven.* Pertullit *G* Perculit *Pbacd Ric.* 606 deterrioris *G.*

117 (115). et celsi *b* ceu *La*^{2} tereretur *BDHPa Ric.* 606 treretur *O* treerretur *G* terrereretur *La*^{1}*O* terretur *ACLa*^{2}*d* terretur *L* teretur *b.*

118 (116). Heb'r *O* fuit *b.*

119 (117). tunc *a* baratro *ABCDGHLa*^{1}*La*^{2}*Vbad* altius *b.*

120 (118). Qui diuum domitum *PDad Ric.* 606 *ed. Pr. Scaliger in commentario, de Eurystheo dictum ratus* Qui tuum domitum *cett.* Quod diuum domitum *Ald. I.* Qui dirum domitum *Puccius* Qui te non domitum *Guarinus* Qui tantum indomitam *Statius* Qui toruum domitum *uel* Qui in uita indomitum *Vossius* Qui tunc indomitam *Conr. de Allio* Qui tauri indomitam *Schraderus* Qui durum domitam *Lachmannus* Qui diuum indomitum *Froehlichius* Qui tamen indomitam *Heysius* Qui toruum dominum *Behrensius* *Scripsi* Qui dominum domitum *h. e. amor tuus barathro illo Arcadico altior fuit, qui Protesilaum, mariti dominique ius in te habentem, coegerit ut iugum ferret amoris tui. Cf. u.* 116. *Error ex confusis* dum dum (tbum dum) *fortasse ortus est.*

Nam ne*que* *tam* carum confecto aetate parenti
  Vna caput seri nata nepotis alit,
Qui, cum diuitiis uix tandem inuentus auitis
  Nomen testatas intulit in tabulas,
Impia derisi gentilis gaudia tollens,
  Suscitat a cano uolt*u*rium capiti:
Nec tantum niueo gauisa est ulla columbo
  Compar, quae multo dicitur improbius
Oscula mordenti semper decerpere rostro;
  Quanquam praecipue multiuola est mulier.
Sed tu *h*orum magnos uicisti sola furores,
  Vt semel e*s* flauo conciliata uiro.

Aut nihil aut paulo cui tu*m* concedere digna,
  Lux mea se nostrum contulit in gremium,
Quam circumcursans hinc illinc saepe Cupido

121 (119). Nam *om. HLa*^{2} nāç *b* nec *ABCDG pr. L La*^{1}*O Ven. b Ric.* 606 neque *La*^{2}*a* tam *DObacdP* cà *V* causa^{tam} *L* tam causa *H* causa *ABCDGLa*^{1}*La*^{2} *Sed margo B habet* al. neque tam *Error ex confusis* cā tā *ortus uidetur* earum *B* eram *pro* carum *H* confesto *P*.

122 (120). capud *La*^{1}.

123 (121). tum *Dc Ric.* 606 in *add. Scaliger* tum demun iuuentus *a* inuetus *b* aiutis *b* amicis *d*.

124 (122). ceratas *Schraderus* intulit *bis V*.

125 (123). desiri *V*.

126 (124). Suscitat a *Pd* Suscitata *ABHLLa*^{1} *Ven.* Seu suscitata *b* Scusc(o *G*)itata *CGLa*^{2}*O* Suscitat et *Dac Ric.* 606 *ed. Pr. Scaliger* cano *om. b* caro *a* uoltarium *CDGLa*^{1}*La*^{2}*OPV Ven.* uultarium *ALd* uolutarium *a* uoluntarium *BHb* capite *Pd* capiti *cett.*

127 (125). gauiso *B m. pr.* illa *b fortasse uere.*

128 (126). Compq; *O* qui *Phillippensis H Canonicianus* 33, *quod poterit pro datiuo accipi* improbrius *BDLa*^{1}*V Ric.* 606 īprobius *O*.

129 (127). Obscula *V*.

130 (128). Quam quae *ed. Trinc. Auancii Vossius Marklandus Schraderus Froebl. Haupt. Heys. Schwab. L. Mueller. Behr.*

131 (129). tuorum *BCGHLLa*^{1}*La*^{2}*OVba* tuo *A et L m. pr.* horum *D* harum *c* tu horum *d ed. Pr. uulgo et Lachm.* tu harum *Muretus* tu olim *P*.

132 (130). es *ad Ric.* 606 efflauo *O* est *D* e *cett.*

133 (131). paruo *b* paulum *Colocius excerpta Perreii* quoi *P* tu *codd. Vossius* tum '*nescio quis ante Muretum*' (*Lachm.*) *Impressum non legi ante Muretinam. Cf. uu.* (87), (101), (105).

134 (132). sic *b* si *d* contullit *G* cum tulit *Conr. de Allio* ingremium *B*.

135 (133). circumuersans *b* hinc illic *La*^{1}*Vd* hinc illum *H* huc illuc *Dac ed. Pr.*

  Fulgebat crocina candidus in tunica.
Quae tamen etsi uno non est contenta Catullo,
  Rara uerecundae furta feremus herae,
Ne nimium simus stultorum more molesti.
  Saepe etiam Iuno, maxima caelicolum,
Coniugis in culpa flagrantem con*tud*i*t ira*m,
  Noscens omniuoli plurima f*ur*ta Iouis.

At, qu*ia* nec diuis homines compon*ier* aequum est,

  . . . .
. . . .
  . . . .
. . . .
  . . . .
. . . .
  . . . .

136 (134). intunica *La*^{2}.
137 (135). tantum *H* non *om. A et L m. pr.* coēpta Catul^{l}o *O.*
138 (136). uereconde *A* furemus *V.*
139 (137). *Extat in Compendio Moralium Notabilium Hieremiae Iudicis de Montagnone Part. II. Lib.* 1, *Rubr.* 5 *ed. Ven.* 1505 Nec *AH* simus nimium *a* sçimus *L* scimus *ACLa*^{2} simul *H* sumis *d* tutorum *Bebrensius.*
(138)-(141) *ut aliunde petitos et ab interpolatore adiectos del. Handius Obs. p.* 26.
141 (139). cotidiana *BCOV* cotediana *d* cottidiana *La*^{1} quottidiana *HAacb* quotidiana *G* continet iram *Santenius* concoquit iram *Lachmannus* conquoquit *Gul. Wagner Schwabius* contudit iram (cōtuditirā) *Hertzbergius* condidit *Poblius* concitat *Pleitnerus* concipit *Bebrensius. Post u.* (139) *duos uersus excidisse censet post Statium Rossbachius.*
142 (140). Hoscens *d* comniuoli *C* omniuoli ignoscens *coni. Heinsius* facta *ABCGHLLa*^{1}*La*^{2}*O Ven. b* furta *Dad ed. Pr. uulgo et Lachmannus.*
143 (141). *om. in textu, habet in marg. H* At quia *ACDac Ric.* 606 *Lachm.* Atqui *Pd uulgo* At q3 *L* Atque *cett.* Atquei *Schwabius* hominem *D* componier *Calpurnii ed.* 1481 componere *codd.* fas est *in Vaticano quodam codice scriptum fuisse testatur Santenius habetque id ed. Trinc. Auancii. Post u.* (141) *Marcilius in Asterismis et Lachmannus iudicant non pauca excidisse, quae aliam digressionem quales multae in hoc carmine reperiuntur conficere potuerint, uti censet Hauptius* (*Quaest. Catull. p.* 41). *Rossbachius duos tantum uersus amissos esse credit. Indicaui lacunam* 18 *uersuum, qui numerus in archetypo fuisse uidetur. Vide Prolegomena. Omnes codices uersus continuant.*

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
Ingratum tremuli tolle parentis onus.
Nec tamen illa mihi de*x*stra deducta paterna
Flagrantem Assyrio uenit odore domum,
Sed furtiua dedit mira munuscula nocte,
Ipsius ex ipso dempta uiri gremio.
Quare illud satis est, si nobis is datur unis,
Quem lapide illa die*m* candidiore notat.

Hoc tibi, quod potui, confectum carmine munus

162 (142). *del. Muretus Broukbusius* Ingratum est *a* tremulist illa *coni. Lachmannus* honus *La*[1].

163 (143). dextra *HcP* de astra (dex) *a* de astra *A* deastra *cett.* dexstra *Schwabius et H. A. I. Munro* decstra *ego in ed. minore et sic Behrensius* dedicta *H* est *post* paterna *Ric.* 606.

164 (144). flagrantem *ACGHLLa*[1] *OV Ven. bacdP* flangrantem *B* fragrantem *D ed. Pr.* asyrio *AL* assirio *BLa*[1]*OVd* assiduo *a* uenitis (al. uenit) *Ven.*

165 (145). fortuna *d* monuscula *d* nigra *pro* mira *coni. Guarinus* prima *Heinsius* rara *Hauptius* muta *Heysius* media *Gualterus Landor in censura Trimestri Libror. Extern.* 1842, *p.* 361.

167 (147). uobis *Vb* his *GLa*[2] *Ven.* hiis *O* id *BLa*[1]*VHcb Phillippensis* is *d* unis *ABCGHLLa*[1]*La*[2]*OV Phillippensis* unus *DadP Ric.* 606 *Lachm.* ininis *b ut uidetur* imus *Scaliger Vossius* Si nobis id datur unis Quo lapide illa diem candidiore notet *Guarinus.*

168 (148). diem *ed. Parm.* 1473 dies *codd.* candiore *Od* candidior *V* notet *D Ric.* 606.

(149)–(160). *del. Bernhardius A. Weisius.*

169 (149). Haec (h') *O* quid *ad* quo *Muretus Schwab. Fortasse* confictum.

Pro multis, Al*li*, redditur officiis,
Ne uestrum scabra tangat rubigine nomen
Haec atque illa dies atque alia atque alia.
Huc addent diui quam plurima, quae Themis olim
Antiquis solita est munera ferre piis.
S*ei*tis felices et tu simul et tua uita,
Et domus *ipsa* in qua lusimus et domina,
Et qui principio nobis *rem con*d*i*dit A*ns*er,
A quo sunt primo omnia nata bon*a*.
Et longe ante omnes mihi quae me carior ipso est,
Lux mea, qua uiua uiuere dulce mihi est.

LXIX.

NOLI admirari, quare tibi femina nulla,

170 (150). Alli *Scaliger* aliis *codd.*
171 (151). Nec *HLP* Hec *d* nostrum *DV Ven. ab Ric.* 606 tangam *Da* tangit *b.*
172 (152). *om d.* Nec *D* atque alia alia *C.*
173 (153). Hunc *H* aderit *Phillippensis* plura *D* quae plurrima *H* quam themis *C* thenus La^2 quatenus *a* tenus *P m. pr. ni fallor.*
174 (154) *om. d.*
175 (155). Sitis *Da ed. Pr.* Scitis *P* Sites *d* Satis *cett.* Seitis *Behrensius* a tua *D* et tui *H* uite *BG*La^1*OV* uice *b* nati *H.*
176 (156). ipsa *Dad Ric.* 606, *om. ABCGL*La^1La^2*OVb* ipsi *Statius* domma *A.*
(157)-(158) *prius post* (160) *collocabat, postea ab interpolatore additos habuit Doeringius, uncis inclusit Silligius, post u.* (154) *transposuit Rossbachius.*
177 (157). terram dedit aufert *codices* terram nobis *D* terram *om. c* aufert *om. d* te transdedit Vfens *Scaliger* te transdedit auspex *Lipsius* auctor *Rossbachius* Anser *Heysius* nobis taedam dedit Anser *Behrensius* nobis rem condidit Anser *ipse conieci.*
178 (158). E *pro* A *d* mi *post* primo *add. Hauptius* primo sunt *P* primo st *marg.* su *erasis quae sequebantur litteris c. Fortasse* A quo spes primost tum mihi nata bonei nota *D Ric.* 606 bona *Pad* bono *cett. Lachm.* semina nata boni *Peiperus.*
Versibus (159)-(60) *appictum indicem digitum habet in margine G.*
179 (159). qui *D* quam *C* ipse est *Db Ven.*
180 (160). quia *a* uana *H* est *om. Dac* mihi dulce est *ACGHL*La^1La^2*OV Ven. b B m. pr.* mihi dulce est *P* (b a *supra*) mihist *Lachmannus Lucret. p.* 66.

LXIX.

Carmen totum om. D et Riccardianus 606.
In Rufum *BG*La^2*P* In Ruffum *AH*La^1 Ad Ruffum *marg. a* ad Rufum immundiciam suam ei obiciendo *b* *Spatium unius uersus in OV.*

Rufe, uelit tenerum supposuisse femur,
Non *si* illam *r*arae labefactes munere uestis
Aut perluciduli deliciis lapidis.

Laedit te quaedam mala fabula, qua tibi fertur
Valle sub alarum trux habitare caper.
Hunc metuunt omnes: neque mirum: nam mala ualde est
Bestia, nec quicum bella puella cubet.

Quare aut crudelem nasorum interfice pestem,
Aut admirari desine cur fugiunt.

LXX.

NVLLI se dicit mulier mea nubere malle
Quam mihi, non si se Iuppiter ipse petat.
Dicit: sed mulier cupido quod dicit amanti,
In uento et rapida scribere oportet aqua.

2. Ruffe *ACGHLOab* uelut *P* latus *pro* femur *a*.
3. Nos (Non *d*) illa mare *ABCGHLLa¹La²Obacd* Nos (Nō *P*) illam amare *VP* Non illam rarae *Calp.* 1481 Non ullam rarae *Auancius Doeringius Heysius* Non si illam rarae *Ald. I.* *Fortasse* carae, *cf. Lucr. I.* 730 labefactos *BHLa¹La²Vabc* labefactas *Pd.*
4. pro luciduli *BHLa¹Pcdb ed. Pr.* pro lucidoli *La²* delitiis *A.*
5. quendam *d* qua *G ex rasura, dP ed. Parm.* 1473 quae *uel* que *CHLa¹La²OVba.*
6. Vale *O* allarum *A pr. G Hd.*
7. Nunc *d ed. Pr.* ualde mala *d* nec mi mirum mala *H.*
8. Bestia. *O* qui cum *BadP* cui cum *GLa¹La²OVb* cum qua *AL ut Prop. II.* 6. 12 Me soror et cum qua dormit amica simul cum *omissa* qua *C* nec bella cui puella *H.*
10. frigiunt *O* fugiant *a, ed Trinc. Auancii, Heinsius ex coniectura.*

LXX.

Hoc carmen cum c. LXIX continuant codices omnes sinceri. De inconstantia (constancia *d*) foeminei (feminei *d*) amoris *Pd.*
1. mulier se uiuere *H* male *HLa¹OV* uelle *c fortasse ex Sueton. de Viris Illustribus XVIII* Soli Crassitio se dixit nubere uelle: *et sane* uellem *pro* mallem *uidetur usurpasse Martialis VII.* 18. 9.
2. iupiter *ACOab.*
3. cupit *b* quid *a.*
4. Inuento *GOa.* In uino *coni. Gifanius in ind. Lucret. p.* 450, *Burmannus Anthol. Lat. I. p.* 541.

LXXI.

SI qu*oi*, Vi*r*ro, bono sac*er* *ala*rum obstitit hircus,
Aut si quam merito tarda podagra sec*at*,
Aemulus iste tuus, qui uestrum exercet amorem,
Mirifice est a te nactus utrunque malum.
Nam quotiens futuit, totiens ulciscitur ambos:
Illam affligit odore, ipse perit podagra.

LXXII.

DICEBAS quondam solum te nosse Catullum,
Lesbia, nec prae me uelle tenere Iouem.
Dilexi tum te non tantum ut uulgus amicam,
Sed pater ut gnatos diligit et generos.

LXXI.

Hoc carmen cum c. LXX continuant codices. In Pd spatium est sine titulo.

1. qua *ABCDGHLa[1]OPVbacd* quaͦ *L* quo *La[2]* quoi *Itali, edd. pleraeque et Lachmannus* uiro *codd.* Virro *Parthenius Guarinus Muretus Scaliger Lachmannus* iure *Palladius Auancius Ald. I. Statius Hauptius Quaest. Catull. p.* 93 *Heysius Schwabius* sacrorum *codd. praeter d qui habet* sociorum *et O ubi legitur* sacratorum *quod seruauit Behrensius* sacer alarum *Itali Calp.* 1481 *uulgo* *Fortasse* sacer introsum obstit *D* astitit *a* hyrcus *Vab* ira is *H* Si quoi iure Bonae sacratorum *Froehlichius*.

2. quam *ACDGHLLa[1]La[2]OVba* qua *C et fortasse B m. pr. nunc habet* quȧ quem *Pd Ald. II. uulgo et Lachmannus* podraga *G* secat *DcdP Ric.* 606 serat *a* sequar *b ed. Parm.* 1473 secunt *O* secum *cett.*

3. questrum *AC* nostrum *b, et sic G sed erasa littera ut uidetur ubi nunc est* n.

4. Morfice *D* ate *codd.* Mirifico est astu *Muretus* Mirifico est fato *Hermannus* Mirifice est fato *Rossbachius* Atei *Heysius Schwabius malit* Atei (Attei) *ab* Atius Attius *ductum* utrumque *a*.

5. quociens *GO* futiuit *D* futuunt *P* faciunt *a* fatuit *d* tociens *GO*.

6. dolore *H* ipsa *HP* ipse. *O* podraga *G* podagra perit *VaP* peret *pr. La[2]*.

LXXII.

Ad Lesbiam *ABGHLa[1]La[2]bacdP. Spatium unius uersus in DOV.*

1. Dicabis *D* nosce *AHb* nouisse *V*.

2. ne *A* prime *O* pro me *H* per me *G*.

3. Dillexi *ba* tunc *D Ric.* 606 num *ACL* tamen *a* tum ęụm *H* ut uult uulgus *AC*.

4. natos *La* dilligit *a* at *D*.

Nunc te cognoui: quare etsi impensius uror,
  Multo *mei* tamen *es* uilior et leuior.
Qui potis est? inquis. Quod amantem iniuria talis
  Cogit amare magis, sed bene uelle minus.

LXXIII.

DESINE de quoquam quisquam bene uelle mereri,
  Aut aliquem fieri posse putare pium.
Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne
  Prodest, immo etiam taedet obestque magi*s*;
Vt mihi, que*m* nemo grauius nec acerbius urget,

8. Donatus ad Ter. And. IV. 3. 3. Amicus animi, amator uero corporis. Non enim continuo amor est qui bene uult. Vt Dido amauit quidem Aeneam, sed non et amica fuit quae ait 'Non potui abreptum diuellere 'corpus et undis Spargere,' et item Catullus 'Cogit—minus.'

---

5. cognoui. *O* uxor *b*.
6. mi tamen es *Baptista Guarinus* ita me nec—*D Ric.* 606 ita me nec *ABGHLLa*¹*La*²*OVd* Multo'' me ''ita nec *C* ita me ne *b* ita me *ac* ita me nec tu *Pd* *Error hinc ortus uidetur, quod* mei tamen es *cum in* me ita me nes *corruptum esset, prius* me *omissum est.*
7. Quid *D Ric.* 606 Quis *BHLa*¹*V* est potis *H* est *om. A* inquit *b* inquis (t) *P* quod *DLcdP* quam *ABCGHLa*¹*La*²*OV* quem *b* quid *a* quia *Statius Vossius* telis *D*.
8. *Post hunc uersum Guarinus ponebat c. LXXXV* Odi et amo—excrucior, *Statius c. LXXV* Huc est mens deducta—omnia si facias, *deinde c. LXXXV.*

LXXIII.

Hoc carmen cum c. LXXII continuant codices omnes sinceri. Conqueritur de amico *d quod idem in P per errorem c. LXXIV praefixum est.*
1. quocunque *d* quisquam *ABCGHLLa*¹*La*²*OVb* quisquam (quicquam) *Vic*, quicquam *PDac Ric.* 606 *Calpurnii ed.* 1481 *Ald. I. uulgo et Lachmannus* quidquam *d*.
3. *Post* benigne *uulgo addunt* est. *Sed uide Lachm. Lucret. p.* 297, *qui negat* est *pro* licet *usurpatum antiquae et germanae Latinitatis esse.*
4. Immo (Imo *GPbacd*) etiam tedet (cedet *d*) obestque (*sic GO Vic b marg. L*, stes *H* stetque *cett.*) magisque (magis *Hc*) magis (magisque *d* atque magis *Hc*) *codices.* Prodest *add. ed. Trinc. Auancii, idemque suppleuerunt Guyetus Froehlichius Buecbelerus. Cf. Cic. Orat. XLIX, Ouid. M. XI.* 320, *Trist. III.* 4. 8, *V.* 1. 66, *Fronto p.* 168 *Naber.* taedet, si fit *Lachmannus* Caelei, taedet *Schwabius.*
5. Vae *pro* ut *Guarinus Scaliger* quae (que) *ACGHLLa*¹*La*²*OVbd* qm̄ *D* quem *ac ed. Pr.*

Quam modo qui me unum atque unicum amicum habuit.

LXXIV.

*G*ELLIVS audierat patruum obiurgare *so*lere,
  Siquis delicias diceret aut faceret.
Hoc ne ipsi accideret, patrui perde*ps*uit ipsam
  Vxorem et patruum reddidit Harpocratem.
Quod uoluit fecit: nam, quamuis irrumet ipsum
  Nunc patruum, uerbum non faciet patruus.

LXXV.

HVC est mens deducta tua, mea Lesbia, culpa,

6. habuit amicum La^2 *In Ric.* 606 habuit *erasum est et in margine scriptum* habet amicum habet *ACDL* amicum *om. P* per *pro* qui *d. Versus* 5, 6 *Handio spurii uidebantur; idem fortasse senserat Auancius qui totum carmen tetrastichon in Rufum uocauerit. Carmen cum LXXVII.* 1-6 *coniungendum censet Ed. a Bruner.*

LXXIV.

Hoc carmen cum c. LXXIII continuant codices omnes sinceri. In Gellium *d* Conquerityr de amico *P.*

1. Selius *O* Lellius *AL* Lelius $BCDGLa^1$ Laelius *Politianus Misc. LXXXIII.* Leuius *a* Gelius *Hb ed. Parm.* 1473 Gellius La^2Pd *margo B* patrium *a* prinam *A* obiurgia *Ric.* 606 *cd ed. Pr.* obiurgium *a* abiurgia *D* flere *codices omnes* solere *Parthenius.*

3. priũ *A* Hos *d* H' *O* perdespuit $ABCDGHLLa^1La^2OPVbd$ par despuit *a* perdepsuit *Scaliger* ipsum *b.*

4. at *D* ad *b ed.* 1473 priium *A* patrium *Ha* reddibit La^1 reddit *BO* harpocratem *OP* harpocrathem $ABCGLa^1La^2$ arpocrathem *Vb* arpocratem *bacd* ippocratem *H.*

5. quanuis *C* inrumet *D m. pr.*

6. Hunc patrium *H* priium *A* priius *A.*

LXXV.

Hoc carmen cum c. LXXIV continuant codices. Ad Lesbiam *Pd.*

1. Huc $ABCDGLLa^1La^2OVbac$ Vc *ed. Paris. Saec. XV.* Huc huc *H* Hunc *Phillippensis* Nunc *dP et Cuiacianus, unde Scaliger, quem secuti sunt cum Statio omnes praeter me Silligium Rossbachium Behrensium, hoc tetrastichon a c. LXXXVII per errorem abscissum et cum eo coniungendum putauit hoc modo:*

Atque ita se officio perdidit ipsa suo,
Vt iam nec bene uelle que*at* tibi, si optima fias,
Nec desistere amare, omnia si facias.

LXXVI.

SIQVA recordanti benefacta priora uoluptas
Est homini, cum se cogitat esse pium,
Nec sanctam uiolasse fidem, nec foedere *in* ullo
Diuum ad fallendos numine abusum homines,

NVLLA potest mulier tantum se dicere amatam
Vere, quantum a me Lesbia amata mea es.
Nulla fides nullo fuit unquam foedere tanta,
Quanta in amore tuo ex parte reperta mea est.

Nunc est mens diducta tua, mea Lesbia, culpa,
Atque ita se officio perdidit ipsa suo,
Vt iam nec bene uelle queat tibi, si optima fias,
Nec desistere amare, omnia si facias.

Errorem ad transpositas paginas archetypi Lachmannus Hauptius Boehmius Schwabius Westphalius sed diuersis modis rettulerunt. Vide Prolegomena. Ipse codicum ordinem seruaui ut in re incerta. Quanquam enim c. LXXXVII per se uix satis constat, hoc in c. LXXV non cadit ex aequo. Bene enim respondent Huc *et* deducta; *contra minus bene post* Nunc *in u.* 1 iam *in u.* 3 *infertur* abducta *d* adducta *P et sic Cuiacianus teste Scaligero* diducta *Lachmannus* est mens tua deducta *H* me *D.*

2. *Ad hunc uersum Spengelius putauit spectare glossam Pithoeanam p.* 70 *Gothofr.* 'Officiperdi qui sui laboris non habent remunerationem. Catullus.' prodidit *Db.*

3. uelleque tot (tot si *b* tot *om. H*) tibi *ABCDGHLLa¹La²OV margo P ed. Pr.* uelle tot tibi *a* uelle queam *dP Parthenius Scaliger* uelle queat *Lachmannus* optũa *O.*

4. destitere *a.*

LXXVI.

Hoc carmen cum c. LXXV continuant codices omnes sinceri. Ad se ipsum *d et sic P sed post rasuram. Froehlichius huc reuocat c. LXXXVII,* Nulla potest mulier—parte reperta mea est, *quos uersus initium putat fecisse huius carminis.*

1. Sique *O* priore *a.*

2. hominum *D.*

3. uiolase *O* uidic̃e *Ric.* 606 *sed* federe *in margine habet* nullo *ABCDGHLLa¹La²Oabc* in ullo *Pd Parthenius uulgo et Lachmannus, cf. Lucret. III* 23 Neque ulla Res animi pacem delibat tempore in ullo.

4. Durum *b* fellando *H* minië *V* mie *H* numinụ̃ (e) *Ric.* 606 adusum *D* aduersum *d.*

Multa parata manen*t* in longa aetate, Catulle,
Ex hoc ingrato gaudia amore tibi.

Nam quaecunque homines bene cuiquam aut dicere possunt
Aut facere, haec a te dictaque factaque sunt,
Omnia qu*ae* ingratae perierunt credita menti.
Quare *iam* te *cur* amplius excrucies?

Qui*n* tu animo offirmas atque istinc te *ipse* reducis,
Et de*is* inuitis desinis esse miser?
Difficile est longum subito deponere amorem.

5. manent *DLa²Pacd Ric.* 606 manenti *AB m. pr. CGHLLa¹Vb* manentum *O* longa *om. b.*

6. h' *O* gaudio *La¹* amittere *marg.* amore tibi *b* auicere tibi *O.*

7. ut *AL* possint *A.*

8. ate *GH* facta *B m. pr. ut uidetur* sint *O.*

9. Omniaque *CDGHLLa¹La²Ocd* ingrata *G ex* ingrate.

10. iam te cur *Dac. Vic. ed. Pr.* cur te iam *B notis fortasse recentioribus* cur te iam *ACGLLa¹La²OVb Heysius. Cf. XCVII.* 2. cur te amplius iam *H* te iam cur (quor *P*) *dP Muretus* excruties *Lb* excrucias *aP Pleitnerus* excitias *d.*

11. Quin *La²Pad* Qui *cett.* tu *ABCDHLLa²Vacd* tui *GOb* tum *a Vic.* cum *La¹* offirmas *GO* affirmans *Pd* affirmas *cett.* atque *BCGLLa¹La²OPVbacd* teque *D Ric.* 606 itaque *Scaliger Lachmannus Hauptius* instinctoque *BCGLa¹La²Va ed. Pr. Phillippensis* instrictoque *H* instructoque (toque *P*) *dP* instint(ct *Ric.*)uque *D Ric.* 606 instincte(ę *b*)que *Ob* istincteque *Vic.* instincto *ALc* Quin tu animum offirmas atque istinc usque reducis *Statius Vulpius* Quin te animo obfirmas teque istinc usque reducis *Raphelengius Doeringius* Quin tu animo offirmas teque istinc usque reducis *Rossbachius* Quin tu animum offirmas itaque instructoque r. *Scaliger* Quin tu animo affirmas itaque istinc teque reducis *Lachmannus post Heinsium, ut ipse testatur, Hauptius* atque istinc teque r. *Silligius Schwabius* Quin te animo offirmas tuaque istinc teque reducis *Froehlichius quod tueri potuit ex Hor. A. P.* 444, Quin sine riuali teque et tua solus amares Quin dum animum offirmas teque istinc tute reducis *Heysius* Quin te animo firmas teque istinc tute reducis *Pleitnerus* Quidni animo offirmas atque istinc tete reducis *Behrensius* *Fortasse* Quin tu animo offirmas atque istinc te ipse (teîpe) reducis. *Cf. Ou. Trist. V.* 7. 65 Sic animum tempusque traho, meque ipse reduco A contemplatu dimoueoque mali. *Eodem errore* quodragrosi quoenice *pro* podagrosi poenice (phoenice) *habent exemplaria Nonii* 181. 18, 245. 27 (*Vahlen. Coniect. in Varron. Sat. p.* 151).

12. Vt *L* deis *b Lachmannus* dis *d Canon.* 33 *uulgo* diis *P* dies *ceteri codices* inuito *Dac Ric.* desines *B* desinas *D m. pr.*

13. *Extat in Compendio Moralium Notabilium Hieremiae Iudicis de Montagnone Part. iiii. Lib. V. Rubr.* 11, *ed. Ven.* 1505. deponore *B* deponeue *La².*

Difficile est, uerum hoc qu*a* lubet efficias:
Vna salus haec est, hoc est tibi peruincendum,
Hoc facias, siue id non pote siue pote.

O dii, si uestrum est misereri, aut si quibus unquam
Extrema*m* iam ipsa *in* morte tulistis opem,
Me miserum aspicite et, si uitam puriter egi,
Eripite hanc pestem perniciemque mihi,
Se*i* mihi surrepens imos ut *t*orpo*r* in artus
Expulit ex omni pectore laetitias.

Non iam illud quaero, contra ut me diligat illa,
Aut, quod non potis est, esse pudica uelit:
Ipse ualere opto et tetrum hunc deponere morbum.
O dii, reddite mi hoc pro p*i*etate mea.

14. *om. V in suo loco, habet in ima pagina additum* h' *O* hoc *om. BH* quam lubet *ABCGLL*a^1*L*a^2*Ob* quam libet *Vac* quem libet *H* qua lubet *Pd* qualibus *D Ric.* 606 efficies *D* officias *HOb.*

15. hic *H* hoc *D* h' *O* est *om. Dc* hec *G* h' *O* non *pro* hoc *V* est *om. d* et *D.*

16. Nec *b* Hec *G* facies *BCLPad* facie *H* face *Can.* 33 sine id *O.*

17. nostrum *L*a^2 miserei *H* miseri *O.*

18. Extremam *DLP Ric.* 606 Extrema *ABCHL*a^1*L*a^2*Vbacd ed. Pr.* Extremo *GO* ipsa *APcd Ric.* 606 ipsam *cett.* ipsa in *Ald. I. Guarinus.*

19. At miserum *V* miserum. *O* ut *pro* et *a* pueriter *L* pariter *d.*

20. Erupite *V* pernitiemque *ACDHLL*a^2*V.*

21. Sei *ipse conieci* Seu *codd. omnes* Quae *Calpurnii ed.* 1481 *uulgo* Heu *Conr. de Allio* Hei *Lachmannus* subrepens *BHL*a^2*Vb* unos *HL*a^1*L*a^2*V* miros *d* ut (in *AL*) corpore in artus *ABCDGHLL*a^1*L*a^2*OPVb* ut corporis anguis et artus *a* 'uelut anguis' *alii codices Guarino teste* imos in corporis artus *Statius* et torpor in artus *c* ut torpor *ed.* 1473.

22. exsomni *Passeratius* leticias *AGO* laectitias *H* delicias *a* delitias *D.*

23. quod contra *a* me ut me *BCGL*a^1*L*a^2*OVb* ut me *ADLa* me ut *H Heysius* dilligat *Aa* deligat *D m. pr.*

25. et iterum *AC pr. L* hunc *om. b.*

26. dei *GO* mi *om. b* michi *G* h' *O* proprietate *ABCGL L*a^1*L*a^2*d* ꝑpetate *V* ꝓpˡetate *O* propietate *Pacb Ric.* 606 pro pietate *Calpurnii ed.* 1481, *cf. Ciris* 524 Illi pro pietate sua.

LXXVII.

Rvfe mihi frustra ac nequicquam credite amico
  (Frustra? immo magno cum pretio atque malo),
Siccine subrepsti mei, atque intestina perurens
  *H*ei misero eripuisti omnia nostra bona?
Eripuisti, heu heu nostrae crudele uenenum
  Vitae, heu heu nostrae pectus amicitiae.
Sed nunc id doleo, quod purae pura puellae
  Sauia con*m*inxit spurca saliua tua.
*V*erum *i*d non impune feres: nam te omnia saecla

LXXVII.

Ad Rufum *BGLa^2Pd ed. Pr.* ad Ruffum *AHLLa^1b* in Ruffum *a. Spatium unius uersus in DOV.*

1. Ruffe *ABCGHLLa^1OPba ed. Pr.* Rufe *La^2* amice *Ob ed. Parm.* 1473 *uulgo* amico *ceteri codices Lachmannus.*

2. inmo *C* imo *HPc* uno *BLa^1La^2Vb.*

3. subrepti *La^2OP Vic.* subrepi *H* surrepti *bad* subrecti *cett.* subrepsti *Calpurnius* mei *ABCDGHLLa^1La^2OPVbd Lachmannus Haupt. Rossb. Schwab., cf. Lachm. Lucret. p.* 246 me (i) *Vic.* mi *ac ed. Pr.* perures *P.*

4. Si *ACGLOb* Sic *Dac Ric.* 606 *Calpurnius Parthenius Guarinus Muretus Rossbachius* Mi *BHLa^1La^2PVd uulgo* Me *ed. Pr.* Ei *Lachmannus quem secutus sum, addita tamen H quae littera prima est uersus quinti in AG* miser *D Ric.* 606.

5. Heripuisti *AG* Erripuisti *Bab* Aripuisti *D* Arripuisti *ed. Pr. ed.* 1473. *Ceterum hos uu.* 3–5 *Scaliger sic scripsit* Siccine subrepsti mei atq. int. perur. Mi misero eripuisti? omnia nostra bona Erip. *Vossius* Siccine subrepsti meque intestina perurens Mi misero eripuisti? omnia nostra bona Eripuisti? *Froehlichius* Siccine subrepsti mei atque intestina perurens Sic misero eripuisti omnia? nostra bona Eripuisti? heu heu *CDLacd* he heu *G* heu *BLa^1OV Vic. b* eheu *Behrensius* noster *pr. B* nostri *H.*

6. heu *semel O Vic. b* nostro *ABCGLa^1La^2V* pectus *codices omnes* pestis *Ald. I. ex Bapt. Guarini emendatione, ut testatur filius. Seruaui codicum lectionem monente Vossio in comm. qui similes locos affert Mart. IX.* 14. 2 fidae pectus amicitiae *Stat. Silu. IV.* 4. 102 almae pectus amicitiae; *cf. Manil. II.* 582 *Sensus est*: Tune ut uenenum esses nostrae uitae, tu qui fidissime mecum amicus uixeris? amicicie *GO. Vu.* 7–10 *qui in codicibus post LXXVIII.* 6 *leguntur primus Statius negauit suo loco positos esse, huc reuocauit Scaliger, quem secuti sunt Marcilius Lachmannus Hauptius Froehlichius Rossbachius Teuffelius L. Muellerus. Post XCI.* 10 *posuit Conr. de Allio; post LXXX.* 8 *Bergkius (Mus. Rhen. XV.* 508) *Boehmius (Quaest. Catull. p.* 6) *Ed. a Bruner (Act. Soc. Fennicae VII.* 622) *Schwabius.*

7. Si *H* quid *a* puere *A* puer *D* puera *pr. BLa^1V* puella *d.*

8. Sania *GO* conminxit *Scaliger* coniunxit *ABCDGHLLa^2bacdP ed. Pr.* conuinxit *La^1V* connuxit *O* coniungit *a.*

9. Verum id non *ObdP* Verum non id *G*. Id uerum non *cett.* feres. *O* seda *O* feda *d.*

Noscent, et qui sis fam*a* loquet*ur* anus.

LXXVIII.

GALLVS habet fratres, quorum est lepidissima coniunx
  Alterius, lepidus filius alterius.
Gallus homo est bellus: nam dulces iungit amores,
  Cum puero ut bello bella puella cubet.
Gallus homo est stultus, nec se uidet esse maritum,
  Qui patruus patrui monstret adulterium.

LXXIX.

LESBIVS est pulcer; quid *ni*? qu*e*m Lesbia malit
  Quam te cum tota gente, Catulle, tua.
Sed tamen hic pulcer uendat cum gente Catullum,

10. Nosscent *G* quis *ACGLLa*[1]*La*[2]*V ed. Pr.* qui *BDHObacd Guarinus uulgo et Lachmannus* sis *ACHLObP* sis et *a* scis *cett.* fama loquetur anus *Calpurnii ed.* 1481 famuloque tanus (tamis *H*) *La*[1]*OHVb* famulo que tanus *B* famuloque canus *d* famuloque (famulosque *D*) tenus *cett. Mart. Lib. Epigr.* I. 8 Vnum pro cunctis fama loquetur opus.

LXXVIII.

Hoc c. cum c. LXXVII. 6 *continuant codices, nisi quod in Pad suprascriptum est* In Gallum.

1. coniux *C.*
2, 3 *om. H. m. pr. habet in marg. ascriptos.*
3. iam *AL* iugnit *V.*
4. puela cubit *O.*
5. *Pro* nec—maritum *repetitum legitur in La*[2] nam dulces iungit amores.
6. monstrat *Pd* patruum *a.* *Post u.* 6 *secuntur in codicibus LXXVII.* 7–10 Sed nunc—loquetur anus, *quem ordinem seruarunt editores ante Statium, Cantabrigiensis a.* 1702 *Silligius Heysius Westphalius Behrensius. Ipse Scaligerum secutus post LXXVII.* 6 *eos posui: possunt tamen finis esse carminis cuius prior pars excidit, quae opinio est Pleitneri fuit Bergkii, quamquam postea malebat eos post LXXX.* 8 *collocare.*

LXXIX.

Hoc c. cum c. LXXVII. 10 *continuant codices. Sed Pd suprascriptum habent* In Celium (Coelium *d*).

1. Lesbeius *L m. pr.* Caelius *marg.* Lesbius *P* Celius *d Silligius Iungclaussenus* quid ni quem *bd marg. L ed. Parm.* 1473 quid inquam (iniquam *H*) *ABCDGHLLa*[1]*La*[2]*O* quit inquam *V* quid nunquam *ac* quo nunquam *Ric.* 606 *m. pr. ut uidetur* mallit *CGa.*
2. Quo *D m. pr.* Q *a.*
3. Si *ac* uendant *a* gente *bis C.*

Si tria natorum sauia rep*p*ererit.

LXXX.

QVID dicam, Gelli, quare rosea ista labella
 Hiberna fiant candidiora niue,
Mane domo cum exi*s* et cum te octaua quiete
 E molli longo suscitat hora die?
Nescio quid certe est: an uere fama susurrat
 Grandia te medii t*e*nta uorare uiri?
Sic certe est: clamant Victoris rupta miselli
 Il*ia*, et emulso labra notata sero.

LXXXI.

NEMONE in tanto potuit populo esse *Iu*uenti,
 Bellus homo, quem tu diligere inciperes,

5. iugentis *O* ĩsulas *V* saltusque paludesque (plaudesque *O*) *BGLa¹OPV Ven.* saltusque paludes *Ha* saltus paludesque *ACL* altasque paludes *D Ric.* 606 *Froehlichius Boehmius* latasque paludes *Rossbachius* salsasque paludes *Bergkius* tractusque paludesque *Behrensius.*

6. ad in *D* i (y *La²*) perboreos *La²D* hy (hi *La¹*) perbereos *BLa¹* et Oceanum *BLPa¹* oceanum *CHaD m. pr.*

7. est *a uulgo* et *DcdP ed. Pr.* si *cett.* es *Lachmannus Haupt. Rossb.* ultor *codices* ultro *ed.* 1473 *Vossius uulgo et Lachm.* lustro *Scaliger* uultur *Balth. Venator* multo *Ed. a Bruner* *An* mutto? *Nisi forte locus sic distinguendus est,* tamen ipsest maximus, ultro, Non homo sed uero mentula magna, minax *quemadmodum Seneca dixit* Regi minatur ultro *Med.* 856.

8. uere *Parthenius Guar. Voss. Vulp. Doer. Sill.* mentulla *G* mencula *O* minar *A.*

CXVI.

SAEPE tibi studioso animo uenante require*ns*
  Carmina uti possem mittere Bat*t*iadae,
Qui te lenirem nobis, neu conarere
  Telis infest*um* mittere *in* usque caput,
Hunc uideo mihi nunc frustra sumptum esse laborem,
  Gelli, nec nostras hic ualuisse preces.
Contra nos tela ista tua euitamus amict*ei*:
  A*t* fixus nostris tu dabi supplicium.

CXVI.

Cum c. CXV continuant codices sinceri. Spatium in Da quod corr. D sic suppleuit Ad Gelium. Ad Gellium *Pd.*

1. studiose *a m. pr.* animo *om. D m. pr., superscriptum habet a* uenate *V* uenanda *Scaliger* requires *codices* ueniam dare quaeras (queris *d*) *Pd.*

2. mitere La^1 batriade (ę *b*) *ABCGLLa*^{1}*Vab* battriade La^2 batade (i above) *O* batiade *ed. Pr.* bactriade *H* buttriade *D.*

3. te *om. A et L m. pr.* leniret *a Ven.*

4. Telis (celis *O*) infesta mitteremusque (mitteremus *H* mictere^{g}'que *V*) *ABCGHLLa*^{1}*La*^{2}*OV Ven. ba* infestum *D Ric.* 606 inusque *c* Infestum telis iicere (icere *d*) musca *Pd* Telis infestum mittere in usque caput *Lachmannus* Tela infesta meum mittere in usque caput *Muretus. Sed cf. Q. Curti IV.* 6. 22 *allatum a Barthio* Interiora quoque urbis telis infesta erant.

5. Nunc *CabP* ego *post* nunc *add. D* uideor *a* nunc mihi *ALP* mihi et nunc *H* uideo *repetit post* sumptum *H.*

6. Geli *b* nostris *H* hic *DPad Ric.* 606 *Lachm.* hinc *ABCGLLa*^{1}*La*^{2}*Ob Schwab.* huic *H* huc *Muretus Froeblichius* hoc *uel* id *coni. Doeringius* uoluisse *O* preceps *D* praeces *a.*

7. tella *BLa*^{1}*a* euitamus *DPbd Ric.* 606 euitabimus *cett.* amicta *BCDGHLLa*^{1}*La*^{2} *Ven.* amictu *PVb qui post hoc uocabulum scriptum habet* aīca amitha *O* aminta *c ed.* 1475 *uocabulum om. a* amictu *Calp. ed.* 1481 *uulgo et Lachmannus Scripsi* amictei, *cf.* basiei *VII.* 9 *Olim conieceram* at hic iam *uel* athicti (ἄθικτοι).

8. Affixus *ABCDGHLLa*^{1}*La*^{2}*OVb Vossius* Afflixus *Ven.* At fixus *Pa uulgo et Lachmannus* nobis *b* dabis *codd.* dabe *ed.* 1473 supplicium. Am̄ Am̄ Am̄ *V.*

Explicit Catulli Veronensis libellus *G* Deo Gratias amen *Ven.* Finito libro referamus gracia Christo *O* Catulli finis *A* Finis *CH* Finit Liber Catulli poetae *L* Catulli Veronensis liber finit *B* Catulli Veronensis liber explicit La^1 Finit *V* Finis MCCCCLXIII *D* Explicit liber Catulli Veronensis. Laus Deo Omnipotenti. Gherardus Cerasius de Florentia scripsit pro Ioanne Cosmo de Medicis. Amen. La^2 Catulli ueronēsis poete aucutissimi (argutissimi?) liber explicit. Scriptus completusque per me ιερωνυμον δε Χρισπανο notarium taruisinum peccatorem et indignum famulum ιῦ Χρῑ. 1460 *a* Finis Catulli *tum infra* Catulli Carmina *b.* Finis *Ric.* 606. *In P post CXVI.* 8 *sequitur* ad thetimum (*sic*) Effugit mi animus—da uenus consilium: *deinde* Finis. Finit Catullus laus trinitati unitae. Paci. M.A. *Idem epigramma d claudit.*

FRAGMENTA.

I.

At non effugies meos iambos

Porphyrio ad Horat. Carm. I. 16. 24. Iambi autem uersus aptissimi habentur ad maledicendum. Denique et Catullus cum maledicta minaretur, sic ait 'At—iambos.' *Cf. Comment. Cruq. ad locum. Extat etiam in codice Nicolai Cusani quem edidit Iosephus Klein p.* 110, *sequente fragmento Ciceronis* (*Fam. XVI.* 26. 1). Huius culpae non effugies poenam. *Versum Hauthalius refert ad Catulli c. XL.* Quaenam te mala mens, miselle Rauide, Agit praecipitem in meos iambos? &c.; *Westphalius ad carmen quod inter XIII et XIV stetisse ueri simile sit. Mihi ex c. LIV sumptum uidetur: cf. u.* 6, Irascere iterum meis iambis Inmerentibus, unice imperator.

Ast *codex Bernensis Porphyrionis*:

II.

Hunc lucum tibi dedico consecroque Priape

Terentianus Maurus 2752–2760.

Ipse enim sonus indicat esse hoc lusibus aptum.
Et ferme modus hic datur a plerisque Priapo,
Inter quos cecinit quoque carmen tale Catullus;
Hunc lucum—ostriosior oris.
Et similes plures sic conscripsisse Catullum
Scimus.

Atilius Fortunatianus p. 317 Gaisf. Ex hac diuisione et Priapeus nascitur uersus. Cuius exemplum apud Catullum 'Hunc—consecroque Priape.' Nam cum in duo commata hic uersus diuidatur superius comma octo syllabarum et insequens septem, diminuta superioris commatis parte; ut si facias 'Mater saeua Cupidinum: mater saeua Cupido.' Sed adeo totus hic ex heroo uenit hexametro ut et apud Homerum nullo immutato uerbo complures inueniantur Priapei, et apud Virgilium, quorum unum in praesentia posuimus, qui forte succurrit, credo et alios inueniri posse complures, 'Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.' Quod apparet ita

---

1. locum *quattuor codices Censorini p.* 97 *Iahn.* consecro dedicoque *Putschius.*

Qua domus tua Lampsaci est quaque Priape
Nam te precipue in suis urbibus colit ora
Hellespontia, ceteris ostriosior oris.

esse, quoniam ita huius uersus exigit natura, ut inter duo commata exiguam pronunciando interponas moram. Nam 'Cui non dictus Hylas puer' par est huic 'Hunc lucum tibi dedico' sequens autem comma 'et Latonia 'Delos' huic 'consecroque Priape.' Non ignoro autem uariari primas et secundas syllabas utriusque in Priapeo commatis, ut modo ab iambo incipiat, modo ab trochaeo; tanquam 'Hunc—consecroque Priape' et 'Libens 'hoc tibi dedico, libens sancte Priape.'

Id. p. 349. Est alius Priapeus qui et bucolicus uocatur, ut 'Hunc—'Priape.' Hic quoque octaua syllaba partem orationis finit, ideoque hoc metrum bucolicum dicitur.

Marius Victorinus p. 163 Gaisf. Item 'Hunc lucum tibi dedico' dehinc 'consecroque Priape.' Quod metrum Priapeum a quibusdam aestimatur propter geminam similitudinem.

Id. 207. Diuisio huius in secundo commate infracta paululum ac mollior receptis in uersu primo et quarto spondeis efficitur, ut apud Catullum, 'Hunc—Priape.'

3, 4. Id. 207. Igitur quod hoc uersu Priapi laudes plerique canendo prosecuti sunt Priapeum metrum nuncuparunt, quod genus hexametri adeo abhorret ab heroi lege, ut utraque pars commatis nonnunquam trochaeis et iambis aut pro spondaeo anapaestis inchoetur, aut etiam cretico prius comma pro dactylo terminetur, ut est apud Catullum 'Nam te praecipue 'in suis' dehinc 'Hellespontia ceteris,' quando bina sunt cola, mora distinctionis intercedente; quod genus uersuum apud Graecos comoediarum ueterum scriptores plurimum est, et magis apud eos qui satyrica scripserunt, unde a nonnullis satyricon prius uocabatur, uerum postea abiit in consuetudinem ut Priapeum appellaretur.

Censorinus p. 97 Iahn. Priapeum 'Hunc—Priape.'

---

2. silua *suppleuerunt Itali* qua portusque *Santenius* erit quaque *Lachmannus ad Terentianum Maurum p.* 92 Quoi domus . . . . . quoique silua *Doeringius* *Fortasse* cella.

III.

de meo ligurrire libido est

Nonius 134. Ligurrire degustare, unde adligurrire multa auide consumere. Horatius 'Semesos pisces tepidumque ligurrierit ius.' Catullus Priapo (Catulus Priopo *codices Noni*, Priapeo *Lachmannus*) 'de meo—'libido est.'

IV.

Animula miserula properiter abi*i*t.

Nonius 517. Properiter. Catullus 'animula—abit.' *cf. Diomed.* 496 *G.* Proceleusmaticum metrum est quale fecit Serenus. 'Animula—obiit.'

---

abit *codices Nonii* obiit *codices Diomedis*. *Vide quae de metro dixi in commentario et Ottonem Hense ad Dissertationis de Iuba Artigrapho p.* 12.

V.

Lucida qua splende*nt* carchesia mali.

Nonius 546 s. u. Carchesia. Alias summa pars mali, id est foramina quae summo mali funes recipiunt.... Catullus Veronensis 'Lucida—mali.' *Cinnae ascribunt Isidorus Orig. XIX.* 2. 10 *Scholiastes Lucani V.* 418, *quorum ille scribit* Lucida confulgent alti carchesia mali; *hic* Lucida cum fulgent summi carchesia mali. *Versum post LXIV.* 235 *inserendum esse putarunt Faernus Muretus alii.*

VI.

Seruius ad Verg. Aen. V. 591. Falleret indeprensus et irremeabilis error. Est autem uersus Catulli. *Cf. LXIV.* 115.

VII.

Schol. Veron. ad Verg. Aen. VIII. 34. Carbasus et masculino et feminino genere dictus est. [Catullus cannubiae]——carbasus | —ros umbrosa [c—an—————— —————— ——————| *Sic edidit H. Keilius in Probi Commentario p.* 99. *Paulo aliter Maius Class. Auct. VII. p.* 297 *qui post* dictus est *sic scribit* *Catu*llus: Cann(ub)iae ... carbasus ... ros umbrosa c ... an ... *Hinc Lachmannus duos uersus facit* Cann*ab*ia ex*c* ..... Carbasus *E*uros Vmbrosa c .... an ... *Ungerus sic scribit* Lucilius: Cannabia et tumidos (*uel* aequales) concepit carbasus Austros (*uel* Euros).

VIII.

Seruius ad Verg. Georg. II. 95. Hanc uuam (Rhaeticam) Cato praecipue laudat in libris quos scripsit ad filium: contra Catullus eam uituperat et dicit nulli rei esse aptam miraturque cur eam laudauerit Cato. Sciens ergo utrumque Vergilius medium tenuit dicens 'Quo te carmine dicam 'Rhaetica?' *Lutatio Catulo locum imputat Suessius Catullian. p.* 19.

IX.

Plinius Hist. Nat. XXVIII. 19. Hinc Theocriti apud Graecos. Catulli apud nos proxumeque Vergili incantamentorum amatoria imitatio (*fortasse* initiatio).

X.

Seruius ad Verg. Aen. IV. 409. Sic etiam Horatius 'Vade, uale; caue 'ne titubes mandataque frangas,' nam 'caue' ue longa est, nec uocalis sequitur ut in bucolico 'uale, inquit, Iola.' Sed dicimus a tertia esse coniugatione imperatiuum, ut 'cauo, cauis.' Hinc etiam Catullus cauere dixit. *Cf. L.* 18, 19, *LXI.* 152.

XI.

Seruius ad Verg. Aen. 609. Notandum sane etiam de Iride arcum genere masculino dicere Vergilium: Catullus et alii genere feminino ponunt referentes ad originem, sicut haec Attis et haec Gallus legimus. *Cf. LXIII.*

XII.

Seruius ad Verg. Aen. VII. 378. Turbo. Catullus hoc turben dicit ut hoc carmen. *Hinc et quia Datanus habet* Indomitum *pro eo quod est in reliquis codicibus* Indomitus *Spengelius Froehlichius Hauptius Rossbachius Schwabius scribunt* turben *LXIV.* 107. *Nansius et Nicolaus Loensis, quos secutus est Vngerus de Valgio p.* 484 *pro* Catullus *scribunt* Tibullus, *cuius I.* 5. 3 *Seruius in animo habuerit. Sed cf. Charisium* 64 K., 145 K., *ubi pro masculino* turben *non pro neutro habet et alias et in loco Tibulli.*

XIII.

Interpres Veronensis ad Verg. Aen. V. 80. Salue sancte parens. Catullus Saluete deum gens (*sic*) o bona matrum progenies saluete iter— | (*spatium quinquaginta fere literarum*) Sancte parens iterum quia — | salutauerat qum ad sepulturam mitteret. *Hinc Orellius (Ecl. Poet. Latin. ed.* 2. *p.* 94) *et post eum Oriolius Hauptius Froehlichius Maduigius Rossbachius Boehmius Schwabius uersum post LXIV.* 23 *inserunt, supplentes Oriolius* saluete deum gens, *Froehlichius* saluete heroes, *Maduigius* uos conpellabo, *Rossbachius* adspirate canenti, *Hauptius* saluete *et deinde aliquod adiectiuum, Boehmius adiectiuum quod ad* matrum *referatur, Vschnerus* saluete beati, *L. Muellerus* placidique fauete, *Behrensius* iterumque iterumque uocanti. *Sed iure Coningto suspicatus est* saluete iter*um non ad Catullum pertinere sed partem esse commentationis; certe* iterum *non ad Catullum retulerim. Vide ad locum.*

XIV.

[et Lario inminens Comum]

iminens *codex Vibi Sequestris Mus. Brit. Add. MSS.* 16986 *unde haec excerpsi. Nam post* In athamatia lacus lune tenuia ligna accendit ex quo bibens aut insanit aut sopitur *haec habet minoribus litteris tanquam perscripta pagina addita, incertum an ab eadem manu.* Lacus comi Catullus 'Et— 'comum.' *Catulline sit ualde dubium est cum ne in uno quidem extet Sequestris codicum quos Parisiis Mediolani Florentiae Bononiae inspexi. Atqui codex Ambrosianus H.* 14 *multos locos in margine citat ex poetis, et scriptus est saeculo XV. Cf. tamen Petrarchae* Itinerarium Syriacum, p. 559 ed. Basil. *Nam hoc Mediolano proximum, Latio* (l. *Lario*) *imminens, Alpibus adiacens, Comum est, non Cume.*

XV.

Catullo fortasse tribuendum est quod habet Seruius Aen. VI. 686 Imprimitque genae genam, *licet ille ad Ennium referat et de palpebris dormientis interpretetur.*

Catullo alia alii tribuerunt, uelut uersum qui est a Charisio citatus IV. 248

Concitum tetuli gradum

Pierius ad Aen. XI. 178 *et G. I. Vossius de Analogia III.* 37 *huius esse opinati sunt non abnuente Naekio Opusc. I. p.* 350 ; *et hexametros apud eundem Charisium IV.* 254

Luna deum quae sola uides periuria uulgi
Seu Cretaea magis seu tu Dictynna uocaris

R. Merkel ad Ibin p. 407. *Etiam Varronis uerba L. L. VI.* 6 Nox, quod, ut Catullus ait, omnia nisi interueniat sol pruina obriguerint, quod nocet, nox, *quae et ipse aliquando ad Catulli LXII.* 34 *rettuleram, Behrensius ad poetae opus pedestri sermone conscriptum reuocauit. Rectius fortasse Peter Hist. Rom. Fragm. I. p.* 194 *Lutatio Catulo locum imputat. Cf. Suessii Catulliana p.* 19.

DE AEQVABILI PARTITIONE CARMINVM

CATVLLI.

Sed manifesta notis certa disponere sede
Singula diuina est animi ac iucunda uoluptas.
Aetna 249, 250.

CATVLLI carmina ratione quadam arithmetica diuidenda esse dixi iam in editione quae Londini prodiit anno 1866. Id ut clarius demonstrarem, non solum duo ex longioribus poematis, Attin dico Nuptias Pelei et Thetidis, minutius in praefatione tractaui, sed unicuique carminum ordinem suum tribui, apposito quodam schemate κατ' ἀριθμόν. Iam edito libello, uenit mihi in manus Ottonis Frankii *de artificiosa carminum Catullianorum compositione* dissertatio, quae et ipsa eodem anno uulgata erat. Huius quanta mecum consensio sit ex tabula apparebit quam in calce disputatiunculae nostrae addidi. Vtrique dux fuerat uir doctissimus et subtilissimi ingenii Otto Ribbeckius, qui in Heluetici Musei Noui T. I. p. 213–233, collatis quibusdam Theognidis, Tyrtaei, Solonis aliorum carminibus, ad συμμετρίαν quandam ut Tibulli Properti Horati nonnulla, ita Catulli VIII, XXXVI, LXII, LXXII, LXXVI, LXXXVII+LXXV, XCIX, mox [1] etiam V, XLV reuocauit. Etiam in nonnullis locis carminis LXIV numerorum praesertim 2, 3 certam quandam consecutionem posuit; nam in uu. 19–21, 63–65, 117–119, 121–123, 154–156, 256–259 numerum ternarium constanter inueniri; locum de Ariadna κατὰ δύο et κατὰ τρεῖς compositum esse, ut

$$52—67 = 3.3.2 = 3.3.2$$
$$86—93 = 3.2.3$$
$$94—102 = 3 \times 3;$$

[1] In libello anni 1863 *C. Valerius Catullus, Eine literar. historische Skizze Kiel Ernst Homan.* pp. 34, 55.

κατὰ δύο quidem ibi maxime, ubi Ariadna maritum quaerat ac deploret, 178–187, 198–201; κατὰ τρεῖς ubi Eumenidas precetur ut sibi adsint ulturae. (192–197.) Denique hanc συμμετρίαν nusquam magis reperiri quam in epigrammatis, praesertim octo uersuum. Sed iam antea Anglus ni fallor in Ephem. Class. IV. 297, XV. 107, c. XXX *Alfene immemor atque unanimis false sodalibus* in tres strophas quaternorum uersuum diuiserat; feceratque idem Lachmannus in editione Catulli priore (1829). Postea in Bergkii et Caesaris Diar. Antiq. 1845 p. 392 in sex strophas descripsit binorum uersuum. Eodem loco docuit singulas strophas Epithalamii *Collis o Heliconiei* ex systematis duobus priore uersuum ternorum, posteriore binorum constare. C. LXII ad leges amoebaei carminis primus Naekius[1] postea Lachmannus Hauptius Hermannus Froehlichius Rossbachius Leutschius Pleitnerus, nuperrime uero Riesius Richterus Frankius Peiperus pro se quisque reducere conati sunt. Tum Handius in programmate Ienae anno 1848 edito c. LV *Oramus si forte non molestum est* in tres partes distribuit hac lege ut bini uersus stropham efficerent, quorum uersuum prior spondaeum in secunda sede poneret, posterior dactylum. Hunc quoque secuti sunt complures, quorum sententias ipsi carmini apposui. Denique c. LXI ad numeros retulit et hac ratione descripsit Pleitnerus in libello quo hoc carmen et LXII tractauit.

Sed priusquam de Catulli carminibus loquamur, pauca quaedam de uniuersa re dicenda sunt, primum utrum repugnantes habeat eos qui de metris scripserunt, deinde utrum alibi reperiatur. Quod plerique negant metricos quicquam de partitione carminum ἰσομέτρων dixisse, uerum illud quidem, sed non ex omni parte est. Quos ut non infitier systemata ac strophas ibi fere semper ponere ubi mutato uersuum rhythmo carmen diuidatur, ueluti, si de anapaestis res est, systema non pari numero similium uersuum fit sensu tantum discretorum, sed certus numerus uersuum mutatis ultimi pedibus, hoc est admisso paroemiaco, ex sequentibus disiunctus hoc modo efficit systema; ut Hephaestionem concedam in libro suo περὶ ποιήματος et in Encheiridio huiusmodi strophas plerumque respicere; ita neque omnia ueteres crediderim tradidisse quae de uersibus uera habentur, et hi ipsi nonnulla de hoc in quo uersamur reliquerunt quibus recentiorum confirmetur opinio. Verba Hephaestionis respiciamus quae sunt in exordio libri περὶ ποιήματος § 114 Westphal. Τῶν ποιημάτων τὰ μέν ἐστι κατὰ στίχον, τὰ δὲ συστηματικά, τὰ δὲ μικτά, τὰ δὲ

[1] Opuscula I. pp. 103, 4.

κοινά. Κατὰ στίχον μὲν ὅσα ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ μέτρου καταμετρεῖται, ὡς τὰ Ὁμήρου καὶ τὰ τῶν ἐποποιῶν ἔπη· καταχρηστικῶς δὲ κἂν ὑπὸ κώλου ἢ κομματίου ὡς τὸ Καλλιμάχειον τοῦτο ποιημάτιον

ἡ παῖς ἡ κατάκλειστος
τὴν οἱ φασὶ τεκόντες

καταμετρεῖται γὰρ ὑπὸ κόμματος ἀντισπαστικοῦ, καλουμένου Φερεκρατείου. Συστηματικὰ δὲ ὅσα ὑπὸ πλειόνων μέτρων εἰς ἓν σῶμα παραληφθέντων καταμετρεῖται ἢ συμπληροῦται. Μικτὰ δὲ ὅσα μέρος μέν τι ἔχει ὑπὸ στίχου καταμετρούμενον, μέρος δὲ συστηματικόν. Κοινὰ δὲ ὅσα ὑπὸ συστήματος μὲν καταμετρεῖται, αὐτὸ δὲ τὸ σύστημα ἔχει πληρούμενον, οἷά ἐστι τὰ ἐν τῷ δευτέρῳ καὶ τρίτῳ Σαπφοῦς, ἐν οἷς καταμετρεῖται μὲν ὑπὸ διστιχίας, αὐτὴ δὲ ἡ διστιχία ὁμοία ἐστί. Ex his apparet Hephaestionem systemata in carminibus *κατὰ στίχον* compositis, qualia Catulli sunt fere omnia, in uniuersum non posuisse; quamuis essent poemata ubi cum uersibus *κατὰ στίχον* alternarentur systematici (*μικτά*), essent etiam ubi qui aliis *κατὰ στίχον* diuisi, aliis *κατὰ σύστημα* uiderentur (*κοινά*). Idem tamen in altero libro quem *περὶ ποιήματος* scripsit pleniorem, systema latius sic definit § 119 *σύστημά ἐστι μέτρων συναγωγή, ἤτοι δύο ἢ πλειόνων, ἢ ὁμοίων ἢ ἀνομοίων· ἀνομοίων μέν, ὡς τὰ ἐλεγεῖα, ἑξαμέτρου γάρ ἐστι πρὸς πεντάμετρον κοινωνία καὶ οἱ ἐπῳδοί· τὸ δὲ ἐξ ὁμοίων, ὡς τὸ δεύτερον Σαπφοῦς, ὡς προϊόντες δείξομεν.* Quod sic pergit facere § 120 *κοινὰ δὲ γενικὰ ἅπερ καὶ ὁ κατὰ στίχον γεγράφθαι φάσκων ὑγιῶς ἂν λέγοι καὶ ὁ κατὰ σύστημα, ὡς τὸ δεύτερον καὶ τρίτον Σαπφοῦς. Διὰ μὲν γὰρ τὸ ἐν τοῖς παλαιοῖς ἀντιγράφοις κατὰ δύο ὁρᾶν παραγεγραμμένον ἕκαστον ᾆσμα καὶ ἔτι διὰ τὸ μηδὲν εὑρίσκεσθαι ἀριθμοῦ περιττοῦ, κατὰ συστήματα νομίζομεν αὐτὰ γεγράφθαι· πάλιν δὲ τῷ ὅμοιον ἑκάτερον εἶναι τῶν ἐν τῇ δυάδι στίχων καὶ τῷ δύνασθαι τὴν ποιητρίαν κατὰ τύχην τινὰ ἀρτίου πάντα ἀριθμοῦ πεποιηκέναι φαίη τις ἂν κατὰ στίχον αὐτὰ γεγράφθαι.* Erat igitur ubi non ex dissimilibus tantum, ut elegiacis epodisque, sed etiam ex similibus constarent systemata. Nam in secundo libro Sapphus, qui totus *πενταμέτροις τεσσαρεσκαιδεκασυλλάβοις* compositus est, (Encheir. § 45 W.) alii systemata non ponebant, alii et ipse Hephaestio cum antiquis exemplaribus uersus *κατὰ δύο*, non uno tenore, scriptos uiderent, systemata faciebant binorum uersuum. Loquimur de secundo libro Sapphus, sed idem in tertium quoque cadere ex § 120 intellegitur, hic autem totus constabat ex uersibus choriambicis[1], quales sunt *Νύμφαις ταῖς Διὸς ἐξ αἰγιόχω φασὶ τετυγμέναις*, Catulli c. XXX, Horati

[1] Hephaest. § 66 W. *τὸ δὲ ἀκατάληκτον (ἀντισπαστικὸν) καλεῖται Σαπφικὸν ἑκκαιδεκασύλλαβον· ᾧ τὸ τρίτον ὅλον Σαπφοῦς γέγραπται, πολλὰ δὲ καὶ Ἀλκαίου ᾄσματα, Νύμφαις—τετυγμέναις.*

C. I. 11, I. 18, IV. 10, quae omnia κατὰ δύο diuidi possunt. Quod si in carminibus ambigebant quae et breuia essent et pari numero uersuum, multo magis in longioribus, praecipue uero ubi inpari uersuum numero partium aequabilitas in obscuro esset.

Nec desunt apud ipsum Hephaestionem exempla huiusmodi. Nam in § 43 ubi de tetrametris dactylicis dicit, his uerbis utitur καὶ τῶν ἀκαταλήκτων δὲ τὸ τετράμετρον Ἀρχίλοχος ἔνδοξον ἐποίησε διὰ τὸ προτάξαι αὐτὸ τροχαϊκοῦ τοῦ καλουμένου ἰθυφαλλικοῦ, οὕτως

οὐκ ἔθ' ὅμως θάλλεις ἁπαλὸν χρόα. κάρφεται γὰρ ἤδη.

Ἀλκμὰν δὲ καὶ ὅλας στροφὰς τούτῳ τῷ μέτρῳ κατεμέτρησε

Μῶσ' ἄγε, Καλλιόπα, θύγατερ Διός,
ἄρχ' ἐρατῶν ἐπέων, ἐπὶ δ' ἵμερον
ὕμνῳ καὶ χαρίεντα τίθει χόρον.

Has strophas trinorum fuisse uersuum docet Maximus Planudes (V. 510) αὕτη ἡ στροφὴ ἐκ τριῶν ἐστι κώλων δακτυλικῶν ἰσομέτρων συγκειμένη[1]. At enim hoc ipsum quod in tribus metris strophas ponit Hephaestio, non ponit in ceteris, argumento est alibi eum non agnoscere. Ergo quod nihil dicit Hephaestio de hexametris in strophas lege amoebaea dispositis, arguitur strophas in hexametris non posuisse? Quis est autem qui metrices doctrinam etiam primis labris attigerit qui nesciat Theocritum Bionem Moschum, ut nihil de Romanis dicam, bucolica carmina in strophas redegisse certa lege sibi respondentes? Quod non Bucolici soli fecerunt, sed Sappho etiam, ut ex Catulli c. LXII *Vesper adest, iuuenes, consurgite: Vesper Olympo* iure colligitur (Rossb. et Westph. II. p. 27). Idem Hephaestio multa de anapaestis tradit, nihil de synapheia. Primus enim (nisi excipias Terentiani Mauri incerta dicta 1515 sqq.) Bentleius in Epistula ad Millium et postea in Dissertatione de Phalaride, quod ante eum nemo obseruarat, numerum in anapaestorum systematis continuari, neque usquam syllabae ancipiti locum concedi uidit[2]. Veteres igitur si aut nihil aut perpauca de anapaestorum synapheia tradiderunt, siue ignari siue quod breuius rem tractarunt, siue quod neglecta nonnunquam est[3], idcirco synapheiae locum suum negemus? Vel si non desunt exempla senariorum qualis hic est

Ἄτλας ὁ χαλκέοισι νώτοις οὐρανὸν

[1] Rossbach und Westphal Griechische Metrik II. p. 28.
[2] Hermann Element. Doctrinae Metricae II. c. 32.
[3] Vide exempla in Rossb. et Westph. Griech. Metrik II. pp. 98–100.

idcirco Porsonum putemus nihil reperisse? Poterant etiam alia latere. Quid autem facilius quam partitionem neglegere uersuum qui non mutatis numeris, sed sola sententia distinguerentur? Tales multos fuisse uix cuiquam credo dubium fore qui perlecto Hephaestione ad Lyricorum fragmenta se contulerit. Quorum tanta pars uersibus *ἰσομέτροις* scripta est quanta strophis omnino caruisse non uincitur.

Ex libris Sapphus unus teste Seruio ad Georg. I. 31 inscriptus est Epithalamia. Huius non pauca supersunt fragmenta, hexametris, choriambis, iambis, aliis metris conscripta. Horum nullum strophis caruisse uel certe *περικοπαῖς* suis credibile est: Hymenaeis enim, quod genus carminum a multis si quod aliud recitatum est iisque non semper in eodem loco stantibus, opus erat partitione quadam qua alternantium motus uel progredientium regerentur[1]. Vnde non Graecorum tantum nuptialia carmina nec lyricorum tantum in strophas sunt diuisa; sed et Theocriti Helenes Epithalamium quod hexametris scriptum est, et Catulli c. LXI, LXII quorum prius glyconeis, posterius hexametris composuit, et Senecae Hymenaeus in Medea (56–115) et Claudiani uersus nuptiales rata quadam distributione coguntur. Itaque Sapphus liber ut multa amplecti potuit ipsis numeris in partes suas ordinata, ita *ἰσόμετρα* quaedam uidetur habuisse, quae ne ipsa quidem siue strophis carebant siue certa aequabilitate partium. Coniectati sunt hoc de hexametris eius (Sapph. fr. 92, 93, 94, 95) iam Rossbachius et Westphalius[2]; sed idem latius patuisse arbitror.

Ὄλβιε γάμβρε σοὶ μὲν δὴ γάμος, ὡς ἄραο,
ἐκτετέλεστ,' ἔχεις δὲ πάρθενον ἂν ἄραο. fr. 99.

Hi uersus quodammodo stropham uel *περικοπήν* efficiunt, quanquam non nego cum aliis eos coniungi potuisse qui dissimili metro confecti essent. Eiusdem generis sunt

τίῳ σ', ὦ φίλε γάμβρε, κάλως ἐϊκάσδω;
ὄρπακι βραδίνῳ σε μάλιστ' ἐϊκάσδω. (104).

Nihil dico de Alcaei fragmentis, sed hunc quoque *ἰσομέτρους* strophas scripsisse ex fragm. 37, 39, 41, 84 ueri simile est. Haec enim omnia tetrametris antispasticis (Hephaest. 66) scripsit, quo metro Sappho sola usa est in libro tertio. Quae si *κατὰ δύο* huius libri carmina dispertisse creditur ab Hephaestione, non minus artis Alcaeum quoque adhibuisse arbitror.

[1] Cf. Westphal. Catull's Gedichte übersetzt p. 231.
[2] Griech. Metrik II. p. 27.

Nunc respice haec Anacreontis (fr. 44)

πολιοὶ μὲν ἡμὶν ἤδη κρόταφοι κάρη τε λευκόν,
χαρίεσσα δ' οὐκέθ' ἥβη πάρα γηράλεοι δ' ὀδόντες.
γλυκεροῦ δ' οὐκέτι πολλὸς βιότου χρόνος λέλειπται.
διὰ ταῦτ' ἀνασταλύζω θαμὰ Τάρταρον δεδοικώς.
'Αίδεω γάρ ἐστι δεινὸς μυχός, ἀργαλέη δ' ἐς αὐτὸν
κάθοδος· καὶ γὰρ ἑτοῖμον καταβάντι μὴ ἀναβῆναι.

Hi uersus apud Bergkium κατὰ δύο impressi leguntur; mihi potius κατὰ τρεῖς uidentur decurrere, id quod indicat ionicus a minore in primo pede bis tantum integer (uu. 3, 6), resolutus in ceteris. Sed strophas inesse pro certo habeo.

Nec uero nihil ad rem confert quod dicit Hephaestio § 124 W. Κοινὰ δέ ἐστι συστηματικὰ τὰ δύο εἴδεσιν ὑποπεπτωκότα, οἷον συμβέβηκεν ἐπὶ τοῦ

ἐμὲ δειλὰν ἐμὲ πασᾶν κακοτάτων πεδέχοισαν.

Ἄπειρος μὲν γάρ τις ὢν τῆς τοῦ ποιητοῦ προθέσεως ἐξ ὁμοίων φήσειεν ἂν εἶναι τὸ ᾆσμα· ὁ δὲ ἔμπειρος κατὰ σχέσιν, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεδείξαμεν. ib. 123 ἐξ ὁμοίων δέ ἐστιν ἅπερ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ποδὸς ἢ τῆς αὐτῆς συζυγίας ἢ περιόδου καταμετρεῖται ἄνευ ἀριθμοῦ τινὸς ὡρισμένου. ὡς ἐὰν τεταγμένος ἀριθμὸς ᾖ, οὐκ ἔστιν ἐξ ὁμοίων, ἀλλὰ κατὰ σχέσιν, ὡς ἐν τῷ παρ' Ἀλκαίῳ ᾄσματι, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐμέ—πεδέχοισαν. Ἄπειρος μὲν γάρ τις ὢν φήσειεν ἂν αὐτὸ ἐξ ὁμοίων εἶναι, ἐξ ἰωνικῆς ἀπ' ἐλάσσονος συζυγίας καταμετρούμενον. ἡμεῖς δὲ ἐπειδὴ κατὰ δέκα ὁρῶμεν αὐτὸ συζυγίας καταμετρούμενον, κατὰ σχέσιν αὐτὸ γεγράφθαι φαμέν. In quibus hoc uidetur significare; plerisque poema illud Alcaei cum ex pedibus fieret ionicis a minore per synapheiam continuatis hoc modo ut duabus breuibus syllabis duae longae semper subicerentur (◡◡——) nullo nec hiatu nec resolutione syllabarum, systema quidem facere uideri, sed nullo certo numero pedum (ἀπεριόριστα ἐξ ὁμοίων § 131): peritioribus non continuari tantum sed in strophas distribui denorum pedum. Sic enim locum explicant Rossbachius et Westphalius ex Aeschyli Suppl. 1053–1057 = 1058–1062[1].

[1] 'Ημιχ. α'. ὁ μέγας Ζεὺς ἀπαλέξαι
γάμον Αἰγυπτογενῆ μοι.
β'. τὸ μὲν ἂν βέλτατον εἴη.
α'. σὺ δὲ θέλγοις ἂν ἄθελκτον.
β'. σὺ δέ γ' οὐκ οἶσθα τὸ μέλλον.
'Ημιχ. α'. τί δὲ μέλλω φρένα δίαν
καθορᾶν ὄψιν ἄβυσσον;
β.' μέτριον νῦν ἔπος εὔχου.
α'. τίνα καιρόν με διδάσκεις;
β' τὰ θεῶν μηδὲν ἀγάζειν.

Nota res ex Horati c. III. 12 *Miserarum est neque amore dare ludum neque dulci*, quod tot passum est distributiones quot uix aliud poema Romanorum. Hoc si in ionicis a minore nonnunquam euenire poterat, cur non in aliis? Et in paeonicis quidem id euenisse testis est Hephaestio in eodem loco § 124 Ἔστι δέ τινα τὰ ἐξ ὁμοίων οὕτω πεποιημένα (h. e. κατὰ σχέσιν uel in strophas distributa) οἷον τὰ Ἑρμείου παιωνικὰ ὄντα

Ἑπτά μοι δὶς τριάκοντα βασιλεὺς σχεδόν

καὶ τὰ ἑξῆς. Idem sequitur ex arte musica. Nam antiquissimis temporibus canebant carmina non legebant; canentibus autem, etiam mera voce, certis quibusdam pausis usus erat; multo autem magis, si tibiis uel cithara. Itaque uix maiora uero dixit Westphalius dum strophis eandem uetustatem ponit quam carminibus. (Catull. p. 270.) Num putamus ante inuentum Elegeion ceteraque metrorum genera hexametros diuisione partium caruisse? Hoc est illud omnino negare, quod nondum perfectum sit. Nec a ratione abhorret ὕμνους si qui Deorum facti essent, ut paean ille quo πανημέριοι iuuenes Apollinem mulcebant (Il. A. 472) ut melos suum, ita partes habuisse. Non dico de stropha et antistropho; poterat enim carmen ita diuidi ut ratas περικοπάς haberet rerum ordini obtemperantes, nec tamen sibi respondentes inuicem more strophae et antistrophi. Hoc ex collatis Iulii Pollucis Plutarchi Aristotelis uerbis elucebit. Docet enim Plutarchus (De Musica III) Terpandrum κιθαρωδικῶν ποιητὴν ὄντα νόμων κατὰ νόμον ἕκαστον τοῖς ἔπεσι τοῖς ἑαυτοῦ καὶ τοῖς Ὁμήρου μέλη περιτιθέντα ᾄδειν ἐν τοῖς ἀγῶσιν. ἀποφῆναι δὲ τοῦτον λέγει ὀνόματα πρῶτον τοῖς κιθαρωδικοῖς νόμοις. ὁμοίως δὲ Τερπάνδρῳ Κλονᾶν, τὸν πρῶτον συστησάμενον τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους καὶ τὰ προσόδια ἐλεγείων τε καὶ ἐπῶν ποιητὴν γεγονέναι . . . Οἱ δὲ νόμοι οἱ κατὰ τούτους αὐλῳδικοὶ ἦσαν, Ἀπόθετος, Ἔλεγοι, Κωμάρχιος, Σχοινίων, Κηπίων τε καὶ Δεῖος καὶ Τριμελής. ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ καὶ τὰ πολυμνάστια καλούμενα ἐξευρέθη. Οἱ δὲ τῆς κιθαρῳδίας νόμοι πρότερον πολλῷ χρόνῳ τῶν αὐλῳδικῶν κατεστάθησαν ἐπὶ Τερπάνδρου· ἐκεῖνος γοῦν τοὺς κιθαρῳδικοὺς πρότερος ὠνόμασε Βοιώτιόν τινα καὶ Αἰόλιον, Τροχαῖόν τε καὶ Ὀξύν, Κηπιώνα τε καὶ Τερπάνδριον καλῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ τετραοίδιον. πεποίηται δὲ τῷ Τερπάνδρῳ καὶ προοίμια κιθαρῳδικὰ ἐν ἔπεσιν. Ὅτι δὲ οἱ κιθαρῳδικοὶ νόμοι οἱ πάλαι ἐξ ἐπῶν συνίσταντο, Τιμόθεος ἐδήλωσε· τοὺς γοῦν πρώτους νόμους ἐν ἔπεσι διαμιγνύων διθυραμβικὴν λέξιν ᾖδεν, ὅπως μὴ εὐθὺς φάνῃ παρανομῶν εἰς τὴν ἀρχαίαν μουσικήν. Hinc docemur Terpandrum ex uersibus epicis sive suis siue Homeri nomos fecisse, singulis nomis suum μέλος suum nomen addidisse; fecisse etiam prooemia quae et ipsa hexametris scripta essent. Hic nomos cum cithara coniunxit: Clonas cum tibia. Ergo si hexametris usi sunt in nomis hi qui eos primi intulerunt,

isque mos tantum ualebat ut dithyrambicis numeris hexametros immisceret serior nomorum scriptor Timotheus, habemus unum saltem genus carminum quod *ἰσόμετρον* esset, idemque in partes distributum. Hae quae fuerint docemur ex Iulii Pollucis Onomastico IV. 66 *μέρη δὲ τοῦ κιθαρῳδικοῦ νόμου Τερπάνδρου κατανείμαντος ἔπαρχα μέταρχα κατάτροπα μετακατάτροπα ὀμφαλὸς σφραγὶς ἐπίλογος.* (Vide Westph. Catull. pp. 73–78) Has partes non ab initio omnes extitisse ex ipsis nominibus concluditur. Fuerunt primo Archa, Omphalos, Sphragis; mox Archae subiecta Catatropa, Sphragidi Epilogus; dein alterum initium factum est altera Catatropa. Sed Aristoteles Problem. xix. 15 dicit nomos a ceteris *ᾠδαῖς χορικαῖς* hoc distare quod non in antistrophis fierent; cuius causam esse quod ab histrionibus cum gestibus ac motu agerentur, unde perplexioribus essent uerbis ac numeris; nam dithyrambos quoque postquam cum gestu cani coepissent, non iam habere antistrophos, simplices enim antistrophos esse. Distinguebantur igitur Nomi in partes suas, strophis et antistrophis carebant. Vnde non semper abesse diuisio colligitur a carminibus quae in strophas reuocari nequeant antistrophis respondentes. Hoc quantum intersit uidebimus in Theocriti Eidylliis, Callimachi Hymnis Elegiisque. Sed idem de antiquioribus *ἐλεγειοποιοῖς* diserte tradit Plutarchus de Musica VIII. *Καὶ ἄλλος δέ ἐστιν ἀρχαῖος νόμος καλούμενος Κραδίας ὅν φησιν Ἱππῶναξ Μίμνερμον αὐλῆσαι. Ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐλεγεῖα μεμελοποιημένα οἱ αὐλῳδοὶ ᾖδον. Γέγονε δὲ καὶ Σακάδας Ἀργεῖος ποιητὴς μελῶν τε καὶ ἐλεγείων μεμελοποιημένων.* Quod si elegos in nomis usurparunt Mimnermus Sacadas et qui eos imitati sunt, hoc est in eo genere carminum quod partitione quidem obstrictum esset, sed minus ceteris certa finitaque, poterant etiam alibi elegos adhibere certiore ordine ac serie se se inuicem consequentes. Iam iambos modo recitare, modo canere auctor erat Archilochus (De Mus. XXVIII). Quod quid est aliud quam in diuersas partes distribuere carmen?

Dixerit hic aliquis, eiusmodi *περικοπαῖς* locum tamdiu dari, quamdiu carmina cum musica necessario coniungantur; cum legi coeperint, rem cum necessitate perire. Sed non tam artis terminis designantur carmina; nam et postquam cum musica necessario coniungi desierunt, nonnunquam accommodantur musicae, si quidem Horatius scripsit quidem odas ut legerentur potissimum, non ut canerentur, et tamen ad lyram cantatas fuisse iure sumpseris; et Catullus Epithalamia sua non uidetur a modis dissociasse, quanquam pleraque carmina legentibus tantummodo commendat (XIV^b) [1]; et etiam si modos sustuleris,

[1] Demetrius Caluum et Catullum cantabat (Hor. S. I. 10. 19), et Plinius hendecasyllaborum uolumen non legi tantum et describi sed cantari etiam et a Graecis quoque nunc cithara nunc lyra personari dicit. Epist. VII. 4. 9.

non continuo tollas diuisionem. Etenim quo magis leguntur carmina, hoc magis fiunt artificiosa; artificii autem bona pars in hoc ipso posita est ut, quemadmodum in eloquentia non tota solum oratio in partes digeritur, sed et singulis partibus suus tribuitur ordo et color sententiis, sic carmina suam habeant συμμετρίαν τε καὶ εὐρυθμίαν.

Sed illud contra afferunt; poetas si carmina ἰσόμετρα in strophas redegissent, notis usuros fuisse diuisionum. Nam tales usurpatas fuisse in Graecorum lyricis carminibus docere Hephaestionem περὶ Σημείων. Qui haec dicit, ubi monostrophicum esset poema, qualia pleraque Anacreontis Sapphus Alcaei, singulis strophis paragraphum, finito apponi coronida ⸎. Si κατὰ περικοπήν scriptum esset, hoc est cum stropha Antistropho Epodo, post singulas strophas et Antistrophos —, post Epodos ⸎, finito carmine asteriscum ⁎ appingi, imprimis ubi sequens carmen alio metro compositum esset, quod in monostrophica cadere praecipue Anacreontis Sapphus Alcaei; sic factum esse in Aristophanis editione Alcaei; contra in Aristarchea qua Hephaestionis tempore uterentur, etiam mutato tantum carmine. In fabulis uulgari diplen et quidem τὴν ἔξω <, eandem raro uenire in lyricis; nisi quod in Alcmanis poematis quattuordecim stropharum, quae in duas partes descriptae essent septenarum idem metrum habentium, harum altera diplen haberet appictam, altera careret. Addit notas fabularum; in his paragraphum anapaesticas partitiones, quas chorus caneret ἐν τῇ παρόδῳ, inter se disiungere, paragraphum cum utraque διπλῇ in parabasi usurpari comoediarum.

Haec ille de strophis iustis, siue mutato rhythmo definitis; quales in Graecorum fabulis sunt etiam anapaesticae. Quid in strophis omnino ἰσομέτροις factum fuerit non dicit diserte; sed paragraphum credo significare ubi de Sapphus libris secundo ac tertio haec scribit. Διὰ μὲν γὰρ τὸ ἐν τοῖς παλαιοῖς ἀντιγράφοις κατὰ δύο ὁρᾶν παραγεγραμμένον ἕκαστον ᾆσμα, καὶ ἔτι διὰ τὸ μηδὲν εὑρίσκεσθαι ἀριθμοῦ περιττοῦ, κατὰ συστήματα νομίζομεν αὐτὰ γεγράφθαι. Quod si uerum est, strophae istae inter se huiusmodi nota — separabantur. Quae si Hephaestionis tempore iam exciderant, poterant etiam in aliorum carminibus excidere, praesertim minus notis et quae nullam tantam criticorum diligentiam experta exemplaribus minus sinceris prodita essent.

Sed poterant solo interuallo, non nota separari. Non credo, saltem a criticis[1]; sed esto ut solo interuallo disiunctae fuerint; habemus aliud argumentum quo defendamur. Nam si notae exciderunt, multo magis interualla; quae nec oculos moratura essent

[1] Dico Alexandrinos, sed quo tempore strophae signis inter se disiungi coeperint, non exploratum est.

incuriose legentium, et si dictarentur uersus, aures scribentium facilius fallerent. Vt ut se res habet hoc unum exemplum ad id sufficit quod tractamus. Nobilissimae omnium poetriae stropharum signa iam Hephaestionis saeculo nisi ex antiquioribus exemplis perierant; cur non idem in Catullo credamus euenisse, de quo nec multa dixerint grammatici, et qui unicus eius carminum liber extat, hic ad nos et mancus et plurimis locis deprauatus peruenerit. Ex alio loco ubi de Alcmanis strophis ternariis dicit Hephaestio, nihil colligitur; sed ne hic quidem defuisse credo signa diuisionum, cum qua cura alia huius carmina distincta dicuntur, eadem etiam in his prouenire potuerit. Sed non nego hoc minus in ea cadere quae de ionicis a minore idem scripsit. Qui si ullo signo distinguebantur in denas syzygias, ne ἄπειρος quidem dubitasset κατὰ σχέσιν essent an ἐξ ὁμοίων.

Illud etiam tenendum est, poetas ipsos carmina nonnunquam potuisse certis terminis circumscribere, neque ea tamen notare signis; qui termini si obscuriores essent, curiosis tantummodo manifestos fore; ex his autem partem non ausuros fuisse quicquam de re incerta praedicare ne riderentur tanquam perspicaciores, nonnullis euenturum esse ut cum uerum alio loco uidissent, alio aut errarent aut discreparent ceteris, nihil omnino putarentur effecisse. Hoc quantum ualeat, melius intelleges si reputaris quot ex metricis quam pauci supersint. Nam si nonnulla de hac re quam agimus in tam breui Encheiridio tradit Hephaestio, plura in tribus libris unde hoc contraxit, aliquanto plura in undecim, multo autem plura in quadraginta octo quos primum scripsit dicturus erat. Ecquid aliud faciebat in libro περὶ τῶν ἐν ποιήμασι ταραχῶν, nisi ut partes inter se confusas secerneret iterum et in pristinum ordinem reduceret? Illae autem turbationes unde originem potius erant ducturae, quam ex omissis interdum uel erasis notis, interdum a suo loco in alium tralatis? Quotus quisque enim erat cui non dubitationem possent afferre carmina κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῆ, qualia describit § 127 ὅποταν ἐκθέμενος ὁ ποιητὴς ὁπόσα δήποτε συστήματα διάφορα ἐπαγάγῃ ἐκ τῶν αὐτῶν συστημάτων συνεστῶσαν περικοπήν· ὥστε τὰ μὲν ἐν ἑκατέρᾳ ἢ ἑκάστῃ περικοπῇ συστήματα ἀνόμοια εἶναι ἀλλήλοις, τὰς δὲ περικοπὰς ἀμφοτέρας ἀλλήλαις ὁμοίας ἢ πάσας?

Itaque de Graecis haec fere sentio; notas post Alexandrinorum certe aetatem plerumque usurpasse quibus carminum indicarent partitiones; nonnulla tamen ut incerta tradita ab antiquis aut non distinxisse signis aut raro, praecipue uero ubi uel inpares strophae essent, uel uersus uno metri genere continuarentur. Sed ut Graecos concesserim strophas plerumque certis signis definiuisse, non idcirco idem mos apud Romanos ualuisse ostenditur. Qui si Anacreon-

tem legerent uel Alcaeum notis suis in strophas digestos, poterant eorum imitari uel orationem uel numeros, notas et signa tanquam minoris praetermittere. Certe Naeuius Punica sua ne in libros quidem distribuit, sed uno uolumine edidit et continenti scriptura; quae primus in septem libros diuisit C. Octauius Lampadio. (Suet. Gramm. II.) Idem tamen Suetonius cum Craten Malloten Aristarchi aequalem dicat studium grammaticae in urbem intulisse legatum missum ad senatum ab Attalo rege inter secundum ac tertium Punicum bellum sub ipsam Enni mortem (A. C. 168) et cum prolapsus in cloacae foramen crus fregisset, per omne legationis simul et ualetudinis tempus plurimas acroasis subinde fecisse assidueque disseruisse; ac Romanis exemplo fuisse ad imitandum; hactenus tamen imitatos ut carmina parum adhuc diuolgata uel defunctorum amicorum uel si quorum aliorum tractassent, diligentius retractarent ac legendo commentandoque et ceteris nota facerent, ut C. Octauium Lampadionem Naeuii Punicum Bellum, ut postea Q. Vargunteium annales Enni, ut Laelium Archelaum, Vectiumque Philocomum Lucili Saturas; mox instruxisse ab omni parte grammaticam L. Aelium Lanuuinum generumque Aelii Clodium, posthac magis ac magis et gratiam et curam artis increuisse ut ne clarissimi quidem uiri abstinerent quo minus et ipsi aliquid de ea scriberent, utque temporibus quibusdam super uiginti celebres scolae fuisse in urbe traderentur, pretia uero grammaticorum tanta mercedesque tam magnae ut constaret Lutatium Daphnidem septingentis milibus numum a Q. Catulo emptum ac breui manumissum, L. Apuleium ab Eficio Caluino equite Romano praediuite quadringenis annuis conductum multos edocuisse: claros autem professores ante Catulli aetatem memoret Nicanorem, Opilium, Gniphonem, Andronicum, Orbilium Pupillum, Ateium Philologum, Valerium Catonem, Cornelium Epicadum, Staberium Erotem, Curtium Niciam, Lenaeum, eo magis inclino ut credam totam Alexandrinorum disciplinam, inter haec notas metricas, Romae iam Ciceronis tempore uiguisse. Nam aliud genus notarum, ut quidquid pro contione aut in iudiciis diceretur librarii scriberent simul astantes *diuisis inter se partibus quot quisque uerba et quo ordine exciperet* iam Ennius inuenerat: notas autem quae uerba uel syllabas praefixis characteribus notarent Tiro Ciceronis librarius commentatus est, mox Vipsanius Philargyrus Aquila Seneca auxerunt. Ipsas illas Alexandrinorum notas XXI quibus utebantur in commentatione scriptorum, idem Suetonius dicit in annotationibus Enni Lucili et historicorum usos fuisse Vargunteium Aeliumque et postremo Probum, quem illas in Vergilio et Horatio et Lucretio apposuisse ut Homero Aristarchum.

Ex his quae ad rem nostram pertinent haec sunt[1].

>— diple obelismene ad separandas in comoediis et tragoediis periodos.

—< auersa obelismene quotiens strophe et antistrophos infertur.

⩾ diple superne obelata ponitur ad condicionem locorum uel personarum uel temporum mutatam.


Eadem fere Isidorus Orig. I. 20 nisi quod notae diuersam speciem ferunt. Sic enim eas exhibent codices duo Isidori qui in bibliotheca collegii nostri Trinitatis adseruantur, alter (55) saec. XI, alter (64) saec. XIII.

55 64

Diple obelismene

Auersa obelismene

Diple superne obelata



Harum an ullae in codicibus extent Horati, non scio. Extant certe signa partitionum, quibus interdum strophae a strophis, interdum orationis membra inter se distinguantur, ut confecto circuitu et quasi orbe uerborum ab altero argumento transitus fiat ad alterum. Nam in antiquo codice Horati qui in Museo Britannico seruatur (Harl. 2725), haec nota 7 uel ·7 modo in stropharum fine, modo periodorum uelut in Satiris et Epistulis posita est. Hanc antiquitus traditam fuisse forma indicat, non longe remota ab eis quae apud Suetonium et Isidorum reperiuntur; nec a uero mihi abhorrere uidetur ut formam ita usum a ueteribus ad nos peruenisse.

Adposui exempla ex Epodis.

Epod.
IV. 4 Et crura dura compede ·7
6 Fortuna non mutat genus ·7
16 Othone contempto sedet ·7
VI. 8 Quaecumque praecedet ·7
10 Proiectum odoraris cibum ·7
14 Aut acer hostis Bupalo ·7
VII. 10 Vrbs haec periret dextera ·7
12 Vnquam nisi in dispar f. ·7
14 An culpa? responsum d. ·7
17 Sic est ·7

Epod.
VII. 20 Sacer nepotibus cruor ·7
VIII. 10 Exile suris additum ·7
11 + Esto beata
14 Onusta baccis ambulet ·7
20 Ore allaborandum est tibi ·7
IX. 10 Seruis amicus perfidis ·7
18 Galli canentes Caesarem ·7
20 Puppes sinistrorsum citae ·7
22 Currus et intactas boues ·7
36 Metire nobis Caecubum ·7

[1] Vide Suetonii Relliquias ed. Reyfferscheid. p. 140, sqq. Colometriae Aristophaneae qualis ab Heliodoro descripta est et ex Scholiis elicitur quantum superest collegit, addiditque tabulas signorum quae uarias partes fabulae inter se distinguerent Carolus Thiemann Halis 1869.

Epod.
IX. 38 Dulci Lyaeo soluere ·7
X. 4 Auster memento fluctibus ·7
8 Frangit trementes ilices ·7
10 Qua tristis Orion cadit ·7
14 In impiam Aiacis ratem ·7
20 Noto carinam ruperit ·7
XI. 2 amore percussum graui ·7

Epod.
XI. 6 siluis honorem decutit ·7
14 arcana promorat loco ·7
18 certare summotus pudor ·7
22 lumbos et infregi latus ·7
26 nec contumeliae graues ·7
28 longam renodantis comam ·7

Haec si cum incisionibus compares Epodorum, nonnunquam ex parte, nonnunquam omnino cum his congruere intelleges; nonnunquam discrepant, saepius paucis tantum e multis sunt adscriptae. Nam in VI σχῆμα est 442, 42, codex notam addit post numeros ubi stigma apposui; in VII σχῆμα est 442, 244, codex notam ter habet ubi apponenda erat, semel ubi non inciditur post u. 14; in VIII σχῆμα est 244, 442, codex ·7 adpingit duabus mediis περικοπαῖς, praeterea + ubi carmen in duo dimidia scinditur; in IX totum σχῆμα est 64, 64, 24, 24, 42: codex notam habet post numeros quibus stigma adposui, et post u. 18 ubi non inciditur: in X σχῆμα est 4.4 24. 42.4, codex notam addit ut indicaui: XI σχῆμα habet 644, 446, codex notam addit et in locis indicatis stigmate, et post uersus 2, 26, unde fortasse conicias olim primam περικοπὴν in 24, ultimam in 42 distributam fuisse. Sed cum nota non in Odis tantum et Epodis recurrat, sed etiam in Satiris Epistulisque, nihil certius de ea asseuerarim.

In codice Reginensi duo signa sunt quae huc trahenda fortasse duxeris: prius ·7 uel 7 simile Harleiano, alterum .^. Et ·7 plerumque ibi inuenitur ubi stropha quattuor uersuum finem simul cum sententia capit: nam ubi sensus continuatur, non extat. Sic in I. 13 *Cum tu Lydia Telephi* quó nullum Horati carmen certius in strophas quaternorum uersuum distributa est, extat hoc signum post 4, 8, 12; in III. 9 quae Antapodotice siue alternis cantata dicitur, post 4, 8, 12, 16[1], non item post 20, 24. In I. 18 *Nullam, Vare, sacra, uite prius seueris arborem* positum est post uu. 2, 4, et post *Debellata* in u. 9, credo quia sententia strophae ibi demum terminata est; nam etiam alias sic scriptum repperi, uelut in III. 17. 9 post *Late tyrannus*. Sed de hac nota nondum satis quidquam explorati habeo: tantum iudico metricam fuisse, licet non desint quae contra hanc sententiam stent.

[1] Etiam altera nota ^ apposita est uersibus 1, 17.

Manifestior usus notae ^. Exscripsi III. 12.

o
Miserarum est .^ neq: amari dare ludum .^
dulci i
Neque mala uno lauere. aut
Exanimari. metuentes patruae
Verbera linguae;
Tibi qualum Cythereae puer ales .^
Tibi telas opero sęque mineruae
Studiũ aufert. neobule liparei Nitor hebri;
Simul unctos tiberinis humeros
Lauit inundis. eques ipso melior
Bellerofonti. neq: pugno neq: segni Pede uictus .^
Catus idem perapertum fugientes
Agitato grege ceruos iaculari. et
Celer alto latitantem fruticeto
Excipere aprum.

Hinc elucet distributio stropharum qualis a grammatico tradita est. Habet enim carmen 4 strophas uel systemata ionicorum a minore; singulae strophae 4 uersuum sunt, quorum priores tres ternos ionicos, quartus unum habet. Quae descriptio quanquam nec Bentleio placuit nec cuiquam elegantiorum placitura est, magno adiumento erit iis qui Horati odas quaternario numero omnes credunt diuidi: nam ut in decapodia (κατὰ δέκα συζυγίας) carmen distribui, ita singulis decapodiis quaternos uersus inesse, ab antiquis traditum arbitror. Euenit tamen in codice, quod nemo mirabitur, ut tertiae strophae nota exciderit: quartae non ubi sequi debebat post *Catus idem perapertum fugientes*, sed ad finem tertiae strophae inueniatur. Eadem turbatio notarum totum codicem inuasit, ut periculosum sit disertius quidquam de iis dicere. Sed tamen non desunt quae minus confusa ad nos peruenerint caeteris: uelut I. 14 ubi uersibus 5, 9, 10 eadem nota .^ apposita est, ad uu. 13, 17 ut etiam ad 14, 18 excidit; I. 21 *Dianam tenerae dicite uirgines* addita est uersibus 5, 6, 9, 11, 13, ex quibus 5, 9, 13 primi sunt stropharum; III. 25 ubi ad 5, 9, 14, 16, 17, ex quibus 5, 9, 17 stropham incipiunt, 14 per errorem notam habet ex uersu 13 tralatam. Etiam illud de hac nota .^ conicio: olim utrisque prioribus uersibus additam fuisse ubi stropha hos haberet inter se quidem pares sed a tertio quartoque, uel saltem a quarto, seiunctos, quales sunt Alcaicae Sapphicae Asclepiadeae uelut *Audiuere, Lyce*, *Di mea uota Di*, *Pastor cum traheret cum freta perfidus*. Huius rei superesse credo non dubia uestigia; sic III. 13 *O fons Bandusiae* notam habet et huic uersui et sequenti adscriptam: II. 19 quod octo stropharum Alcaicarum est, nota post secundum uersum primae quintae sextae, post primum

secundae ac tertiae, semel per errorem post tertium secundae, addita est: quod facile sic explicaueris, si nobis concesseris olim singulis strophis bis fuisse adpictam, mox lapsu saeculorum, nunc hoc, nunc illo loco excidisse. Manifestiora rei indicia in Sapphico carmine IV. 6, ubi eandem notam habent 4, 5, 6, 10, 26, 30, 34, 37, 42: ex quibus 6, 10, 26, 30, 34, 42 secundi uersus strophae, 5, 37 primi, unus 4 ultimus est.

Magis ad rem facit quod in Diris notauit Ribbeckius. Hic enim cum intellegeret carmen id per strophas descriptum esse, etiam in codice stropharum signa repperit. Nam codex Bembinus litteris miniatis initialibus hos uersus Dirarum distinguit 14, 20, 26, 30, 54, 63, 67, 71, 75, 84, 89, 95, 97, 104, 112, 123, 134, 140, 152, 166, 172, 177. Iidem uersus etiam in codice Bodleiano (Auct. F. 1. 17) prima littera maiore distincti sunt, nisi quod omissis 63, 67, 89 accedunt duo, quibus in Bembino miniata littera non adpicta est, 45, 58. Id non mero casu uel arbitrio librarii, sed certo consilio ad indicanda quasi membra quaedam corporis factum esse iure contendit Ribbeckius, qui duces secutus litteras has initiales carmen totum uel, ut ipse censet, duo carmina in strophas distribuit. Nihil dico de Vergili Bucolicis in quibus miniato ornamento interdum exprimi stropharum partitiones ut a uero non abhorret ita uix satis certe colligitur[1].

Multo clarius res elucet in Senecae Tragoediis. Hae enim, ut etiamnum leguntur, adeo distincte in partes suas lyrica habent diducta ut si quis antiquissimum quemque codicem excutiat uariaque inter se comparet signa partitionum, uix dubitem quin eum ordinem reuocaturus sit quem habebant cum primum edebantur. Quod ut melius intellegatur, signa posui qualia in quattuor codicibus inueni.

MEDEA 578—669.

Harl. 2484.	Harl. 6332.	Lincolniensis 92.
		Non ubi hibernos nebulosus
		Non ubi impellit Rhodanus
	⌜Caecus est ignis	Caecus est ignis stimulatus
=Parcite O diui	⌜Parcite O diui	
=Sed furit uinci		
=Ausus aeternos	⌜Ausus aeternos	Ausus aeternos agitare
=Constitit nulli		Constitit nulli uia nota magno
=Quisquis audacis	⌜Quisquis audacis	Quisquis audacis tetigit
	⌜Quisquis intrauit	
=Exigit poenas	⌜Exigit poenas	Exigit poenas mare

[1] Ribbeck Appendix Vergiliana pp. 57-59.

Harl. 2484.	Harl. 6332.	Lincolniensis 92.
	⌜Aulis amissi	
=Ille uocali		Ille uocali genitus
=Strauit Alcides	⌜Strauit Alcides	Strauit Alcides
=Ipse post terrae	⌜Ipse post terrae	Ipse post terrae pelagique
=Strauit Ancaeum	⌜Strauit Ancaeum	
	⌜meruere cuncti	
=Ite nunc fortes	⌜Ite nunc fortes	Ite nunc fortes, perarate
=Idmonem, quamuis	⌜Idmonem, quamuis	
=Omnibus uerax	⌜Omnibus uerax	Omnibus uerax
	⌜Ille si uere	
=Igne fallaci	⌜Igne fallaci	Igne fallaci
=Patrioque pendit		
=Coniugis fatum	⌜Coniugis fatum	Coniugis fatum
=Ipse qui praedam	⌜Ipse qui praedam	Ipse qui praedam
=Iam satis diui	⌜Iam satis diui	Iam satis diui

HERCULES FURENS 524–590.

Lincolniensis 92.	Harl. 2484.	Harl. 6332.	Harl. 2483.
Eurystheus		⌜Eurystheus	
Serpentis resecet		⌜Serpentis	Serpentis
Deceptis referat		⌜Deceptis	
Intrauit Scythiae		⌜Intrauit	Intrauit
Calcauitque freti			
Illic quae uiduis			
		⌜Illic dura	
Qua spe praecipites	⌜Qua spe	⌜Qua spe	Qua spe
Illic nulla noto		⌜Illic nulla	
Euincas utinam	⌜Euincas	⌜Euincas	Euincas
Hic qui rex populis	⌜Hic qui	⌜Hic qui rex	Hic qui rex
			Et mortis
Fatum rumpe manu		⌜Fatum rumpe	
Immites potuit	⌜Inmites	⌜Inmites potuit	Inmites
			Deflent et
			Deflent
Tandem mortis ait			Tandem
Odit uerus amor			Odit uerus
Quae uinci potuit		=Quae uinci	Quae uinci

Hercules Furens 830–894.

Harl. 2484.	Harl. 6332.	Harl. 2483.
	Ausus est caecos	Ausus est caecos
Sed frequens magna	Sed frequens magna	Sed frequens magna
	Qualis Eleum	
	Quanta cum longe	
His datum solis		His datum solis
Stat chaos densum		Stat chaos densum
Sera nos illo		Sera nos illo
		Quid iuuat
Thebis laeta dies adest		Thebis laeta dies adest
		Cessent deposito
Stante (*sic*) sacrificus comas		
Pax est Herculea manu		Pax est Herculea manu

Hae partitiones plerumque duabus lineis positis ἐκ παραλλήλου in sinistro latere uersus (=), interdum, ut in Lincolniensi, prima littera maiore ceteris et colore quodam insigni adpicta, uel, quod alias occurrit in eodem codice, ꝗ exstante et alternis minio, alternis purpura distincto, denotantur. Quantum inter se conueniant ex tabulis meis apparebit; quod interdum exciderunt, id nemo mirabitur, qui rem per se artificiosam aegre per longa saecula incolumem extare reputabit. Illud saltem omnes credo concessuros; longe propius a uero abesse qui ad stropharum normam et partitionum Senecam reuocent, quam qui scriptis artem Graecorum imitatis atque etiam in maius augentibus Graecorum negent artificia inesse.

Senecam qui imitatus est Boetius non mirum si carmina sua iisdem gubernaculis rexit. Nec in quoquam libro certiora reperiuntur signa incisionum quam in eo quem scripsit hic de Consolatione Philosophiae. Id lectis carminibus statim agnoui: postea excussis codicibus notas superesse intellego. Velut carmen quo librum orsus est partes habet has 84 . 44 . 2: quarum signa (sic enim habeo) extant in antiquo codice Saec. X uel XI bibliothecae Collegii Trinitatis apud Oxonienses. Nam nono uersui a dextro latere paginae ascriptum est ⅄ ; tertio decimo > ; septimo decimo Y ; ultimo Y. Eiusdem libri proximum carmen post primos tres uersus, ceteros habet eadem nota κατὰ δύο distinctos hoc modo

Terrenis quociens flatibus aucta
Crescit in inmensum noxia cura

Carminis VI σχῆμα est 64 . 54 . 3, et sic in codicibus Canonicianis 183, 303 distinctum est, quanquam ultimo numero non designato in 183. II. 2 partes habet has 8642, quae sic notatae sunt in Can. 303. II. 3 partes habet has 44 . 44 . 2 quae in Can. 303 extant omnes, eaedem omissa postrema etiam in 183. II. 8 in duo dimidia scissum est, utrunque 15 uersuum; qui rursus sic diuiduntur 222222.3 || 33.222.3. His ex numeris nonnisi quartus sextusque nota carent in Can. 182. III. 2 = 6. 10. 10. 12, duplicato in fine numero senario unde carmen incohatur. Extantque notae non solum in Can. 183, sed etiam in Bodleiano Auct. F. 1. 15[1], qui, quod nusquam alias fecit, in hoc uno carmine singularum partitionum litteram initialem caeruleo colore distinguit[2].

Eadem fere ex antiquo codice colligo Prudentii[3]. In hoc strophae (ἰσόμετροι sunt fere omnes, sed eiusdem semper numeri uersuum) praefixa maiore littera primo strophae cuiusque uersui inter se separantur. Sed interdum pro magna littera initiali aut per errorem aut alia qua causa minor scripta est; ut unius strophae speciem praebeat, non duarum. Sic Prooemium strophas habet quindecim, maiores litteras duodecim 1, 7, 10, 16, 22, 25, 28, 31, 34, 37, 40, 43: sic Cathemerinon IX, cui praefixa haec est metri definitio '*Metrum* '*trochaicum Archiloicum monocolon tristrophon quod per pedes duplices* '*fertur*,' perraro strophas habet inter se aut maioribus litteris aut alio signo distinctas, saepenumero maiorem litteram nec mutata stropha; sic Peristeph. VI, quod Hendecasyllabis constat, in strophas autem diuisum est trinorum uersuum finita cum singulis strophis sententia, non signis nec litterarum specie, quale sit definitur; uersus enim non singuli spatium lineae obtinent, sed ab extrema linea ad inceptam sequentem continuantur. Idem cadit in Peristeph. XIV, quanquam hoc quidem in strophas non descripsit Prudentius. Sed tamen quae extant uestigia satis indicant Christianorum saltem in poematis non notas semper, quales memorantur a Suetonio et Isidoro, usurpatas fuisse in discrimen stropharum, sed idem alias litterarum formam maiorem alias relictum (sic enim credo) post stropham spatium effecisse.

[1] Est hic codex inter optimos, Saxonica manu conscriptus pulcerrime circa annum 1000, uti Coxio uisum est. Accedunt identidem Scholia. Post Boetium eadem manus Persii satiras cum perpetuis Scholiis adiecit. Huius mentionem fecit O. Iahn Proleg. ccxi.

[2] Vide notas scripturarum quas in fine editionis suae Isidori Originum adpingendas curauit Otto.

[3] Bibl. Bodl. Auct. T. 2. 22.

Quem morem non est cur in Christianorum tantum carminibus ualuisse putemus. Cum enim, ut dixi, non semper ex scriptura codicis elicias quot uersus in utraque stropha Prudentius posuerit: hoc autem modo propter continuatos prosae more uersus, modo quod binis columnis scripti essent ideoque turbati, transitu ab altera facto ad alteram, modo ex omissis initialibus litteris, accidisse uideatur, haec omnia etiam alibi errores ac turbas creare potuerunt. Cuius rei exemplum quod suppetit adiciam. Habent codices Culicis haec

57 *O bona pastoris, si quis non pauperis usum*
Mente prius docta fastidiat et probet illis
Omnia luxuriae spretis incognita curis

Haec aliquando continue scripta fuisse in codice, hinc concludo. Dixerat auctor carminis *et probet illi Somnia luxuriae;* haec primum uersibus alio super alium positis, mox continuis sed per initialem litteram inter se diuisis, postremo sine initiali legebantur. Hinc factum ut *illi Somnia* in *illis Omnia* mutatum fuerit. Similia passum esse Catulli Hymenaeon LXI dixi in Prolegomenis. Cuius liber hic qui ad nos peruenit quot et quantas potest subiisse mutationes! Ipse, ut opinor, si carmina digessit in strophas, non erat librum nisi additis signis partitionum emissurus. Id saltem in iis concedas quae aut ipso metro aut interposito epiphonemate speciem prae se ferunt stropharum, qualia sunt sapphica, glyconea, Epithalamium *Vesper adest, iuuenes, consurgite; Vesper Olympo:* cur minus in iis quae non minus certam partitionem, siue in paria habent siue in aequabilia? c. XXX ad exemplum scripsit Sapphus; non ut Sappho descripturus erat in strophas, non ut Sapphus editiones ita suam nota aliqua distincturus stropharum? c. XXIX in quinque diuisit systemata iamborum: non interualla saltem additurus erat quibus id ostenderetur? c. XLI uocabulo *puella* quater in octo uersibus posito, bis post quartam, bis post sextam syllabam in quattuor partes digessit, binorum singulas hendecasyllaborum; XLII in duas duodenorum repetitis uerbis *redde codicillos;* XLV in duas strophas nouenorum cum epodo repetitis uersibus *Hoc ut dixit amor sinistra ut ante Dextram sternuit approbationem:* et in his partitionem fecit neque idem legentibus declarauit? Cui omnia tersa ac polita placuerint, hunc credas libellum suum non omni cura perscriptum atque in suas partes digestum emisisse? Hoc et artificis erat et docti poetae. Sed fac diuisisse, neque id tamen significasse notis. Num idcirco fortuitas ducis istas stropharum ac partium concentiones? 'Quae est igitur aut ubi uersatur fortuitarum 'rerum condicio? Quae enim praesentiri aut arte aut ratione aut usu

'aut coniectura possunt, ea non diuinis tribuenda credo, sed peritis[1].' Itaque si quis Porsonianae isti normae de senariis Tragicorum obiciat quod nec ueteres ita praeceperint et sint exempla quibus infirmetur, casu igitur euenire ut si iambum creticus claudat, breuis toties praecedat syllaba; cur neges? Quia adeo pluribus obtinet locis quam uiolatur ut non potuerit non ius habere artificii quo tragici iambos suos a comicis discriminarint. Adhibetur enim tam constanter ut mireris si quid contra occurrerit. Et hoc quidem iam certum et exploratum creditur; incertius illud quod Meinekius et Lachmannus de Horati carminibus praeceperunt, ut omnia in strophas redegerit quaternorum uersuum. Vbi enim strophas ipso metro diuiserit, quaternos uersus singulis strophis ponere; ex iis autem quae ἰσομέτρως scripserit, unum esse quod hanc diuisionem non patiatur, IV. 8; hoc autem signa prae se ferre turbarum. Quod contra si quis dixerit; at septem tantum ex carminibus IV librorum scripsit ἰσόμετρα; ex his IV. 8 numero quaternario non diuiditur, III. 12 potius per strophas trinorum: aduersatur antiquitatis traditio, si quidem grammatici ueteres odas μονοκώλους δικώλους τετρακώλους diligenter distinxerunt, nihil de hoc dixerunt; quomodo rem decidas? Fortasse non poteris; sed dices pausas carminum ἰσομέτρων cum pausis congruere reliquorum Horati, si post quartum quemque uersum incideris; hoc nihil diligentius quaesiuisse Horatium, nec in ulla re tam certe imitatum Graecos; esse igitur artificii: parum igitur ualere quod in uno carmine locum non teneat, praesertim turbato: esse autem strophas in odis ἰσομέτροις, nihil mirum si recentiores dubitent, cum dubitarint etiam ueteres, idque in metris quibus in quattuor ex his ipsis septem carminibus Horatius usus fuerit; nam I. 11, 18, IV. 10 eodem metro scripsit quo totum librum tertium Sappho; III. 12 ionicis a minore quibus Alcaeus carmen ἐμὲ δείλαν ἐμὲ πασᾶν κακοτάτων πεδέχοισαν: signa autem partitionis cum iam Hephaestionis tempore obscurata essent, mirum si incorrupte per tot saecula ad nos peruenissent: ergo eo magis te inclinare ut uerum credas quod a nullo ueterum traditum sit quam ut fortuitum habeas quod cum tanta arte coniunctum uideatur. Hinc si te ad Catullum conuerteris, nonnulla inuenies quae partitionem admittunt non dubie, ut LXII, XLV, XLII, XXIX, XXV, XVII, IV. Atqui de partitione Catulli ne unus quidem ueterum dixit quicquam. Vnde ex te ipse iudicium facies, nec dubium examen in dubia trutina castigaueris. Nunc respice carmen longius, dico Nuptias Thetidis et Pelei. Primum occurret quod te teneat Carmen Parcarum, quod a uersu in

[1] Cic. de Divin. II. 5.

strophas digeritur constanter sed diuersis interuallis repetito *Currite ducentes subtegmina, currite fusi.* Iam interuallorum quae sit ratio si coniecturam facere conaberis, examinandi sunt numeri ipsius carminis, deinde similium siue Catulli siue alium quem aut ipse imitatus est, aut qui eum secuti sunt. Itaque ratam numerorum consecutionem nec a Theocrito abesse intelleges nec ab eius aequalibus, si minus exploratam semper et extra dubitationem, at constantem et quam, ut obscura aliquando facta sit corruptis codicibus uel quod non satis est quaesita diligenter, esse tamen persuasum habebis. Idem in Vergili cadere Bucolica, et si quis alius sic scripsit Romanorum, non ideo negabis quod qui primi id diserte praeceperunt Gebauerus et Ribbeckius, incerta nonnulla posuerint. Hinc postquam intellexeris carmina per repetitum uersum diuisa in strophas modo eundem numerum uersuum in duabus strophis ponere ut strophae antistrophus respondeat, modo in pluribus, uelut si quinque strophae sint quinorum uersuum; interdum strophis inparibus quae se inuicem excipiant mox alias inferri pariter inpares, ut si $\alpha = 4$, β 5, γ 6 mox inferantur α' 4 β' 5 γ' 6 uel inuerse γ' 6 β' 5 α' 4; quod proximum est, Parcarum carmen quaeres quos habeat numeros quomodo ad nos traditum est in codicibus. Sunt autem hi 564 55545 46 433. Hos proportione quadam inter se necti non est diuinatio; etiamsi de ea dubites quae sit. Nam si artificio quaesitum est uersus diuidere, carentis est artificio si diuisionis legem non inuestiges. Nec si id alii aliter descripserunt, ideo tollitur descriptio, sed habes causam cur de tam incerta re ueteres tam pauca praeceperint. Post hoc si uersus consideraris praepositos Parcarum carmini, uiderisque quasi sponte sic cadere in partes 13 16 13 16; tum qui hos praecedunt (202–264), primum in 13 23 13 14, mox 23 rursus in 10 3 10, ut per artificium quoddam saepius repetantur hi numeri 13, 23 (13 10 3 10 13 + 14), eadem ratione reliquum carmen ad legem quandam numerorum factum esse aut ueri simile habebis aut non alienum a uero. Quo facto si in hoc magnam partem artis posuisse Catullus uidebitur, idque alia confirmant, ueluti quod interdum uersus habent nescio quid nimii, siue eadem re saepius iterata, siue iisdem uocabulis[1], interdum simpliciores sunt nec libero fluunt cursu sed certo quodam ac paene constricto, quod utrunque ex partitione oriri potuit, cum interdum addendus uersus fuerit, sermo raro interrumpendus nisi in fine

[1] Sic tredecies recurrit *pectus* 64, 69, 72, 123, 125, 138, 198, 202, 208, 221, 339, 351, 383; septies et decies *mens* 70, 97, 136, 147, 200, 201, 207, 209, 223, 226, 236, 238, 248, 254, 330, 398, 406; septies *cor* 54, 94, 99, 124, 158, 231, 294; quinquies *animus* 70, 145, 250, 372 *flexanimo* 330.

uersuum; postremo si quali modo carmen tu facis diuisum, eodem uel simili alium intelleges id diuisisse; negabis haec omnia casu euenisse, ad consilium referes Catulli. Sed dixerit aliquis; tu Catullum putas tali se uinculo obstricturum fuisse ut legem quandam scribendi sibi proponeret certis numeris terminatam, eamque seruaret constanter, nec quicquam postea mutaret? hoc est arithmeticum facere, non poetam. Respondebis; et si putarem, non multo aliter putarem fecisse quam fecerunt Pindarus Callimachus Theocritus alii; et ut consilii partem numeros habeas, non necesse est sic habere, ut antequam scripserit, totum σχῆμα oculis uel animo praefixum tenuerit. Casu enim potuit περικοπὴν facere decem uersuum primam, alteram octo; si tertiam octo, quartam decem, uel decem tertiam, quartam octo faceret, id uix haberem pro fortuito; sed tamen exspectanda esset totius partitionis qualis esset et quibus numeris confecta descriptio. Saepius enim cum casu sic coniungitur consilium, ut consilium dominari dicas, casum inesse non neges.

Vt ab Homero exordiar, ne hic quidem desunt huius rei uestigia. Disseruerunt de ea re Koechlius Ribbeckius[1] alii. Sed ut certum partium ordinem nemo quaesiuerit in simpliciori carmine et ex multis confecto, ita ambigua pleraque quae ducuntur exempla, rarissima quae consilium prodant poetae. Sententiae enim ut modo duobus uersibus, modo tribus terminentur, id sponte accidit, non consilio. Sunt tamen nonnulla quaesita, ueluti cum Chryses Apollinem bis in eodem libro precatur Il. A. 37–42, 451–456, sex uersibus uotum in utroque loco conficitur; in tertio libro Helena Paridem alloquitur nouem uersibus, nouem Paris Helenam (Γ. 428–436, 438–446). Idem numerum ternarium quodammodo affectat in (1) precationibus, (2) lamentationibus, (3) uaticinationibus. Exempla sunt

(1) Precationum

(α) Palladis Z. 305–310 (3 × 2); K. 462–4 (3).

(β) Omnium Deorum Z. 476–481 (3 × 2).

(γ) Iouis Π. 233–248 (333 43).

Sed non cadit hoc in H. 204–205, O. 372–377, Φ. 273–283.

(2) Lamentationes κατὰ τρεῖς compositae qualis est libri XXIV ubi Hectorem Hecuba deplorat: nam id minus cadere in Andromaches θρῆνον sicut etiam Helenae, contra Ribbeckium censeo.

(3) Vaticinationum exempla sunt

(α) Oratio Agamemnonis B. 369–393 = 32223, 3333

[1] Vide Ribbeckii dissertationem in Noui Heluetici Musei uol. i. pp. 213–233, et eundem in Fleckeiseni Ann. lxxv. 65–74.

(β) Heleni, οἰωνοπόλων ὄχ' ἀρίστου Z. 77–101=333 4 3333
(γ) Hectoris ad Andromacham Z. 441–465=333 6 33 22
(δ) Aiacis P. 629–647=23333 23

in quo notandum est ibi primum ternarium numerum usurpari, ubi de Astyanactis futuro fato sermo est.

Παραλληλισμὸν uersuum nusquam magis elucere quam in Catalogo libri II iam demonstrauit Ribbeckius. Cuius ordinis τύπος uel exemplum potest esse 236–240

οἱ δ' εἶχον Τρίκκην καὶ Ἰθώμην κλωμακόεσσαν
οἵ τ' ἔχον Οἰχαλίην, πόλιν Εὐρύτου Οἰχαλιῆος,
τῶν αὖθ' ἡγείσθην Ἀσκληπιοῦ δύο παῖδε
ἰητῆρ' ἀγαθώ, Ποδαλείριος ἠδὲ Μαχάων,
τοῖς δὲ τριήκοντα γλαφυραὶ νέες ἐστιχόωντο·

ubi priores duo uersus nomina locorum, sequentes duo principum, quintus nauium numerum habet. Artiore uinculo inter se respondent Agamemnonis ac Menelai copiarum descriptiones

B. 569 οἱ δὲ Μυκήνας εἶχον, ἐϋ κτίμενον πτολίεθρον
ἀφνειόν τε Κόρινθον ἐϋ κτιμένας τε Κλεωνάς,
Ὀρνειάς τ' ἐνέμοντο, Ἀραιθυρέην τ' ἐρατεινήν,
καὶ Σικυῶν' ὅθ' ἄρ' Ἄδρηστος πρῶτ' ἐμβασίλευεν,
οἵ θ' Ὑπερησίην τε καὶ αἰπεινὴν Γονόεσσαν
Πελλήνην τ' εἶχον ἠδ' Αἴγιον ἀμφενέμοντο,
Αἰγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα καὶ ἀμφ' Ἑλίκην εὐρεῖαν·

τῶν ἑκατὸν νηῶν ἦρχε κρείων Ἀγαμέμνων
Ἀτρείδης· ἅμα τῷ γε πολὺ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι

λαοὶ ἕποντ'· ἐν δ' αὐτὸς ἐδύσετο νώροπα χαλκὸν
κυδιόων, ὅτι πᾶσι μετέπρεπεν ἡρώεσσιν,
οὕνεκ' ἄριστος ἔην, πολὺ δὲ πλείστους ἄγε λαούς.

581 οἱ δ' εἶχον κοιλὴν Λακεδαίμονα κητώεσσαν
Φᾶρίν τε Σπάρτην τε πολυτρήρωνά τε Μέσσην.
Βρυσειάς τ' ἐνέμοντο καὶ Αὐγειὰς ἐρατεινὰς
οἵ τ' ἄρ' Ἀμύκλας εἶχον, Ἕλος τ' ἔφαλον πτολίεθρον,
οἵ τε Λάαν εἶχον, ἠδ' Οἴτυλον ἀμφενέμοντο

τῶν οἱ ἀδελφεὸς ἦρχε, βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος,
ἑξήκοντα νεῶν, ἀπάτερθε δὲ θωρήσσοντο.

ἐν δ' αὐτὸς κίεν ᾗσι προθυμίῃσι πεποιθώς,
ὀτρύνων πολεμόνδε· μάλιστα δὲ ἵετο θυμῷ
τίσασθαι Ἑλένης ὁρμήματά τε στοναχάς τε.

Saepius apud Hesiodum et certiore serie repetuntur numeri. Hoc et Theogonia exhibet et Ἔργα καὶ Ἡμέραι. Scutum Herculis quo tempore scriptum fuerit nondum satis scimus; sed hic quoque eiusdem rei extant uestigia. Vt ab Ἔργοις ingrediamur, prooemium, quo Musas inuocat, quinque habet disticha. Tum distributioni dierum (765–828) stant sui numeri. Dierum haec est descriptio, 5 | 226 | 235 | 226 | 235 | 45343. Accedunt 228–247 = 2 × 10; 293–307 = 5 × 3; 308–316 = 3 × 3; Theogoniae 176–207 = 66666, si ineptum uersum 196 cum Platone in Cratylo p. 406 omiseris.

211–225 = 3 × 5
240–264 = 25
346–370 = 25

Ex his duobus locis alter (240–264) nomina habet Nereidum, κουρῶν πεντήκοντα ἀμύμονα ἔργ' εἰδυιῶν, alter (346–370) filiarum Tethyos et Oceani; potuitque Hesiodus quinque et uiginti uersus bis posuisse eo consilio ut sic confieret plenus ille numerus quinquaginta dearum.

In Herculis Scuto ut oratio Herculis ad Iolaum 78–101 = 8 × 3, ita ipsius scuti descriptio συμμετρίᾳ quadam utitur partium, quanquam minus accurata terminataque.

Theocritum[1] Eidyllia sua in partes distribuisse sponte intellegitur, nec quisquam est qui in ἀμοιβαίοις id neget factum, quanquam de singulis carminibus alii alia sentiunt. Sed non strophae tantum respondent antistrophis, idque plerumque tam exacte ut in utrisque idem sit numerus uersuum[2], sed et amoebaeorum carminum eae partes ubi non canitur alternis, et carmina quae omni alternatione carent cantantium, rata quadam numerorum aequabilitate reguntur. Exemplo sit Eid. II Φαρμακεύτριαι, quod in amisso quodam carmine Catullus imitatus creditur[3]. Prooemium habet sedecim uersuum qui sic diuiduntur 7 (34) 2 7 (43); secuntur decem strophae ex quibus priores octo 5 uersus, postremae duae 6 habent, omnes autem in initio repetunt Ἶυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα; tum partes duodecim quae omnes initium ducunt a uersu Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα; ex his undecim 6 uersus habent, duodecima 32. Itaque totum carmen hoc modo distribuitur

[1] Dixerunt de Theocrito Hermannus Koechlius (Carminum Theocriteorum in strophas restitutorum specimen 1858) Gebauerus alii.

[2] In IV. 29–37 Corydon nouem uersus, 44–53 Battus decem canit. Eodem modo in VIII. 63 70 Menalcas octo, 72–80 Daphnis nouem.

[3] Plin. H. N. XXVIII. 19.

10 strophae 11 strophae
16 . 55555555 66 . 66666666666 32

Qui autem numerus in principio positus est, duplicatur in fine 1–16=135—166. Eadem ratio est Eid. I cuius quattuordecim uersibus qui in principio stant (1–14) septem in fine (146–152) respondent: Eid. V quod cum tanto artificio compositum sit ut nisi diligenter legentes possit fallere, numeros totius adicio

22 22 15 14 56 15

priores duae partes singulae 22 uersus habent; tertia 15 cui respondent 15 in fine; quarta 14, quinta (56=) 14×4. Sic in Eid. IX qui uersus extra concertationem positi sunt respondent inter se 1–6+u. 14 (7)=22–36 (14), ut totum σχῆμα sit 6+1 | 77 | 14. Nec minus in Eid. XIV cum σχῆμα sit hoc 11.66 55 55 33 232+3.1+10, primis undecim uersibus par numerus in fine opponitur. De Eid. XVIII habebo quae dicam postea, nunc illud moneo post Prooemium 8 uersuum, strophas hoc modo se excipere uideri 7.3.7, 33, 65, 6.55, ut ex quattuor ultimis περικοπαῖς prima et tertia pares, altera dimidium sit quartae. Venio ad carmina quae alternatione carent cantantium. Ex his ne unum quidem sua partitione caruisse crediderim quomodo a Theocrito scriptum est. Sed nonnulla manca sunt; nonnulla difficiliora quam quae ad partes suas reuocentur. Ex breuioribus ultra dubitationem positum est Eid. III quod sic distribuendum esse 5+222. 33. 33. 333. 33. 333. 33 ipse pro me iudicaram, postea idem Rossbachio et Westphalio placuisse intellexi[1].

Eid. XII, me iudice, duas habet partes 16 uersuum, quibus interposita est tertia in qua uotorum suorum summam amator ponit, Εἰ γὰρ τοῦτο πάτερ Κρονίδη πέλοι κ.τ.λ. Σχῆμα autem est hoc

27, 25 5 53. 44 et sic fere Ahrensius.

Eid. XIII quod haud scio an ante me quisquam uiderit hos habet numeros

9
456 333 11 10 9 11 10

Eid. XIX=332.

Eid. XX=18 (2332 332) 18 (27, 243) 9 (32, 22).

[1] Griech. Metrik. II. p. 28.

Eid. XXVI duas habet partes (1) Narrationem de Pentheo, (2) Deprecationem poetae. Numeri sunt

9 (2+7) 8 (2+6) 9 (2+7) 66.

Eid. XXVIII = 4 — 7 (52) 7 (52) 7 (52).

Eid. XXIX me iudice sic diuidendum est

333 222 3 222 . 2×8

Rossbachio et Westphalio κατὰ δύο totum descriptum uidetur: sed metrum Sapphus et hic et in XXVII imitatus est Theocritus, partitiones ut uidetur non item.

Ex Theocriti aequalibus praecipuus qui quidem ad nos peruenerit Callimachus est. Hic ut alia omnia artificiose fecit, ita distributionem uersuum. Hymnos enim omnes in περικοπὰς uidetur descripsisse, nec breuiores solum, sed eos quoque qui ad epyllii speciem proxime accedunt. Certe Λουτρὰ Παλλάδος sponte sic scinditur

12 10 10 10 12 10 10 10 12 10 12 12 12

Hymnus ad Iouem sic

14 13 14 13 11 10 876 (27 27 21 21)

Hymnus ad Cereris Calathum sic

Prooem. Epodos

2465 77 11 11 10 10 10 10 11 11 22 4 22 65

Pergamus ad Elegias.

Mimnermi Fr. 2 ex duabus constat partibus, singulis 8 uersuum: qua iterum in 4 × 2 se scindunt.

Multo clarius in Solonis Elegia (13 Bergk) res elucet. Diuisa est sic

8 8 88 10 20 86

Hanc elegiam mira arte ordinatam esse nulli credo dubium fore. Nam uersibus 1–16 πλοῦτος—ὕβρις, 16–32 ὕβρεως τίσις describitur; in u. 33 transitur ad communem hominum condicionem ut bonam de se spem habeant nec malum metuant ante quam in mala incidant (33–42); sed quaecumque uitae sors euenit, omnes suum manet fatum (42–62), idque saepius contra spem, ut ex paupere diues, ex diuite fiat pauper; diuitiarum autem modus non est (63–76). Itaque a diuitiis quae primo loco commemorantur reditus fit ad diuitias.

Eiusdem fr. 27, ubi uita hominum in decem partes septenorum annorum digeritur, συμμετρίαν cum Ribbeckio uideor mihi posse discernere. Nam ex octodecim uersibus qui carmen efficiunt, primis 6 primae tres partes, alteris 6 alterae 3; uu. 13–18 ultimae 4 coniunctae

describuntur. Sic et in iambis fecit, quoniam fr. 36 in 555 + 6 sponte sua scinditur.

Ex Xenophanis relliquiis duae sunt quae manifestam prae se ferant partitionem fr. 1 et 2 Bergk. Primum ex uersibus constat 24; hi in duas partes duodenorum, rursus in quattuor senorum se scindunt (66, 66). Hoc totum exhibui, unde artificiosa membrorum appareret compositio.

Νῦν γὰρ δὴ ζάπεδον καθαρὸν καὶ χεῖρες ἁπάντων
καὶ κύλικες· πλεκτοὺς δ' ἀμφιτιθεῖ στεφάνους,
ἄλλος δ' εὐῶδες μύρον ἐν φιάλῃ παρατείνει·
κρατὴρ δ' ἕστηκεν μεστὸς ἐϋφροσύνης·
ἄλλος δ' οἶνος ἑτοῖμος, ὃς οὔποτε φησὶ προδώσειν,
μείλιχος ἐν κεράμοις, ἄνθεος ὀσδόμενος·

ἐν δὲ μέσοις ἁγνὴν ὀδμὴν λιβανωτὸς ἵησιν,
ψυχρὸν δ' ἔστιν ὕδωρ καὶ γλυκὺ καὶ καθαρόν·
πάρκειται δ' ἄρτοι ξανθοὶ γεραρή τε τράπεζα
τυροῦ καὶ μέλιτος πίονος ἀχθομένη·
βωμὸς δ' ἄνθεσιν ἂν τὸ μέσον πάντῃ πεπύκασται,
μολπὴ δ' ἀμφὶς ἔχει δώματα καὶ θαλίη.

χρὴ δὲ πρῶτον μὲν θεὸν ὑμνεῖν εὔφρονας ἄνδρας
εὐφήμοις μύθοις καὶ καθαροῖσι λόγοις.
σπείσαντας δὲ καὶ εὐξαμένους τὰ δίκαια δύνασθαι
πρήσσειν—ταῦτα γὰρ ὦν ἐστι προχειρότερον,
οὐχ ὕβρις,—πίνειν ὁπόσον κεν ἔχων ἀφίκοιο
οἴκαδ' ἄνευ προπόλου, μὴ πάνυ γηραλέος·

ἀνδρῶν δ' αἰνεῖν τοῦτον, ὃς ἐσθλὰ πιὼν ἀναφαίνει,
ὥς οἱ μνημόσυν' ᾖ, καὶ τόν, ὃς ἀμφ' ἀρετῆς,
οὔτι μάχας διέπει Τιτήνων οὐδὲ Γιγάντων,
οὐδὲ τὰ Κενταύρων, πλάσματα τῶν προτέρων,
ἢ στάσιας σφεδανάς· τοῖς οὐδὲν χρηστὸν ἔνεστιν·
θεῶν δὲ προμηθείην αἰὲν ἔχειν ἀγαθόν.

In fr. 2 quod caput est sententiae *ῥώμης ἀμείνων σοφίη* duos uersus tenet in medio positos carmine; utrinque stant decem, quorum qui praecedunt gloriam *ῥώμης* describunt, qui secuntur sapientiae. Idem genus *συμμετρίας* ut rem in qua summa carminis uerteretur staret in medio, ante alios uidetur Theognis affectasse, ut in 119–128, 133–142 qui loci in 424 diuiduntur; ut in 667–682, ubi sedecim sunt uersus, quod autem in fine octaui, initio noni ita positum est *ἢ μάλα*

τις χαλεπῶς Σώζεται ut carmen in duo diuidat, hoc utriusque partis quodammodo est commune. Idem aliam formam *συμμετρίας* solet sequi, ut quod in primis carminis uersibus collocatum est, in fine repetatur, quemadmodum Catullus carmen XCIX *Surripui tibi dum ludis, mellite Iuuenti*, composuit, ut iam intellexit Ribbeckius.

Sic 341 *Ἀλλὰ Ζεῦ τέλεσόν μοι Ὀλύμπιε καίριον εὐχὴν* = 350 *ἐπί τ' ἐσθλὸς ὄροιτο Δαίμων, ὃς κατ' ἐμὸν νοῦν τελέσειε τάδε.*

429 *Φῦσαι καὶ θρέψαι ῥᾷον βροτὸν ἢ φρένας ἐσθλὰς Ἐνθέμεν* = 437, 8 *ἀλλὰ διδάσκων Οὔ ποτε ποιήσεις τὸν κακὸν ἄνδρ' ἀγαθόν.*

731 *Ζεῦ πάτερ εἴθε γένοιτο θεοῖς φίλα τοῖς μὲν ἀλιτροῖς Ὕβριν ἁδεῖν* = 741 *Ταῦτ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς φίλα.*

773 *Φοῖβε ἄναξ* = 781 *ἀλλὰ σύ, Φοῖβε.*


Similis est structura uu. 699–718 sed intricatior; nam non solum ultima conueniunt primis 699 *Πλήθει δ' ἀνθρώπων ἀρετὴ μία γίγνεται ἥδε Πλουτεῖν*—718 *Ὡς πλοῦτος πλείστην πᾶσιν ἔχει δύναμιν*, sed etiam ceterae uersus quo interuallo distant a primis, eodem fere a postremis.

701, 2 *Οὐδ' εἰ σωφροσύνην μὲν ἔχοις Ῥαδαμάνθυος αὐτοῦ Πλείονα δ' εἰδείης Σισύφου Αἰολίδεω* = 713–717 *Οὐδ' εἰ ψεύδεα μὲν ποιοῖς ἐτύμοισιν ὁμοῖα—τῶν ἄφαρ εἰσὶ πόδες.*

703, 4 *Ὅστε καὶ ἐξ Ἀΐδεω πολυιδρίῃσιν ἀνῆλθεν*—*λόγοις* = 711, 12 *Ἀλλ' ἄρα καὶ κεῖθεν πάλιν ἤλυθε Σίσυφος ἥρως*—*πολυφροσύναις.*

705–710 medii sunt carminis, de morte. Habemus igitur hunc ordinem, at quam concinnum!

Πλοῦτος—πολυιδρίη—Σίσυφος—ἄνοδος ἐξ Αἴδου—θάνατος—ἄνοδος ἐξ Αἴδου—Σίσυφος—πολυιδρίη—πλοῦτος, hos numeros



In reliquis Theognidis elegiis haec notaui 511–522, 757–768 = 444; 903–930 = 66, 88; 1136–1150 = 88; 1311–1318 = 44. Cum his et re et structura comparari potest Cat. LXXII. Vidimus iam Callimachi quae una extat elegia suis numeris terminari; Philetae quales fuerint et ceterae Callimachi ab ipsorum fragmentis non intellegitur; sed cum eos imitati sint complures Romanorum, praecipue uero Tibullus et Propertius, horum elegiae quasi imago quaedam illarum merito habentur. Nolo in his morari, iam enim de Tibulli structura aequabili Dissenus et Bubendeius, de Propertio Hertzbergius Muellenhoffius Drenckhahnius dixerunt; de Ouidio uero idem demonstrare conatus est O. Korn (Mus. Rhen. XXII. 201–216), et post eum Rautenbergius. Sed tamen commemorandum uidetur quod ab

ipso Propertio ad hanc rem pertinens dicitur IV. 2. 57. Ibi enim Vertumnus qui per totum usque carmen de se locutus est, finem sermonis iam respiciens, haec dicit

Sex superant uersus: te qui ad uadimonia curris
Non moror: haec spatiis ultima meta meis.

Cur sex definiuerit, non uideo nisi propter constitutum aliquem uersuum numerum quo tanquam meta quadam carminis ordo ac cursus regeretur. Ne codicibus quidem desunt eiusdem rei uestigia. Itaque et IV. 6. 1–10 qui decem uersus prooemium sunt carminis et a sequentibus quodammodo separati, interposito titulo *De bello Actiaco et templo Apollinis* disiuncti leguntur in Perusino codice quem eundem Cuiacianum esse spondeo, et in IV. 8 post uersum 28 spatium relictum est, uersus autem 29, unde digressio incipit, picta littera P uocabuli *Phyllis* et adiecto tituli *De phillide auentina* a priore parte carminis separatus est. Quanquam nullo modo opus sunt haec tam exilia testimonia ad demonstrandum id quod si unquam alias in Tibullo certe ac Propertio exspectandum fuit; quorum libri ut pessime nobis accepti tot saeculis ad nos peruenerunt, ita inter aequales poetarum indiciis uix carituri erant quibus quidquid inerat artis manifestius fieret faciliusque legentibus commendaretur. Libet hic afferre ex Graecorum elegiis nonnulla quae Catulli aetatem proxime attingunt, ut pote quibus nullae concinnitatis manifestiora exhibeant uestigia. Harum est Meleagri praefatio Anthologiae (Coronam dicunt, Anthol. Pal. IV. 1), quae sic distributa est in partes 2 | 66 10 6 10 6 10 | 2; Antipatri epigramma de leone et Gallo (Anthol. Pal. VI. 219) quod sic 6666. Aliud epigramma eiusdem Anthologiae quanquam hexametris, non elegiace scriptum, non possum praeterire IX. 63

Χείματος ἠνεμόεντος ἀπ' αἰθέρος οἰχομένοιο
πορφυρέη μείδησε φερανθέος εἴαρος ὥρη.
γαῖα δὲ κυανέη χλοερὴν ἐστέψατο ποίην
καὶ φυτὰ θηλήσαντα νέοις ἐκόμησε πετήλοις.
οἱ δ' ἁπαλὴν πίνοντες ἀεξιφύτου δρόσον Ἠοῦς
λειμῶνες γελόωσιν ἀνοιγομένοιο ῥόδοιο.
χαίρει καὶ σύριγγι νομεὺς ἐν ὄρεσσι λιγαίνων
καὶ πολιοῖς ἐρίφοις ἐπιτέρπεται αἰπόλος αἰγῶν.
ἤδη δὲ πλώουσιν ἐπ' εὐρέα κύματα ναῦται
πνοιῇ ἀπημάντῳ Ζεφύρου λίνα κολπώσαντες.
ἤδη δ' εὐάζουσι φερεσταφύλῳ Διονύσῳ
ἄνθεϊ βοτρυόεντος ἐρεψάμενοι τρίχα κισσοῦ.

ἔργα δὲ τεχνήεντα βοηγενέεσσι μελίσσαις
καλὰ μέλει καὶ σίμβλῳ ἐφήμεναι ἐργάζονται
λευκὰ πολυτρήτοιο νεόρρυτα κάλλεα κηροῦ.
πάντῃ δ' ὀρνίθων γενεὴ λιγύφωνον ἀείδει·
ἀλκυόνες περὶ κῦμα, χελιδόνες ἀμφὶ μέλαθρα,
κύκνος ἐπ' ὄχθαισιν ποταμοῦ, καὶ ὑπ' ἄλσος ἀηδών.
εἰ δὲ φυτῶν χαίρουσι κόμαι καὶ γαῖα τέθηλε,
συρίζει δὲ νομεὺς καὶ τέρπεται εὔκομα μῆλα,
καὶ ναῦται πλώουσι, Διώνυσος δὲ χορεύει,
καὶ μέλπει πετεηνὰ καὶ ὠδίνουσι μέλισσαι,
πῶς οὐ χρὴ καὶ ἀοιδὸν ἐν εἴαρι καλὸν ἀεῖσαι[1];

Etiam in iambis idem factum fuisse, partim ex tragoediis quas hic prudens praetereo, partim ex breuiorum carminum relliquiis concluditur. Et Hipponax quidem quomodo iambos suos ordinarit, incertum est nec ex fragmentis potest colligi; casu enim fieri potuit ut fr. 34, 35, 36, 41, 49, 72 omnia per numerum ternarium diuidantur; quod idem cadit et in Herodam. Sed certum numerorum ordinem, eumque arte quaesitum, facile in Phoenicis fragmentis discernas. Quorum quod primum est (Bergk. Anthol. Lyric. p. 182) tres partes habet septenorum uersuum, qui rursus sic diuiduntur 322, 223, 322, harum prima ac tertia ita inter se respondent ut ubi scinduntur h. e. ante quartum uersum utraeque idem dicant, 4 δόι', 18 ἀλλ' ὠγαθοὶ 'πορέξαθ', quo fit mira quaedam concinnitas et in sua se uestigia uoluentis periodi gratissima reuersio. Alterum, siue integrum est siue pars maioris carminis cuius aliud fragmentum superest (3 Bergk.) in duas περικοπὰς duodenorum uersuum, hae autem in 33222, 32223 scindi uidentur.

Veniamus ad Phalaecios. Quo metro quamuis Sappho constanter in libro V mox Anacreontem sciamus usos esse, ambos autem Catullum imitatum ab Atil. Fortunatiano doceamur, breuiora supersunt ex eorum hendecasyllabis quam ut quicquam de his explorati habeamus. Sed cum nihil Lesbii uideantur scripsisse quod non esset melicum, iure colliguntur etiam phalaecios in strophas redegisse a Rossbachio et Westphalio (II. 492). Restant tamen Phalaeci Antipatri Alphei exempla hendecasyllaborum, quae ad rem faciant de qua loquimur. Nam Phalaeci Epigramma Anthol. XIII. $6=4\times 2$; Antipatri Anthol. VII. $390=2\times 3$; Alphei IX. $110=2\times 2$. Quanquam non negabo exempla huiusmodi pauciora superesse Graecorum quam ut res certa

[1] Vidit hanc distributionem carminis Hugo Grotius eamque in interpretatione Latina seruauit.

habeatur. Credo tamen Graecos qui Catulli Calui et iis aequalium antecesserint saeculum, fortasse etiam ipsos aequales qui Graece scripserint, hendecasyllabos et factitasse et ad certas leges partitionis reuocasse. Sic scripta sunt multa ex Priapiis, quanquam haec quidem posterius scribi potuerunt, uelut Priap. II=353, VI=3 × 2, XII=223, 233, XIV=2332, XXIII=222, XXV=232, XXVI=6 6, XXXVII =2552, XXXVIII=44, XLVI=55, LII=23, 23, 2; LVI=2 × 3, LXI=7 (34) 7 (52), LXX=44+5, LXXVII=77+3.

Sed in nullo uersuum genere manifestiorem credo fuisse distributionem in περικοπὰς quam in ionicis a minore. Qui cum Anacreontii uocentur a Seruio 1823, et in magno usu apud Anacreontem fuisse dicantur ab Hephaestione, dolendum est quod ex ipsius carminibus nonnisi breuissima supersunt fragmenta. Ex his tamen quod unicum extat longius, fr. 44 Bergk., siue ex duodecim dimetris constat siue, quod magis placet (cf. 42, 43, 45 qui non nisi intercisis uocabulis dimetri sunt) sex tetrametris, ab ipso Bergkio in tres strophas distribuitur. Nec falso Anacreontis morem qui fuerit ab Anacreontiis statueris. Omnia enim in partes, pleraque facillime, scinduntur, idque uariis modis nec eadem semper lege fit. Multa duas habent partes aut pares aut uno uersu maiorem altera alteram: qualia sunt

ex paribus dimidiis

2=5 (23) 5 (32)
15=17, 17
20=4, 4
22=8 (44), 8 (44)
26 B= 4, 4
27 C= 32, 32
28 = 5, 5

ex inparibus

6=5, 6
13=13, 14
17=4 (22), 5 (32)
24=7 (43), 6 (42) 26 A=3, 4
40=8 (44), 9 (54)

Alia complures habent περικοπὰς binorum, ternorum, quaternorum, senorum uersuum;

binorum, ut 43=2 × 5;

ternorum, ut 8=3333 cum epodo 4 uersuum; 19=333;

quaternorum, ut 11=444; 48 quod ex 7 strophis 4 uersuum uidetur constare, singulis a repetito ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον incipientibus;

senorum, ut 30=6(33) 6(222) 6(33).

Alia non paribus περικοπαῖς diuiduntur, sed certam habent normam aequabilitatis. In illa his tritissima, ut carmen ab eodem numero initium capiat exitumque; ut 5=232; 10=565; 18=242; 21=232; 25=757 (322, 32, 223); 29=353; 34=565; 32=747 (43 4 34); 42=5 $\overset{\frown}{33}$ 5.

Sunt quae prooemium habent et epodon quae quasi extra ordinem stent, interdum tamen rata proportione inter se coniungantur. Exempla sunt 14 quod prooemium habet 6 uersus, tres epodon; ipsum carmen in 10 8 10 se scindit. 36 Prooemium habet 2 uersus, epodon 2: medium carmen ex duabus fit partibus, altera duodecim uersuum, undecim altera, 2 | 444, 4232 | 2. Alia habent epodon sine prooemio ut 12=43, 46+3; in aliis numeri duplicantur, praecipue in fine, ut 31=765 44 33; 35=33, 44; 51=44, 33.

Plura possum addere, sed ut opinor certior iam res in Graecorum carminibus quam ut peruertatur; transimus ad Romanos, sed breuissime. Ex Catalectis exordiar. Quae cuiuscumque sunt, a Catulli tempore non longe absunt. Ex his III, IV, VIII iambis puris, V trimetris cum dimetro, VII scazontibus, I, II, VI, IX—XIV elegiacis uersibus scripta sunt. Itaque

III=2×3; IV=3×3; VII=4334[1]; VIII=11, 11+3; VI=42, 42; XI=888 16 16 8. Iam Copa=4×6, 6 44, quamquam de hoc carmine audacius non dixerim. De Culice iam disseruit Ribbeckius (Mus. Rhen. XVIII. 103) de Ciri Frankius (de Carm. Catull. Composit. p. 57); idem potest etiam in Moretum cadere. Sed Horatium respiciamus; non dico de quattuor libris Carminum, dico de Epodis, in quibus describendis Graecos, inprimis Archilochum, secutus est.

I=4 . 244 . 266 . 4; II=88 66 8 12 12 6+4; III=44 6 44; IV =64, 64; V=10 | 14 . 22 . 14 . 22 | 20
VI=2+2+4. 2+4+2; VII=4×5; VIII=244 . 442; IX=64, 64, 666; X=4+6+4 . 6+4; XI=644, 446; XIV=44, 44; XVIII=(α) 7, 11, 11, 6, 6, 11.
(β) 7. 5, 5 . 6, 6 ut utriusque (α) et (β) initium faciant septem uersus. De ceteris haereo.

Vt ad Catulli carmina tandem ueniamus, συμμετρίας tria fere genera hunc adhibuisse credo. Aut enim (1) summam sententiae in medio ponit, ceteras partes utrinque certo collocat ordine. Talia

[1] Obiter moneo in V. 21 scribendum mihi uideri *Nec dein mouere lumbulos in* sonulam, VII. 11 *Ite hinc Camenae, uos quoque* ite, saluete (codd. *uos quoque* limite saeuae), 3 *et uos* Seli*que* Tetrili*que ex Cic. Acad. Prior.* II. 4. 11.

sunt VI VIII IX XIV XXV XLIV LXVIII LXXVI XCIX. Aut (2) ipsi carmini, aequabiliter distributo, prooemium uel epodon subnectit. Talia sunt IV V X XXII XXIII XXIX LXVI. Aut (3) carmen aequabiliter describit, sine prooemio uel epodo.

Haec omnia in LXIV coniuncta reperiuntur; primi generis sunt Aegei oratio ad filium 215–237, carmen Parcarum 323–381; alterius Ariadnae querella 132–201, cum uersibus qui Aegei orationem antecedunt (202–214) et secuntur (238–264); tertii reliquum carmen. Sed carminis structuram, si uniuersam spectes, rudiorem esse nec qualem in absoluto artifice quaesiueris, iam Westphalius et Frankius intellexerunt. Etenim nec bene cohaerent inter se Nuptiae Thetidis et Pelei et fabula Ariadnae, nec multam artem Catullus adhibuit ut melius inter se conecterentur. Et tamen ne sic quidem deest συμμετρία; dico uniuersi poematis, quod Westphalius sic putat diuidendum.

A.

1–30. Olim dii miscebantur cum hominibus, ueluti cum Thetis Peleo nupsit.

30–46. Quorum die conubii uicini ad Pelei regiam conuenerunt.

47–51. Lecti genialis in ueste priscorum figurae depictae sunt, in primis Ariadnae.

B. (Omphalos.)

52–131. Thesei perfidia in Ariadnen.

132–201. Querella Ariadnae.

202–264. Poena Thesei; Ariadnae cum Baccho congressio.

C.

265, 266. Haec fuit uestis exornatio.

266–277. Qua spectata homines discedunt.

278–381. Subeunt Dii. Parcae canunt Epithalamion.

382–408. Epilogus.

Mihi 1–30 prooemium, 382–408 Epilogum potius facere uidentur, ut inter se respondeant hae duae partes, ceterae autem hoc modo

Omphalos

1–30 31–49 50,1 52–264 265,6 267–381 382–408

Sed haec ἐν τύπῳ tantum inter se respondent nec exacte. Longe alia arte usus est singulas partes in numeros distribuendi. Qui in toto poemate adeo quadrant ut uix cuiquam possint fortuiti uideri. Negat id Frankius in 1–49, 251–322 Nam in 251–322, uersum censet excidisse, Bergkium et Rossbachium secutus qui unius uersus lacunam notant post 253; idque ut faciant *Qui tum* quod in plurimis codicibus legitur in *Quae tum* mutarunt, credo ut esset unde explicaretur *Harum* (256) *aliae* (261). Sed aut legendum est *Horum alie*i, aut, quod magis credo, poeta cum in animo haberet Bacchantum imaginem, a Satyris et Silenis ad feminas transiit quae cum iis Bacchum comitabantur. Nec uero in 1–49 quicquam periisse censeo; uersus enim relliquias quem Scholiastes Veronensis attulit ad Verg. Aen. V. 80 non tanti facio, ut contra codicum auctoritatem Catullo inferciam, mancas praesertim et, quamquam ad sensum aptas, reliquo carmini nec concinnitate uerborum nec numeris conuenientes. Nam uersuum 1–49 septem sunt περικοπαί, 11 10 9 . 7 . 543; quarum quae tertia est in 3 × 3 scinditur, nec alium uersum recipit. Quem si admiseris numerorum perit concinnitas; nunc enim tres primae (11 10 9) a media (7) duobus uersibus, duobus etiam tres ultimae (543) separantur.

Sequentem partem carminis 50–151 sic ordino.

	10	88 10	8	11	11	88	
Frankius sic	2 ‖ 888	4	68	11	11	86 ‖ 2	

Haec tam prope inter se conuenire ut paene eadem sint, statim intellegitur. Sed non uideo quamobrem uu. 50, 51 ab octo sequentibus, nec quamobrem 130, 131 a sex praecedentibus seiunxerit. Nec uero quattuor uersus 76–79 ita a proximis 75, 80 separantur ut aliam partitionem faciant, numerorum autem turbent ordines. Sin a 50–75 separandi sunt 76–115, separandi sunt etiam 116–131, ut pote qui transitum faciant ad nouam partem carminis *Sed quid ego a primo digressus carmine plura Commemorem?* κ.τ.λ.

Querella Ariadnae (132–201) nihil artificiosius Catullus composuit. Et Frankius quidem eam in duo diuidit (1) 132–170 *Siccine me patriis—Fors etiam nostris inuidit questibus auris.* (2) 171–201 *Iuppiter omnipotens—Tali mente, Deae, funestet seque suosque.* Hoc ideo non probauerim quod (*a*) non aequabilis partium est proportio, cum illa 39, haec 31 uersus habeat (*b*) suo arbitrio disiunxit quae re coniunguntur. Nam uersuum 164–170 eadem fere est sententia quae uu. 177–187, ut uix partium possint esse prorsus separatarum ac dissimilium (*c*)

alterius partis turbatius est *σχῆμα*. Nam uersu 177 a sequentibus abscisso, numeros hos facit

6 . 1, 6 . 4 . 4 . 6 . 4.

Melior ordo priorum uersuum,

Mesodos

2 + 2 + 3 . 4 . 6 3 + 2 4 . 6 . 3 + 2 + 2

Sed in hoc errauit quod Mesodon facit quinque uersus *Certe ego te—tumulabor mortua terra*, qui nequaquam caput sunt sententiae, cuius si summa in aliqua parte ponitur, in his potissimum 143–148 *Tum iam nulla uiro—periuria curant.* Ipse potius sic diuido

132–142 (11 uu.) Querella de Thesei perfidia.

143–153 (11 uu.) Viris nulla fides. Ego Thesea seruaui; Theseus me reliquit dilacerandam.

154–170 (17 uu.) Quid crudelius? certe famula esse poteram. Sed nequiquam conqueror, nemo enim audit conquerentem.

171–187 (17 uu.) Vtinam nunquam in Cretam Theseus uenisset. Nam quo me referam? omnia circa deserta sunt.

188–201 (14 uu.) Sed poscenda est ultio. Inprecor Furias ut quali me mente Theseus funestabat, eadem ipse funestetur.

Itaque carmen in 4 partes scinditur et Epodon. Priores duae utraeque undenorum sunt uersuum; posteriores septendenorum. Epodos quattuordecim habet, quem eundem numerum in sequenti parte carminis (202–264) posuit Catullus, ut Epodos in fine respondentem haberet in fine Epodon (251–264). Hunc numerum consulto potuit adhibere: quattuordecim enim adulescentes uirginesque nono quoque anno Athenienses Cretam mittebant. Plutarch. Thes. XV Ἐπικηρυκευσάμενοι καὶ δεηθέντες ἐποιήσαντο συνθήκας, ὥστε πέμπειν δι' ἐννέα ἐτῶν δασμόν, ἠϊθέους ἑπτὰ καὶ παρθένους τοσαύτας, ὁμολογοῦσιν οἱ πλεῖστοι τῶν ξυγγραφέων. Etiam illud fortasse affectauit ut *γέρανον* siue choream quam a Creta regressus Theseus dicitur instituisse, perplexioribus numeris stropharum antistrophorum Epodorum imitaretur. Thes. XXI Ἐκ δὲ τῆς Κρήτης ἀποπλέων εἰς Δῆλον κάτεσχε καὶ τῷ θεῷ θύσας καὶ ἀναθεὶς τὸ ἀφροδίσιον ὃ παρὰ τῆς Ἀριάδνης ἔλαβεν, ἐχόρευσε μετὰ τῶν ἠϊθέων χορείαν ἣν ἔτι νῦν ἐπιτελεῖν Δηλίους λέγουσι, μίμημα τῶν ἐν τῷ Λαβυρίνθῳ περιόδων καὶ διεξόδων ἔν τινι ῥυθμῷ περιελίξεις καὶ ἀνελίξεις ἔχοντι γιγνομένην· καλεῖται δὲ τὸ γένος τοῦτο τῆς χορείας ὑπὸ Δηλίων γέρανος ὡς ἱστορεῖ Δικαίαρχος. Ἐχόρευσε δὲ καὶ περὶ τὸν κερατῶνα βωμὸν ἐκ κεράτων συνηρμοσμένον εὐωνύμων ἁπάντων. Marius Victorinus 2501, 2 P. *Hoc genus in sacris cantilenae ferunt quidam instituisse Theseum qui occiso Minotauro cum apud Delum solueret uota imitatus intortum et flexuosum iter*

Labyrinthi cum pueris uirginibusque cum quis euaserat cantus edebat primo in circuitu, dehinc in recursu, .i. στροφῇ et antistropho. Nam si σχῆμα illud 11 11 17 17 + 14 iterum resoluerimus, uidebimus strophas antistrophis ita respondere ut quasi circos quosdam orbesque conficiant:

α β γ   α β γ   α β γ   γ β α

Nam A = 4. 3. 4   B = 6. 3. 2   Γ = 4. 6. 7   Δ = 6. 7. 4

Epodos = 4 33 4, quam partitionem non Catullum solum, sed alios etiam prae ceteris amasse mox uidebimus. Tum quod in stropha ponitur, id aut iteratur in antistropho, aut ei contrarium infertur: nam in A dicit Ariadna crudeliorem fuisse Thesea quam ut miseresceret sui; in B se ne crudelitatis quidem fugisse obprobrium, dum modo a morte seruaret Thesea. Rursus in Γα de crudelitate Thesei sermo est, itemque in Δγ; in Γγ de solitudine, itemque in Δα. Quae quidem res non solum in ΓΔ ultimam περικοπὴν tenet, sed etiam in A, B, Epodo. Comparentur inter se uersus

142 *Quae cuncta aerei discerpunt irrita uenti*
153 *Praeda neque iniacta tumulabor mortua terra*
170 *Fors etiam nostris inuidit questibus auris*
187 *Omnia sunt deserta, ostentant omnia letum*
200, 1 *Sed quali solam Theseus me mente reliquit*
Tali mente, Deae, funestet seque suosque

Vu. 202–250 Frankius sic disposuit 55 · 3 | 3 · 55 · 55 | 3 · 5 · 5 Nec possunt aliter disponi partes prima ac tertia; alteram haud scio an non melius sic ordinaris 10 (33 22) 3   10 (32 32). Nam summa orationis inest uu. 225–227

Inde infecta uago suspendam lintea malo,
Nostros ut luctus nostraeque incendia mentis
Carbasus obscurata dicet ferrugine Hibera.

unde non inepte medios stare collegeris. Sed et alia subest causa, cur hanc dinumerationem Frankianae praetuleris. Attende σχῆμα quale me iudice factum est. Accedit Epodos 251–264, qui 14 uersus, ut dixi, 14 uersibus 188–201 respondent.

13   10 3 10   13 + 14

Nihil in hoc non summa arte quaesitum. Primum enim qui numerus uersuum est in oratione Aegei 23, hic ad numerum refertur nouem annorum, quattuordecim adulescentium uirginumque; deinde idem numerus 23 ter repetitus est, 13 + 10, 10 + 3 + 10, 10 + 13.

Vu. 265–322 Frankius transit, qui intercidisse ibi nonnulla opinetur. Mihi nusquam luculentius carmen distinguitur. Habet enim

interualla quattuor post 277, 293, 306, 322, σχῆμα exquisitissimum 13 16 13 16.

Venio ad Carmen Parcarum (322–381). Iam saeculo XV Alexander ab Alexandro Genial. Dier. II. 6, amoebaeum carmen festo nuptiarum die Thetidis et Pelei a dis decantari traditum dixit; isque ad Catulli carmen Parcarum et poterat respicere et respexisse creditur a Realino. Primus Vossius strophas singulas quinorum uersuum faciebat, quas Parcae alterne canerent.

Atropos 322-326	*At.* 338-342	*At.* 353, 4, *u. amiss.*, 355, 6	*At.* 366-371 (*om.* 370)
Clotho 327-333 (*om.* 332)	*Cl.* 343-347	*Cl.* 357-361	*Cl.* 370 + 372-5
Lachesis 332 + 334-337	*La.* 348-352	*La.* 362-364, *u. amiss.*, 365	*La.* 376-381 (*om.* 378)

Sed cur Parcae hoc ordine se excipiunt? cur singillatim cantant? Prima certe stropha ab omnibus canitur, *Accipe quod laeta tibi pandunt luce sorores;* credo etiam ab omnibus postremas tres, ubi ab Achillis rebus gestis ad Pelea et Thetin fit conuersio. *Quare agite—currite fusi* (372–381). Denique cur singulas strophas quinorum uersuum facimus? Quanquam etiam Rossbachio id placuit. Qui, ut id fieret, 332, 333 transposuit, mox 365, 366; tum uersum post 355, alium post 371 censet excidisse, denique uersum intercalarem 378 spurium habet. Et excidisse quidem aliquid aut ante 355 aut post eum ex ipso uersu apparet *Troiugenum infesto prosternens corpora ferro;* sic enim in optimis codicibus legitur, non *prosternet.* Sed nihil tale post 371 accidisse credo; nec uideo cur intercalaris uersus 378 pro spurio habendus sit, praesertim cum in omnibus codicibus nisi uno alteroue ex interpolatis legatur. Tum quod dicit strophas ex quaternis uersibus constare quibus subiungatur intercalaris, nisi quod bis ordo turbatus sit; transponendos enim esse 333, 365 hoc modo

(Stroph. β. 4) 331 *Languidulosque paret tecum coniungere somnos*
(5) 333 (*Currite ducentes subtegmina, currite fusi*)
(Stroph. γ. 1) 332 *Leuia substernens robusto brachia collo*
(Stroph. ι. 4) 366 *Nam simulac fessis dederit fors copiam Achiuis*
(5) 365 (*Currite ducentes subtegmina, currite fusi*)
(Stroph. κ. 1) 367 *Vrbis Dardaniae Neptunia soluere uincla*

quanquam Theocriti Eid. II. et Catulli LXI. (151)–(154) affert, ubi sententiam pariter interrumpit ἐπίφθεγμα; fateor tamen id mihi durius uideri, quam ut in tam limpido carmine Catullus admiserit.

Propius ad uerum accessit Pleitnerus, hoc constituto ordine

5+4+6 555555 6+4+5

Intellexit enim medium locum tenere iteratum saepius numerum quinarium, qui autem utrinque stent, inter se respondere κατὰ χιασμόν.

Sed tamen errauit (α) quod tres primae strophae sic se habent 5+6+4, non 5+4+6; (β) quod dum sex strophas in Mesodo ponit, uersum supplet in 362–365 ubi nihil supplendum erat; (γ) quod omittit 378.

Scite Frankius, neque is tamen recte meo iudicio. Facit enim

(A)	Proodon	323–327.	Parcarum ad Pelea praefationem
(B)	2 strophas	328–337.	Felicitatem Pelei et Thetidis
(Γ)	7 strophas	338–371.	De Achille uaticinationem
(Δ)	2(3?) stroph.	372–381.	Felicitatem Pelei et Thetidis.

Sic respondent inter se partes altera et quarta; idem in utraque argumentum, similis locutio, cf. *optata* 328 *optatos* 372, *coniunx* 329 *coniunx* 373, *mentis amorem* 330 *animi amores* 372, *coniunxit* 335 *coniungite* 372, *concordia* 336 *nec discordis* 379; similes numeri 64=46. Sed mesodon mirum quantum mutare cogitur ut σχῆμα suo accommodet. Nam codices has strophas exhibent (338–371)

555 4 (? 5) 5 4 6

Frankius 9999. Itaque intercalarem uersum ter (342, 352, 365) omittit: quattuor autem uersus censet post 360 periisse. Quod a uero abhorrere nemo est qui non fateatur. Melius credo facturum fuisse si seruato reliquo schemate mesodon sic constituisset 55555 $\widehat{46}$=10 ut strophas haberet quinque quinorum, duas quae coniunctae decem essent uersuum.

Peiperus denique stropha septima *Namque uelut* post quintam *Non illi quisquam* posita hunc ordinem statuit, non numeratis uersibus intercalaribus

πρόλογος	A	B	B′	A′	ἐπίλογος
4	$\widehat{53}$	$\widehat{443}$	$\widehat{443}$	$\widehat{53}$	4

Ingeniose id quidem, cum sic coniungantur tria testimonia *saepe fatebuntur—Testis erit—Denique testis erit*; illud autem *Denique* nisi post duos saltem testes uix inferendum fuerit. Et placebit fortasse quibus placent huiusmodi turbationes codicum. Ego sententiam quam iam anno 1866 proposui non muto. Considera numeros ut in codicibus seruantur

5 6 4 555 4+1 amiss. 5 4 6 433

Statim intelleges medium locum tenere strophas quinque quinorum uersuum; ex altera parte 64 respondentes sibi habere 46 ex altera. Restat ut 5=433 (10). Nec deest causa geminationis. Nam in

principio de Peleo uno sermo est; in fine de Peleo et Thetide. Ex uno duo. Idem Theocritus fecit in Epithalamio Helenes quanquam non prorsus simili modo. Eius σχῆμα est 7 . 3 . 7 33 65 655. In quo ultimae περικοπαὶ 6=6, 5=55 (10). Similis geminatio est uerborum prioris περικοπῆς 5.

χαίροις, ὦ νύμφα, χαίροις εὐπένθερε γαμβρέ.
Λατὼ μὲν δοίη, Λατὼ κουροτρόφος ὔμμιν
εὐτεκνίαν, Κύπρις δὲ θεὰ Κύπρις ἶσον ἔρασθαι
ἀλλάλων, Ζεὺς δὲ Κρονίδας Ζεὺς ἄφθιτον ὄλβον,
ὡς ἐξ εὐπατριδᾶν εἰς εὐπατρίδας πάλιν ἔλθῃ.

At non sic mesodo continetur carmen de Achille, quod ulterius extenditur idque in strophas numeris alii argumento conuenientes. Nam ut in exordio nuptiis tribuuntur 6, 4, nuptiis quoque tribuendi erant 4, 6. Sed Catullus secutus est Theocritum, cuius ἀριθμοὶ non semper isdem terminis quibus ipsae res concluduntur. Sic in Eid. V. 45–60 quindecim sunt uersus in 5 × 3 distributi; quibus respondent ultimi 15, sed nec re nec περικοπαῖς, rursus enim in 23 10 scinduntur.

Restant uu. 382–408; quorum σχῆμα cum Frankio sic facio 23 10 10 2.

Transeo ad c. LXII quod et ipsum hexametris scriptum est. Aliorum sententias iam in praefatione carminis exposui. Ego si iam in Prolegomenis explicaui quot uersus ex archetypi forma amissi colligantur, non minus id ex hac descriptione in partes confirmari arbitror. Nam tria sunt in c. LXII quae cadant in quaestionem. (1) u. 14 reuera sit Catulli necne (2) quot uersus post 32 perierint (3) post u. 58 addendum sit ἐφύμνιον *Hymen O Hymenaee, Hymen ades O Hymenaee* an consulto sit omissum.

(1) u. 14 *Nec mirum penitus quae tota mente laborant* in solo Thuanaeo codice extat, nec in eo legebatur codice qui ineunte saeculo XIV Veronam reductus est. Versus si uere Catulli est, aut excidit unus inter (58) et (66) aut stropha 9, antistrophos 8 est uersuum. Esse autem Catulli ideo credibile est, quod saeculo X perpauci erant qui eum interpolarent; deinde simplicitatis nescio quid habet a Catullo non alienae; postremo melius sic conformatur oratio iuuenum 11–19, cadit enim in duas partes quaternorum uersuum, quibus subnectitur ἐφύμνιον· utraque autem pars per se plena ac perfecta est.

Hi igitur nouem uersus quibus respondere (59)–(66) iam perspexerat Naekius, paremne habent ibi numerum an uno uersu minorem stropha antistrophon? Si uno minorem, fecit Catullus quod saepius Theocritus, ut in Eid. IV Corydoni et Batto pares semper tribuuntur strophae

nisi quod semel Corydon nouem (29–37), Battus decem uersus recitat (44–53). Rursus in Eid. VIII Menalcae octo hexametros canenti (63–71) Daphnis nouem regerit (72–80). Sed et exactiorem concentum amat Catullus et unum uersum excidisse forma indicat archetypi. Hunc post (59) Rossbachius, post (65) Hauptius et Pleitnerus posuerunt, ego[1] post (62). Illud enim hic uideo Catullum affectasse ut ex uocabulis quae in unoquoque uersu sunt, unum aliquod in proximo repeteret. Sic *pugna pugnare* (59, 60), *pater pater* (60, 61), *parte pars* (62, 63), *tertia tertia* (63, 64). Et hoc in (62)–(65) fecit ter, non fecit in quarto; unde priorem περικοπὴν quattuor uersus comprehendisse sub iisdem legibus credibile est.

Habemus igitur 55 9 9.. Ipsa concertatio a stropha et antistropho incipit uersuum senorum uel potius 5 + 1. Secuntur septem manci (32–38); tum stropha et antistrophos denorum, prior (39)–(48) a uirginibus cantata cum ἐφυμνίῳ *Hymen O Hymenaee, Hymen ades O Hymenaee*, (49)–(48) altera a iuuenibus sed sine ἐφυμνίῳ. Reprehendit hoc Spengelius, addiditque ἐφύμνιον iuuenum strophae post (58). Sed cum prior stropha 10 uersuum, antistrophos undecim iam facta esset, uersum strophae addit post (39) mutato *ut flos* in *ut flos qui*; eundem post (40) Hermannus et Hauptius, post (41) Froehlichius Rossbachius Leutschius Pleitnerus inseruerunt. Nec negarim hoc confirmari antistropho, cuius *Hanc nulli agricolae, nulli coluere iuuenci* quintus sit, quintus autem strophae nunc fiat *Multi illam pueri, multae optauere puellae*; quod idem cadit in *Multi illam agricolae, multi accoluere iuuenci* cui respondeat in stropha *Nulli illum pueri, nullae optauere puellae*. Sed tamen uereor ne temere hoc admittatur. Nam iuuenum quanquam cum antistropho terminatur ad uirgines responsio, non simul cantus desinit, sed conuersione ad nuptam facta, hanc uersibus siue septem siue octo adlocuntur, quibus finitis tum demum additur *Hymen O Hymenaee, Hymen ades O Hymenaee*. Itaque ut in 20–31, sic etiam in (39)–(58) superesse credo carmen quale a Catullo scriptum est. Iterum igitur recenseantur numeri 55 . 9 . 66. 10 10 . 9.

Vnde facili coniectura elicias quot uersus in medio exciderint. Nam inter 6 et 10 numerus stat octonarius; qui numerus si et in stropha fuit et in antistropho quarum septem tantummodo supersunt uersus, exciderunt nouem. Id confirmari ex archetypo iam in Prolegomenis dixi. Totius igitur poematis σχῆμα hoc eruitur

$$\widehat{55} \cdot 9 \cdot \widehat{66} \cdot \widehat{88} \cdot \widehat{10\ 10} \cdot 9$$

[1] Idem post me placuit Peipero, priusquam editionem meam uidisset (Q. Valerius Catullus p. 15).

Pergimus ad LXI quod et ipsum carmen nuptiale est. Id quam docte ac curiose scriptum sit, primus Pleitnerus intellexit in libello quem Dillingae edidit anno 1858. Is quattuor partes facit; 1–35 = 9 strophas a pueris recitatas; 46–(113) = 14 strophas a uirginibus; (114)–(183) = 14 strophas a pueris; (184)–(228) = 9 strophas a uirginibus. Rursus singulas partes distribuit hoc modo (α) 7 + 2 (β) 6 + 3 + 3 + 2 (γ) 4 + 2 + 3 + 3 + 2 (δ) 8 + 1. Recepit hoc Schwabius, neque infitior me in uniuersum non abdicere, quanquam nec in quattuor partes carmen diuidam, et alia nonnulla ingeniosius excogitata rear. Sed uere uidit Pleitnerus duas potissimum partes esse carminis (1) quae ante domum nuptae canitur (2) quae postquam nupta in conspectum prodiit, h. e. a uersu (113) *Prodeas noua nupta.* Verum etiam illud quod 46–75 non solum seiunxit tanquam Hymenaeon, sed etiam distribuit in περικοπάς (1, 3, 2); tum quod sequentium uersuum 76–(113) partes distinguit: postremo quod inter (183) et (184) *Iam licet uenias marite* interuallum ponit, cum post (183) ἐφύμνιον illud *Io Hymen Hymenaee io, Io Hymen Hymenaee* non iam repetatur. Sed, ut dixi, partes carminis aliter describo.

Initium ducimus a 46–75 qui Μεσῳδὸν quandam efficiunt. Huius sex sunt strophae, qui, ut in codicibus leguntur, sponte in tres περικοπὰς se scindunt, (1) unam, desinentium in *Hymen O Hymenaee,* (2) duas, quarum altera isdem uerbis desinit (3) tres, quae singulae ἐπιφθέγματι terminantur *Quis huic deo Compararier ausit?* In quo non intellego cur codicum ordinem ita turbarit Pleitnerus, ut ultimas tres strophas poneret post primam. Primo enim de amantibus sermo est, et amantum nuptialibus gaudiis (46–60), tum de aliis commodis Hymenaei (61–75).

Mesodon (46–75) antecedunt strophae nouem, quae rursus scinduntur hoc modo, (α) 1–15 Inuocatio Hymenaei, (β) Descriptio nuptae, (α″) Altera inuocatio Hymenaei, (γ) Adlocutio ad Virgines. Numeri sunt 3222 uel potius 322 + 2. Bene enim obseruat Pleitnerus 15–20 *Namque Iunia Mallio* κ.τ.λ. cum summam carminis in se habeant consulto in medio collocatos esse a Catullo. Habemus igitur Prooemium strophas nouem (1–45), deinde sex Mesodon. Quot Mesodon secutae sint, non iam a codicibus apparet. Hi enim habent uersus 37. Horum qui sex in principio stant

Claustra pandite ianuae.
Virgo adest. Viden ut faces
Splendidas quatiunt comas?
Tardet ingenuus pudor.

Quem tamen magis audiens
Flet quod ire necesse est.

[illegible] post Lachmannum sic transponunt ut quintus *Quem tamen magis audiens* sequatur 1[illegible], nempe initium strophae cuius tertius uersus sit *O* [illegible] [illegible]. Melius me credo Catullo consuluisse qui *O* [illegible] [illegible] sextae faciam strophae; inter *Splendidas* [illegible] [illegible] et *Tardet ingenuus pudor* quattuor uersus excidisse censeam[1]. Sic [illegible] ut nouem praecedunt strophae, sic nouem sequuntur. Sed [illegible] codice extant nonnisi sex integrae et fragmenta [illegible]. Attende uero concinnitatem partitionis. In prooemio (A) [illegible] hos [illegible] 3222: hic hos 2232—B α, α′, β, γ: ex quibus Bα terminatur uersus *Flet quod ire necesse est*, α′ incipit *Flere desine*, clauditur ἐπιφθέγματι *Prodeas noua nupta*, β incipit *Prodeas noua nupta si*, clauditur *Prodeas noua nupta*, γ simili modo clauditur *Prodeas noua nupta*.

Haec si uera sunt in priore dimidio carminis, dico uu. 1–(113) consentaneum est similem structuram in posteriore reperiri. Et tertiae quidem parti prioris tertia respondet posterioris; nam a u. (1[illegible]) in quo *Io Hymen Hymenaee* postremum legitur usque ad finem nouem sunt strophae, quae sic distribuuntur 3231 Δα β, β′, γ. Restant 14 strophae, quarum nouem priores in itinere canuntur dum nuptam a domo patris ad mariti domum deducunt; hae autem sic distribuuntur 2223 Γα β, β′, γ. In α iubentur pueri Fascennina concinere, β, β′, γ Fascennina sunt, in β ad concubinum pueri se conuertunt in β′ ad maritum, in γ ad nuptam. Harum trium partium singulas strophas claudit ἐπίφθεγμα uel ἐφύμνιον, in β *Concubine nuces da*, in β′ et γ *Io Hymen Hymenaee io Io Hymen Hymenaee*.

Sed incidit hic quaestio Fascennina u. (158) terminentur an (143). Nam a uersu (143) minus iocosa inducitur nec tam Fascenninis conueniens locutio; tum *Transfer omine cum bono* (159) non adeo seiunguntur a praecedentibus ut non eiusdem partis possint esse. Ita distribuendum foret alterum dimidium in 6 . 9 . 9; quod quanquam priori illi 9 . 6 . 9 minus accommodatum est, satis se tamen συμμέτρως haberet si res ipsa id cogere uideretur. Sed cum toto carmine quasi fabula quaedam agatur, quae in suos actus digesta sit, singulis autem actibus suus locus detur, primo ante domum nuptae, secundo in itinere ad

[1] Certe bene cohaerent inter se (79) *Tardet ingenuus pudor* (80) *Quem tamen magis audiens*. Sententia talis uidetur esse. 'Virgo adest; iam faces uideo. Cur tamen moratur? Audiat uocantes, nec cedat pudori. Et tamen pudorem, non nos audit: flet quod eundum est.' Nunc uideo Behrensium me secutum esse.

mariti domum, tertio extra eam, quarto intra; ut uersu (158) cantus in itinere finitur, ita eodem uersu actum desinere siue mauis partitionem uerisimile est. Nam ipsa uerba *Transfer omine cum bono Limen aureolos pedes* (159, 160) transitum indicant ad noua. Deinde uu. (144)–(158) locutio minus illa quidem procax ceteris, satis tamen simplex ut Fascennina sit, praesertim ad nuptam iam conuersis pueris, non iam ad maritum. Certe non multum a quotidiano sermone abhorrent illa *Ni petitum aliunde eat* (146), *omnia omnibus annuit* (156). Neque a uersibus (139)–(143).

Scimus haec tibi quae licent
Sola cognita, sed marito
Ista non eadem licent.
Io Hymen Hymenaee io,
Io Hymen Hymenaee.

iure possunt seiungi (144, 5) *Nupta tu* quoque *quae tuus Vir patet, caue ne neges.*

Habemus alterius dimidii partes primam tertiamque; restant uu. (159)–(183), qui ut media prioris dimidii pars, ita ipsi μεσῳδὸν quandam faciunt. Sed prior μεσῳδὸς sex strophis constat; huius supersunt quidem tantummodo quinque: sed potuisse unam excidere multa indicant; turbatus ordo non longe distantium stropharum (189)–(198), amissa syllaba in initio (179), nescio quid abrupti in sermone. Nam post tres strophas, quarum in prima nuptam iubent domum subire mariti, in altera tertiaque contemplari maritum toto animo sibi imminentem, repente secuntur haec

Mitte brachiolum teres,
Praetextate puellulae.
Iam cubile adeant uiri.

Nimis opinor abrupte. Credo stropham praecessisse, in qua praetextatus iubeatur nuptam a cena ad thalamum deducere. Confirmatur hoc inde quod codex *h* totam stropham *Mitte—Io Hymen Hymenaee* omittit. Haec si uere collegi, est et haec Mesodos sex stropharum, quae et ipsae sic distribuuntur 123. Totius igitur carminis hoc est σχῆμα

	Mesodos			Mesodos	
(uu. 1–120)	3222 . 123 . 2232	‖	2223 . 123 . 3231		(uu. 121–240).

c. LXIII Attis.

Attin Catulli bene uidit Frankius, id quod me fefellerat, totum συμμέτρως ita scriptum esse ut, seiunctis tribus ultimis uersibus qui quasi

Epodos sunt, ceteri in duas pares. partes 1–43, 48–90 distribuuntur. 'In priore' utor fere uerbis Frankii, 'Attis diuino furore concitatus 'cum stipatoribus properat ad nemora Cybeles, in posteriore con'uersus ad poenitendum fugitiuus a Cybele illuc repellitur. Vtram'que harum partium pari numero poeta definiuit quadragenum 'ternum uersuum (1–43, 48–90). Quos in medio conlocauit quat'tuor uersus includunt narrationis conuersionem. Etiam membra 'duarum partium eundem uersuum numerum complectuntur; utrum'que constat senis et uicenis, cum appendice septenorum denorum.' Vnde haec figura euadit 26 + 17. 4. 26 + 17. 3.

Orationes non ut Frankius sic dispertio. Primam enim (12–26) facit sic decurrentem 2 + 4 + 1, 2 + 5 + 1: alteram sic 12, 12; tertiam 3 + 3. Mihi ex tertia reliquarum ducenda uidetur ratio; ut omnes per numerum ternarium in partes describantur. Ea autem est huiusmodi (Cybele leonem alloquitur).

a *Agedum inquit age ferox i, face ut hunc furor agitet,*
Face uti furoris ictu reditum in nemora ferat,
Mea libere nimis qui fugere imperia cupit.
β *Age caede terga cauda, tua uerbera patere,*
Face cuncta mugienti sonitu loca retonent,
Rutilam ferox torosa ceruice quate iubam.

Vtriusque strophae u. primus primo, alter respondet alteri. Eadem aequabilitas in Attidis ad se oratione (50–73). Quae non solum ut Frankius per 12 12 distributa est, sed iterum in 66, 66; ex his prima ac tertia per 3, 3 altera ac quarta per 231 scinduntur,

B. a *Cupit ipsa pupula ad te sibi dirigere aciem,*
Rabie fera carens dum breue tempus animus est.
β *Egone a mea remota haec ferar in nemora domo?*
Patria, bonis, amicis, genitoribus abero?
Abero foro, palaestra, stadio et gymnasiis?
γ *Miser a miser, querendum est etiam atque etiam, anime.*
Δ. a *Ego nunc Deum ministra et Cybeles famula ferar?*
Ego Maenas, ego mei pars, ego uir sterilis ero?
β *Ego uiridis algida Idae niue amicta loca colam?*
Ego uitam agam sub altis Phrygiae columinibus?
Vbi cerua siluicultrix, ubi aper nemoriuagus?
γ *Iam iam dolet quod egi, iam iamque poenitet.*

Ad primam orationem reuoluimur 12–26. Constat ex 15 uersibus quorum sex primi stropham, sex ultimi antistrophon efficiunt: tres interpositi caput ac summam sententiae in se colligunt. Hic ordo non modo multum ad uim confert carminis, sed fortasse ipso rhythmo confirmatur; nam si codices plerosque sequimur, primus interpositorum trium uersuum, mutato primo pede ex resoluto per anaclasin ionico a minore ad purum ionicum, sic scribendus est

Hilarate aere citatis erroribus amimum

unde uehementior animorum concitatio, simul Gallantum cum cymbalis tumultus properipes exprimitur. Σχῆμα igitur orationum est

(1) 6 . 3 . 6   (2) 66 . 66   (3) 3 . 3

Elegiae.

Ex elegiis duae eodem fere modo scriptae sunt LXV, LXXVI. Vtraeque enim quod ad sententiam est praecipuum et in medio habent et eo sex uersuum. Sed LXV tot modis immutarunt Lachmannus et post eum alii, ut uidendum sit codices id incorruptum nobis tradiderint an quicquam uel eiciatur ex ea merito uel merito adiciatur. Lachmannus enim, ut archetypo satisfaceret quod 30 uersus singulis paginis continere arbitratus est, post LXV. 8 sex uersus a LXVIII sumptos 21–24, (93), (92), et hunc quidem leuiter mutatum interpolauit. Itaque locum sic scribit

8 *Ereptum nostris obterit ex oculis.*
a *Tu mea tu moriens fregisti commoda, frater,*
b *Tecum una tota est nostra sepulta domus,*
c *Omnia tecum una perierunt gaudia nostra*
d *Quae tuus in uita dulcis alebat amor.*
e *Hei misero fratri iucundum lumen ademptum,*
f *Nunquam ego te, misero frater adempte mihi,*
9 *Alloquar, audiero nunquam tua loquentem,*

Sed cum ter sic repetantur tres uersus (nam *bcd* in LXVIII bis leguntur 22, 23, 24 rursus (94), (95), (96),) unius autem (*f*) finis quater, hic, LXVIII. 20, (92), CI. 6, et hoc modo longior inferatur parenthesis, temeritatis Lachmannum arguere uix uerear. At 9–14 aut spurii sunt (sic enim docet Gruppius) aut ex suo loco huc per errorem tralati, quae fuit opinio Fr. Haasii Rossbachii Schwabii A. Weisii Bruneri Bernhardii Boehmii Lehrsii Frankii, denique etiam Ribbeckii. Audiamus Gruppium. (1) Non debuit Catullus in tam

breui carmine tam diu in morte morari fratris; satis de ea dixit uu. 5–8. (2) Male post sermonem ad Ortalum factum altera fit ad fratrem ἀποστροφή. (3) Ipsi uersus 9–14 nec boni sunt nec admodum suaues. Quibus singillatim sic respondeo (1) Si praeter 5–8 nihil dixit Catullus de fratre, festinantius transiit ad uerba *Sed tamen in tantis maeroribus*. Vix enim satis apte tanti maerores quattuor concluduntur uersibus, melius contra decem: (2) Quod ad Ortalum loquitur, dein fratrem, idem fecit in c. VIII, cuius in 1–8 Catullus se ipsum, postea in 12–18 Lesbiam, in 19 se ipsum iterum conpellat; (3) Versus non tam a Catullianis distant ut alius iure habeantur. Mitto 9, *Alloquar, audiero nunquam tua loquentem*, qui a multis codicibus abest; sequens comparatio, etsi longius petita, similis est illius quae in fine c. II stat *Tam gratum est mihi quam ferunt puellae* κ.τ.λ., nec a more aliena Alexandrinorum ac Catulli. Nec uero ex alio loco in LXV iudico tralatos. Fr. Haasius post CI. 6, post CI. 4 A. Weisius collocat: Brunerus pro fragmento eos habet carminis de Morte Fratris cuius cetera perierint. Equidem nolim aliud carmen putare a Catullo scriptum de ea re quam unam in CI tractauit, induxit cum ceteris in LXVIII. Sed nec in CI quadrant. Nam praeterquam quod tutius duxerim tot uersus a loco non mouere satis apto ad alium aut minus aut non magis conuenientem, CI per se plenum atque absolutum est. Quod cum, ut iam intellexit Gruppius, tumulo insculpi potuerit, simplex et est et debet esse. Nullus hic locus patet uehementiae; tranquillus dolor profundusque nec multa effundit nec comparationum utitur artificio. Certe nec post 4, nec post 6 bene inducitur. Vehementius enim post *Et mutam nequicquam alloquerer cinerem*, statim dicturus erat *Alloquar, audiero numquam tua loquentem*. Quanquam ne illud quidem certum habeo, hunc uersum esse Catulli. Nec bene post CI. 6 ponitur. Hoc est enim protasin ab apodosi sua abscidere. Vix enim dubites *Quandoquidem fortuna mihi tete abstulit ipsum* in principio stare, non in exitu sententiae. Persuadent hoc cum alia, tum quod imitator Catulli is qui Cirin scripsit manifeste hunc locum ante oculos habuit, cum haec scriberet (42–46)

Sed quoniam ad tantas nunc primum nascimur artes,
Nunc primum teneros firmamus robore neruos,
Haec tamen interea quae possumus, in quibus aeui
Prima rudimenta et primos exegimus annos,
Accipe dona meo multum uigilata labore.

Iam LXV. 19–24 suumne locum tenent an, ut Rossbachius censet,

ex alio supersunt poemate, quod ex Callimacho Catullus expresserit? Quem non Comam Beronices solum, sed plura etiam ex Callimacho Latine conuertisse ex CXVI. 2 *Carmina uti possem mittere Battiadae* nec conuertisse solum sed etiam ad Ortalum misisse ex ipsius LXV. 16 colligit. Praeterea in codicibus omnibus LXVI cum LXV coaluit, in qua re praesidium Rossbachius quaerit sententiae. Sed parum praesidi in hoc esse inde apparet quod coalescentium carminum multae aliae causae reperiuntur. Aut enim aliquo casu, fortasse per uetustatem erasus est titulus, quemadmodum ante X XVI XVII XXIV XXXIII XXXVIII XLI—XLVIII LIII LVII LVIII LX et pleraque post LXIX, aut consulto omissus est, cum LXVI quasi pars fuerit epistulae ad Ortalum, et cum ea pariter cohaeserit ac carmina II, III, quae utraque de Passere sunt Lesbiae. Nec uero quia CXVI. 2 uere ad alia refertur carmina quae ex Callimacho expressit Catullus, idem in LXV. 19–24 cadere censeo. Amat enim Catullus comparationes in fine carminum. Sic fecit XI. 20–24, XVII. 26, XXII. 21, XXV. 12, 13, XLVIII. 5, 6, fortasse etiam II. 11–13. Nec uero cum Frankio comparationem ex iuuentutis aestu excusandam dixerim; nam et exquisita est et imitatore digna Alexandrinorum. Cf. Theoc. III. 53, IX. 33-36, XI. 81, XII. 36, 7.

Itaque totum poema, excepto fortasse u. 9, tale credo superesse nobis quale a Catullo scriptum est. Partes habet has 44 . 6 . 4 . 6 Medii sex uersus de morte sunt fratris, sicut in LXXVI quod sic diuisum est 64 . 6 . 64 medium locum tenent sex uersus 11–16, ubi, quod praecipuum est in carmine, animum ad deponendum amorem Catullus offirmat.


C. LXVII quod in editione priore non diuiseram, Frankius sic diuidit. 18 . 12 . 18. 'Sententiarum enim summam et in qua turpis 'illius familiae quam perstringeret acerbissima castigatio inesset poeta 'in media carminis parte conlocauit; quam quae utrinque circundant 'partes pares membris constant inuicem respondentibus.' Et priores quidem octodecim Catullus ipse sic ordinat

Cat.	Ia.	Cat.	Ia.	Cat.
8	6	2	1	1

Alteri octodecim ambigitur continuine sint an inter Catullum et Ianuam distribuendi. Plerumque Ianuae omnes tribuuntur. Sed Froehlichius primos sex cum duobus qui praecedunt (29-36) Catullo, 37–48 Ianuae adsignauit; Rossbachius 29–40 Catullo, 41–48 Ianuae; Schwabius 31-36 Ianuae, 37–40 Catullo, 41–48 Ianuae, Lucianus Muellerus denique 29–34 Catullo, 35–36 Ianuae, 37–40 Catullo, 41–

48 Ianuae. Quod Froehlichius et Rossbachius faciunt, ut 31 *Atqui non solum hoc se dicit cognitum habere* cum oratione Catulli (29, 30) continuent, id mihi minus admittendum uidetur, quia cum antea Ianua dixerit *Primum igitur uirgo quod fertur tradita nobis Falsum est;* consentaneum est etiam illud addere *Atqui* non solum *hoc se dicit cognitum habere;* certe quod ultimum de muliere dicitur *Praeterea addebat quendam* (45) Ianuae ab omnibus conceditur. Nec multum mihi placet illud quod post Schwabium placuit Frankio et Behrensio, ut uu. 37–40 *Dixerit hic aliquis* Catullo tribuant, non Ianuae. Nam et haec uerba sunt sese potius quam alium interpellantis; et amat Ianua de se nominatim dicere, cf. 12, 14, 34. Quanquam melius sic dispertiri carmen non infitior. Partes enim fiunt hae

Cat.	Ia.	Cat.	Ia.	Cat.	Ia.	Cat.	Ia.	Cat.	Ia.
8	6	2	1	1	10	2	6	4	8



LXVI.

Comam Beronices cum ex Callimacho expresserit Catullus, uidendum in Elegiis Callimachiis quaenam appareat conformatio. Itaque in Λούτροις Παλλάδος quae sola ex Callimachiis extat elegia hae sunt partes 12 10 10 10 12 10 10 10 12 10 12 12 12. Hae περικοπαὶ et longiores sunt et saepius repetitae. Neque alia est ratio Catullianarum. Itaque non assentior Frankio Comam Beronices minutius sic distribuenti

14	(15-32)	(33-38)	(39, 42)	(43-50)	(51-58)	(59-54)	(65-68)	(69-76)	(77-94
	6+12	6	4	8	8	6	4	8	12+(

Cur enim post 32 fit partitio? Versus sunt hi

29 *Sed tum maesta uirum mittens quae uerba locuta es.*
30 *Iuppiter ut tristi lumina saepe manu.*
31 *Quis te mutauit tantus deus? An quod amantes*
32 *Non longe a caro corpore abesse uolunt?*
33 *Atque ibi me cunctis pro dulci coniuge diuis*
34 *Non sine taurino sanguine pollicita es.*

Nulla pausa, uel breuissima, in his; nec uero fit ante completum u. 38. Ibi transit a Beronice ad se ipsam Coma. *Inuita, O regina, tuo de uertice cessi.* Quae postquam de se a Beronicaeo abscissa capite ac de ferro loqui desiit, uersu 51 noua pars inducitur *Abiunctae*

paulo ante comae mea fata sorores Lugebant. Habemus igitur hanc dinumerationem 14 24 12. Reliquum carmen, me iudice, semel tantum ita diuiditur, ut partitio extra dubitationem sit. Dico aut post 76 aut post 78. Frankius Lachmannum secutus qui pro *Vnguentis* in u. 78 legit *Vnguenti si* distinctionem ponit post 76 *Afore me a dominae uertice discrucior*, ut proxima περικοπὴ initium ducat a 77.

Quicum ego dum uirgo quondam fuit omnibus expers
Vnguenti si una milia multa bibi,
Nunc uos optato quas iunxit lumine teda
Non post unanimis corpora coniugibus
Tradite nudantes reiecta ueste papillas
Quin iocunda mihi munera libet onyx.

Sed cur de Beronice uirgine loquitur coma? Num uirgines tantum ungebantur? Quasi uero non praecipuus esset in nuptiis usus olei. Deinde, si Coma unguenti milia multa in uirginis uertice Beronices bibebat, a uirginibus petenda erant eadem munera unguenti. Cur igitur ad nuptas se conuertit, neque eas recentes, sed quae possent esse adulterae? Facilius a uerbis *Nunc uos* ducitur exordium: nec multum haereo in eo quod Frankius obicit, inficete Callimachum dixisse, si unguentorum causa Beronices uerticem astris praelatum finxisset. Nam in toto poemate subest nescio quid iocosi uel potius comici: talia sunt ludicra illa abscissae comae cum perfosso Atho comparatio, sermo de nouis nuptis liberior, deprecatio Nemesis (71), ipsi denique postremi duo uersus,

Sidera corruerent utinam! coma regia fiam;
Proximus Hydrochoi fulgeret Oarion.

Itaque post 78 distinctione posita, ultimam περικοπὴν (79–94) sedecim uersuum facio. Habemus igitur 14 24 12 28 + 16. Vnde totius σχήματος facile elicitur ratio: nam 24 in 12 × 2, 28 in 14 × 2 scinditur. Σχῆμα igitur est hoc 14 12 12 12 14 14 + 16. Numeros 14, 12 repetitos inueniemus in LXVIII.

Carminis LXVIII. 1–40 alio eos quidem scriptos tempore, ac 41–(160), non tamen ab iis tanquam diuersum poema disiungendos esse iam in carminis Praefatione docui. Sed cum 1–40 quasi prologus quidam sint, quaerenda est horum quae sit descriptio, unde sequentes facilius digerantur. Quae quidem adeo non est ambigua ut uix alia possit esse quam quomodo a me et Frankio[1] distributa est

[1] Vu. 21–24 immerito a Gruppio Bernhardio A. Weisio suspectis satis patrocinati sunt Westphalius Frankiusque. Quod 23, 24 repetuntur infra (95), (96) consulto id fecit

14 12 14. Reliquos uersus 41–(160) iam A. Weisius Vsenerus Westphalius pro se quisque tractarunt et in partes diuiserunt. Ex his Weisius tria carmina casu aliquo putat in unum coaluisse, primum de Lesbia cum Prologo ad Allium 41–(50), (51)–(72), (130)–(148) alterum de Laudamia (73)–(90), (101)–(118); tertium de Catulli amore in fratrem (91)–(100). Epilogum (141)–(160) spurium habet. Haec nulli ut opinor ueri erunt similia: quid enim est aliud unum carmen in tria discerpere, integram Elegiam omnino abolere? Eandem Vsenerus in Epimetro quod Frankianae disputationi addidit, sic distribuit.

Prooemium			Mesodos					
(41)-(50)	(51)-62)	(63)-(72)	(73)-(86)	(87)-(100)	(101)-(104)	(105)-(116)	(117)-(128)	(129)-(
10	12	10	14	14	4	12	12	2

Epilogus		
(131)-(140)	(141)-(150)	(151)-(160)
10	10	12

In qua notandum est Prooemium 10 12 10 Epilogo 10 10 12 sic respondere ut ABA, AAB; mesodon autem in duo sic cadere AAC, BBD.

Westphalius (41)–(160) pro Encomio habet quod ad normam Nomorum scripserit Catullus, qualis a Iulio Polluce descripta est in Onomastico IV. 66 ed. Bekker. **Μέρη δὲ τοῦ κιθαρῳδικοῦ νόμου Τερπάνδρου κατανείμαντος ἔπαρχα μέταρχα κατάτροπα μετακατάτροπα ὀμφαλὸς σφραγὶς ἐπίλογος**[1]. De his Westphalius sic disputauit. Omphalon uel medium locum Nomi plerumque occupabat laus alicuius Deorum epice conscripta: eum praecedebat Archa sequebatur Sphragis, utraeque lyricae. Progrediente tempore duas addiderunt partes, priorem inter Archam Omphalonque, quam Katatropa appellabant, cum transitum faceret ad sequentia, alteram inter Omphalon et Sphragida, quae pari nomine Metakatatropa (h. e. Posterior Conuersio) uocata

Catullus, ut collocatis bis in medio isdem uersibus amorem fratris ex pectore declararet. Quod postquam Mallium allocutus est, subito conuertitur ad fratrem, idem iam in LXV. 9–14 factum uidimus. Denique non possum pro Catulliano habere locum qualis sic euaderet

Sed totum hoc studium luctu fraterna mihi mors
Abstulit. O misero frater adempte mihi.
Cuius ego interitu tota de mente fugaui
Haec studia a'que omnis delicias animi.

[1] Codices plerique habent ἔπταρχα ἐπαρχεῖα μέταρχα, unde iure Boekhius suspicatus est scriptum fuisse ἔπαρχα ἐπαρχεῖα, quod confirmat cod. A Bekkeri qui pro μέταρχα exhibet μεταρχεῖς, ortum, ut uidetur, ex μεταρχεῖα, quod eodem modo super μέταρχα scriptum fuerat.

est. Sed cum nomorum poetae cum aliis certantes uictoriam peterent, Deos ut ante inceptum carmen sic finito carmine precabantur. Hinc duae nouae partes Prologus Epilogusque. Has hoc ordine sese facit excepisse, Prologum, Archam, Katatropa, Omphalon, Metakatatropa, Sphragida, Epilogum, simili fere modo quo in Parabasi Comicorum. Sed in toto carmine, quanquam alias heroicum *χαρακτῆρα*, alias lyricum usurpabant, idem metron, idem modi. Certe ante Peloponnesiacum bellum omnes hexametris sunt scripti. Sed cum antistrophis caruisse dicantur ab Aristotele in libro Problematum, pari numero partium non semper alligabantur. Illud tamen proprium omnium ut unam rem tractarent. Hunc ordinem in plerisque Epiniciorum, nec minus in Encomiis Pindarum tenuisse dicit Westphalius. Ex his unum aliquod potuit Catullus in LXVIII imitari; si minus, Alexandrinorum aliquem secutus est. Et profecto pauca ex recentioribus extant poemata quae Pindari[1] stylum toties referant, siue quod cum heroicis immiscentur res quae lyricam speciem prae se ferunt, siue quod singulae partes duriore inter se iunctura conectuntur. Habet autem tria praecipue, eaque ex interiore animo. Catulli; amicitiam Alli, amorem Lesbiae, dolorem fratris. Horum quod intimum est, dolorem fratris, in medio tanquam Omphalon collocauit: amorem Lesbiae quem nondum mortuo fratre conceptum fouebat etiam mortuo, utrinque in Archa et Sphragide; in exordio et in fine amicitiam Alli, quae Prologi et Epilogi in loco esset. Katatropa et Metakatatropa fecit Laudamiae fabulam, cuius in Protesilaum inuitis Diis inpotens amor cum Catulli inpotente adulterae Lesbiae amore non immerito comparandus esset. Itaque *σχῆμα* erit huiusmodi.

Prooemium	Archa	Katatropa	Omphalos	Metakatatropa	Sphragis	Epilogus
40-(50)	(50)-(72)	(73)-(86)	(87)-(100)	(101)-(130)	(131)-(148)	(149)-(160)

[1] Vnum saltem locum ex Pindaro mutuatus est, LXVIII. (119)-(124). Cf. Olymp. XI. 86

ἀλλ' ὧτε παῖς ἐξ ἀλόχου πατρὶ
ποθεινὸς ἵκοντι νεότατος τὸ πάλιν ἤδη, μάλα δέ τοι θερμαίνει φιλότατι νόον.
ἐπεὶ πλοῦτος ὁ λαχὼν ποιμένα
ἐπακτὸν ἀλλότριον
θνάσκοντι στυγερώτατος.

Olympica legisse Catullum etiam alia indicant II. 10 *ὀφθαλμὸς* (*ocelle* Cat. XXXII. 2) 82 *κίονα* (*Thessaliae columen Peleu* LXIV. 26) ib. *θανάτῳ πόρεν* (*morti reddita praeda* LXIV. 362) 99 *ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν* | *ἐκεῖνος ὅσα χάρματ' ἄλλοις ἔθηκεν* | *τίς ἂν φράσαι δύναιτο*; (LXI. (199)-(204). *Ille pulueris Africei Siderumque micantium Subducat numerum prius Qui uestri numerare uult Multa milia ludei*). Alium locum carminis LXVIII. (57)-(60) ex Iliade uidetur sumpsisse, XV. 681, 2 *Σεύας ἐκ πεδίοιο μέγα προτὶ ἄστυ δίηται Λαοφόρον καθ' ὁδόν*, unde non probarim Hauptii coniecturam *Sensim* pro *densi* scribentis.

Hoc si cum Vseneriano conpares uideas, quamuis non desint in utrisque dissimilia, tantam tamen in uniuersum similitudinem inesse quanta casu euenire uix potuerit. Nam in utrisque 40–(50) Prologum faciunt, (151)–(162) Epilogum. Deinde Vsenerus quas duas partes post Prooemium ponit (12 + 10) easdem coniunxit in Archa Westphalius. Etiam Vseneri Mesodos iisdem finibus continetur quibus Westphalii Katatropa Omphalos Metakatatropa. Ne singulis quidem numeris deest quod utriusque commune sit. Nam Vseneri 14 14 4 12 12 2 ex aduerso stant Westphalianis 14 14 30; Vseneri 10 + 10 ante Epilogum = 18 quem numerum in eodem loco secutus codices σφραγῖδα facit Westphalius. Haec doctorum uirorum consensio quanto magis ualeat ad probandam carminis partitionem quam ad refutandam discrepantia non est quod moneam. Nihil hic dico de me ipso; quanquam etiam meum σχῆμα ab eorum partitione non multum abesse nisi ubi uersus interciderunt mox demonstrabo. Recenseamus ordinem rerum.

(1) Non possum tacere Alli in me quae fuerint beneficia.

(2) Nam mihi in grauissimo dolore opitulatum uenit, riui instar uiatorem reficientis,

(3) Vel nautas subleuantis aurae, dum domum praebet in qua cum Lesbia amorem exercerem.

(4) Quae ad me uenit Laudamiae similis cum ad Protesilai domum ueniret amore flagrans et inuitis Diis suscepto et mox perituro sub Troia.

(5) Troia enim omnis uirtutis sepulcrum erat,

(6) Nunc autem mei fratris, qui ibi compositus iacet, mea uero commoda morte sua exstinxit omnia.

(7) Quam ad Troiam cum Graecis Protesilaus postquam iuerat,

(8) Ibi peremptus Laudamiae amorem abstulit barathro altiorem quod Hercules prope Pheneum fodit.

(9) Nam et aui in unicum nepotem caritatem et columbae coniugem uicit Laudamia.

(10) Laudamiae non inpar uenit ad me Lesbia. Quae quanquam infidelis in me dicitur, nolo indignari, cum etiam Iuno furta Iouis patienter ferat.

(11) At nec homines cum Diis componas, [neque me decet Lesbiae irasci, memorem Anchisae fulminati cum de concubitu Veneris gloriaretur.

(12) Quem tamen quamuis fulmine debilem dea non destituit, sed tanquam maritum] filii Aeneae umeris leuandum seruandumque curauit. Itaque contentus ero si amatorem me, non maritum, simili studio Lesbia prae ceteris fouerit.

(13) Hoc munus Allio tribuo, ne nomen eius unquam pereat.

Hic illud notandum praecipue quod res quo ordine se inuicem excipiunt, idem a medio usque ad finem carminis sed inuersus seruatur. Nam hoc modo res se excipiunt.

Allius—Catulli amor—Lesbia—Laudamia—Troia—Catulli fratris mors—Troia—Laudamia—Lesbia—Catulli amor—Allius.

Sed inter (141)-(142)

> At quia nec diuis homines componier aequum est,
> Ingratum tremuli tolle parentis onus.

non pauca intercidisse post Lachmannum Hauptiumque pro explorato habeo. 'Dixit antea Catullus' utor uerbis Hauptii[1] 'puellae suae infi-'delitatem patienter sese laturum esse, nam ipsam Deorum reginam 'Iunonem adulteria Iouis toleranter ferre iramque concoquere. Deinde '"*quia nec diuis homines componier aequum est*" eo digressionum studio 'quo totum hoc carmen excellit aliud exemplum, aliam narrationem 'protulisse uidetur.' Ea digressio qualis fuerit ex (142) elicere quanquam audentiore coniectura conatus sum. Quem uersum si per se sumptum legas, uix dubito quin ita fueris interpretaturus, 'Subleua 'senem patrem, quamuis ingratum onus futurum subleuanti.' *Tolle* enim quid uelit ex addito *onus* declaratur[2]. De quo autem sic dixit Catullus? Puto de Anchisa quem filius Aeneas umeris sustulerit. Narrarat hoc[3] Sophocles in Laocoonte, Dionys. Hal. I. 48. p. 121 *Σοφοκλῆς μὲν ὁ τραγῳδοποιὸς ἐν Λαοκόωντι δράματι μελλούσης ἁλίσκεσθαι τῆς πόλεως πεποίηκε τὸν Αἰνείαν ἀνασκευαζόμενον εἰς τὴν Ἴδην, κελευσθέντα ὑπὸ τοῦ πατρὸς Ἀγχίσου κατὰ τὴν μνήμην ὧν Ἀφροδίτη ἐπέσκηψε· ἔχει δὲ αὐτῷ τὰ ἰαμβεῖα ἐν ἄλλῳ προσώπῳ λεγόμενα ὧδε* (fr. 343 Nauck)

[1] Haupt. Quaest. Catull. p. 41.

[2] Plerique sic interpretantur Aufer patrem, cum iam senex et oneri sit; nec infitior potuisse etiam hunc sensum latere, quemadmodum dixit Varro Sexagessi fr. VII Riese *Nunc quis patrem decem annorum natus non modo aufert sed tollit, nisi ueneno?* In quibus allusisse uidetur Aeneae. Praecesserat aliquid huiusmodi: 'Quondam Aeneas 'patrem suum umeris sustulit; nunc quis est uel decem annorum puer qui non patrem 'suum-sed ueneno-sustulerit?' Bene Riesius conparat epigramma in Neronem (Sueton. Ner. 39) *Quis neget Aeneae magna de stirpe Neronem? Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.*

[3] Vide de Anchisa Aenea Venere disputantem Seeleyum in ed. libri I. Liui pp. 20-26.

νῦν δ' ἐν πύλαισιν Αἰνέας ὁ τῆς θεοῦ
πάρεστ' ἐπ' ὤμων πατέρ' ἔχων κεραυνίου
νώτου καταστάζοντα βύσσινον φάρος.
κυκλεῖ δὲ πᾶσαν οἰκετῶν παμπληθίαν·
συνοπάζεται δὲ πλῆθος οὐχ' ὅσον δοκεῖς
οἳ τῆσδ' ἐρῶσι τῆς ἀποικίας Φρυγῶν.

quorum uersuum tertium afferens Plutarchus Mor. p. 100 D, quem locum citat Nauckius, dicit *τοῦ δὲ Ἀγχίσου τὸ σῶμα ἰχῶρα ποιηρὸν ἐξεδίδου*; a Ioue scilicet fulminati, quod Veneris concubitum per uinum est elocutus (Hyg. XCIV). Merito igitur Anchises *ingratum onus* (Prop. IV. 1. 43, Verg. Aen. II. 634, 707–8, 723, 729, 804, Aetna 639 Munro) dicitur a Catullo: merito idem inducitur in loco ubi de deorum cum hominibus concubitu sermo est. Sed et idcirco poterat esse hic Anchises memorari, quod teste Dionysio *περὶ Ῥητορικῆς* I. 6 quasi communis locus erat nuptias praedicantium Veneris et Anchisae amor, unde natus esset insignis pietate Aeneas, qui ne inualidum patrem desereret, ipse umeris suis sublatum eduxit. Sic enim rursus contexitur amantum incertus amor, fidus coniugum: quod toto carmine Catullus ante fecerat. Nexus loci talis potuit esse. 'Ferenda mihi 'sunt furta Lesbiae, cum Iuno Iouis adulteria patienter ferat. At nec 'homines cum dis comparandi sunt, nec Catullum decet Lesbiae 'nimium irasci. Hominum potius faciam me parem: nam et Anchises 'ausus de Veneris amore gloriari poenam tulit a Ioue ictus fulmine. 'Neque eum tamen coniunx sua dea destituit: cuius monitu [Conon 46] 'Aeneas Troia exiens inualidum aeuo patrem noluit deserere, et umeris 'leuatum secum tulit.'

Dixi in Prolegomenis ex archetypo octodecim uersus erasos uideri. Hos non ante diuidere poterimus quam uersuum numerum in ceteris partibus collegerimus. Et uu. 1–40 iam uidimus in 14 12 14 scindi, unde hos numeros in reliquo carmine ualuisse censeo.

Medium carminis faciunt, ut dixi, uersus de fratris morte (91)–(100). Hos praecedunt et secuntur uersus de Troia quaterni. Harum duarum *περικοπῶν* priorem (87)–(90) praecedunt 14 uersus (73)–(86) de Laudamia (sic Vsenerus Westphalius ego); deinde 22 de Lesbia Catullo Allio, quos cum Vsenero in 12 10 ipse diuiseram, 10 a (63) ad (73), 12 a (51) ad (62); eos antecedunt in codicibus nouem; ut Vsenero Westphalio plerisque placet, decem; ut mihi, duodecim. Plures enim uno uersu excidisse inde colligo quod plerique codices habent hoc loco uel *defit* uel *deficit*, quod non solent ibi ponere ubi unus tantum uersus perierit. Deinde melius sic aequantur partes

περικοπῆς 41–(50); postremo non refragatur archetypon. Itaque ab initio usque carminis ad (104) numeri sunt hi

14 12 14 | 12, 12 10 14 4 + 10 + 4

In (105) reditus fit ad Laudamiam uersibus 26. Hi aut in 12 14 aut in 14 12 scinduntur. Prius placuit Vsenero; mihi ut in 14 12. Sic enim et prior περικοπὴ eandem rem in fine habet quam in initio, barathrum; et posterior perfectior fit et quasi rotundior. Incipit enim a uocabulo *Nam*, quo uocabulo etiam antea usus est in initio περικοπῶν, (51) et (87), clauditur autem disticho quod in exordio habet *Sed*, quemadmodum prioris περικοπῆς ultimum distichon.

(117)–(118) *Sed tuus altus amor barathro fuit altior illo,*
Qui dominum domitum ferre iugum docuit.
(129)–(130) *Sed tu horum magnos uicisti sola furores,*
Vt semel es flauo conciliata uiro.

Secuntur undecim uersus, quibus redit ad Lesbiam: post undecimum (141) lacuna est in codicibus quam octodecim uersibus suppleui: tum septem qui locum de Lesbia terminant; postremo de Allio duodecim. Iam numeri a medio carminis usque ad finem recenseantur.

14 12 10 1 + ? ? + 7 12

Hic ut 14 uersibus (73)–(86) ubi primum inducitur Laudamia respondent 26 ubi iterum (105)–(130), sic non eundem numerum in utroque loco requiras ubi de Lesbia sermo est. Sunt autem in priore loco 22, in posteriore 10 + 1 + 18 + 7 = 36; quos sic distribuerim 10 1 + 13 5 + 7. Itaque totius carminis σχῆμα hoc facio

14 12 14 || 12 | 12 10 14 . 4 10 4 . 14 12 10 14 12 | 12

Et quoniam in Elegiis uersamur, non longe est de epigrammatis pauca dicere. Quorum si numerum uersuum spectes et iuncturam, mira est similitudo. Sunt autem

6 Epigrammata	2 uersuum,	LXXXV XCIII XCIV CV CVI CXII.
9 ———	4 ———	LXX LXXIX LXXXII XCII CII CIII CIV CXI CXIII.
14 ———	6 ———	LXXI LXXIII LXXIV LXXVIII LXXXI LXXXIII LXXXVI LXXXIX XC XCVI XCVIII CVIII CIX CXIV.

8	Epigrammata 8	uersuum	LXXII LXXX LXXXVIII C CVII CX CXV CXVI[1].
4	————	10 ———	LXIX XCI XCV CI.
2	————	12 ———	LXXXIV XCVII.
1	————	16 ———	XCIX.

Hinc uidetur Catullus epigrammata inprimis sex uersuum, secundo loco quattuor, tertio octo, quarto duorum amasse. Sed in omnibus inest sua *συμμετρία*, de qua dixit Frankius (pp. 4, 6, 11–12). Qui tamen nescio an satis in eo moratus sit quod est in Catulli epigrammatis praecipuum, ut aliquod uerbum, interdum etiam plura, ex priore uersu in proximo repetat. Extra hanc normam stant tantummodo haec, LXXIII LXXXI LXXXV XCIII CII CIV CV CVI CVIII CIX CXI. De singulis generibus haec subicio.

(1) Epigrammata 4 uersuum.

In his utrunque distichon integrum per se et absolutum esse iam Frankius notauit. Excipiuntur LXXXII CII CXIII. Nam 'in plerisque non solum numero uersuum aequa-' biles sunt partes, sed inter has sententiarum quoque in-' tercedit responsio; quibus enim in superiore parte uis et ' acumen inest uerba eadem eadem fere uersus sede in poste-' riori repetuntur: cf. LXX. 1 *dicit mulier*, 3 *sed mulier—quod* ' *dicit*; LXXIX. 1 *Lesbius est pulcer*, 3 *sed tamen hic pulcer*; ' LXXXII. 2 *Lesbia me dispeream nisi amat*, 4 *uerum disper-* ' *eam nisi amo*; CIII. 1 *Credis me potuisse*, 3 *Non potui*[2].'

(2) Epigrammata 6 uersuum.

(*a*) In plerisque postremi duo uersus priores quodammodo interpretantur, praemissa interdum particula quales sunt *Nam Vt Quare*. LXXI. 5 *Nam quotiens futuit*; LXXIII. 5 *Vt mihi quem nemo*; LXXIV. 6 *Quod uoluit fecit*; LXXVIII. 5 *Gallus homo est stultus*; LXXXVI. 5 *Lesbia formosa est*; LXXXIX. 5 *Qui ut nihil attingat*; XCVI. 5 *Certe non tanto*; XCVIII. 5 *Si nos omnino*; CXIV. 5 *Quare concedo sit diues*.

(*b*) Repetuntur uerba

(*α*) singulis distichis; LXXIV. 1, 4, 6 *patruum*; LXXVIII. 1,

[1] Omis LXXXVII et LXXV quae unum an duo sint in incerto est, et LXXVII quod ut in codicibus legitur uersus habet sex, plerumque tamen et a me cum quattuor uersibus coniungitur qui in codicibus secuntur LXXVIII. 6.

[2] Frankius, p. 4.

3, 5 *Gallus;* ib. 1 *lepidissima*, 2 *lepidus*, 2 *alterius, alterius*, 3 *bellus*, 4 *bello bella*, 6 *patruus patrui;* LXXXVI. 1, 3, 5 *formosa*, 3, 4 *nulla, nulla*, 6 *omnibus omnes.*

(β) in tertio quae sunt in primo: LXXI. 2, 6 *podagra;* XCVI. 2 *dolore*, 5 *dolorei;* CXIV. 1 *saltu non falso Mentula diues*, 5, 6 *Quare concedo sit diues dum omnia desint. Saltum laudemus dum modo ipse egeat.*

(γ) in tertio quae sunt in secundo; LXXXIII. 4 *obloquitur*, 6 *loquitur.*

(δ) in secundo quae sunt in primo, in tertio quae sunt in secundo; LXXXIX. 1 *bona*, 3 *bonus*, 4 *macer*, 6 *macer;* XC. 1, 3 *Magus, Magus, matris matre*, 3 *gnato*, 5 *gnatus.*

(ε) in altero postremi distichi uersu quae sunt in altero; XCVIII. 5 *omnino*, 6 *omnino.*

(3) Epigrammata 8 uersum.

(α) Vno excepto CXV omnia in duas partes easque pares scinduntur, quarum altera priorem aut interpretatur aut ei tanquam contraria subicitur. LXXII. 1 *Dicebas quondam solum te nosse Catullum*, 5 *Nunc te cognoui;* LXXX. 1 *Quid dicam, Gelli*, 5 *Nescio quid certe est;* LXXXVIII. 1 *Quid facit is, Gelli*, 5 *Suscipit, O Gelli;* C. 1 *Caelius Aufilenum*, 5 *Qui faueam potius? Caeli, tibi;* CVII. *Si quoi quid cupido optantique*, 5 *Restituis cupido;* CX. *Aufilena, bonae*, 5 *Aut facere ingenuae est;* CXVI. 1 *Saepe tibi studioso animo uenante requirens*, 5 *Hunc uideo mihi nunc frustra sumptum esse laborem.* Excipitur CXV cuius primi duo duobus respondent postremis; medii per se stant. Similis est structura carminis XCIX cuius duo primi uersus cum duobus postremis a ceteris separantur, sibi inuicem respondent.

(β) Repetuntur in altera parte uerba ex altera.

LXXII. 1 *nosse*, 5 *cognoui;* LXXX. 1 *labella*, 8 *labra;* LXXXVIII. 1 *Gelli*, 5 *Gelli*, 4 *sceleris*, 7 *sceleris;* C. 1 *Caelius*, 5 *Caeli*, 8 *Caeli;* CVII. 1 *cupido optantique*, 5 *cupido*, 8 *optandum;* CX. 1 *Aufilena*, 6 *Aufilena*, 2 *facere*, 5 *facere;* CXV. 1 *Mentula*, 8 *mentula;* CXVI. 4 *telis*, 6 *tela.*

(4) Epigrammata 10 uersuum.

Exempla sunt LXIX XCI XCV CI fortasse etiam LXXVII

Ex his LXIX XC I X V duas habent partes quaternorum uersuum quibus subnectitur distichon. Diuersum CI, quod in duas partes sed inaequales scinditur. Ibi quod Lachmannum non sequor uu. 5, 6 cum 1–4 iungentem, Ciris secutus scriptorem iungo cum 7–10, id facio (1) quod facta pausa post *cinerem* (u. 4) augetur miseratio, contra si in uocabulo *mihi* clauditur sententia, non tam παθητικῶς dixit Catullus dum legentis animum a fratre reuocatum in se ipso iubet morari. (2) Ex aduerso stant *Quandoquidem fortuna mihi tete abstulit ipsum* et *Nunc* tamen *haec* h. e. quoniam ipsum te iam non licet alloqui, tu interea accipe quae mortuis tamen placent. (3) *Heu miser indigno frater adempte mihi* ut in LXVIII. 20, et LXVIII. (92) in initio sententiae ponitur, sic ne hic quidem claudit sententiam (4) *frater* suum locum tenet; ter enim legitur, eodem semper interuallo quattuor uersuum, eodem et uersus loco et sententiae; nam secundam partem pentametri semper incipit, pentameter autem ipse secundus est sententiae; 2 *Aduenio has miseras*, frater, *ad inferias*, 6 *Heu miser indigne* frater *adempte mihi*, 10 *Atque in perpetuum*, frater, *aue atque uale*. Repetuntur etiam haec, 2 *ad inferias*, 8 *ad inferias*, 3 *munere*, 8 *munere*. C. LXXVII adeo abundat repetitionibus ut haud sciam an non audacius fecerit Scaliger qui cum eo coniunxerit uersus *Sed nunc id doleo —fama loquetur anus* qui nihil habent repetitum. 1 *Frustra*, 2 *frustra*, 4 *eripuisti*, 5 *Eripuisti*, 5 *heu heu nostrae*, 6 *heu heu nostrae*. Coniunxi tamen ut melius sic positos quam in ullo loco ex aliis quo tralati sunt. In codicibus secuntur LXXVIII. 6 eoque nuper a Westphalio sunt reuocati. Sed a tertia persona quae in unoquoque disticho legitur 1 *Gallus habet fratres*, 3 *Gallus homo est bellus*, 5 *Gallus homo est stultus* nimis abrupte transitur ad secundam *Sed nunc id doleo quod purae pura puellae Sauia comminxit spurca saliua tua*. Nec bene post LXXXVIII. 8 collocantur: totius enim epigrammatis perit acumen nisi in ultimo uersu legatur id quod ultimum est *Non si demisso se ipse uoret capite;* quod idem cadit in XCVIII. 6 quem uersum aliquando putaram cum his coniungendum esse. Post XCI. 10 eos posuit Conradinus de Allio; non male, sed ne hic quidem satis probabiliter, me iudice. Carmen enim si de eodem Gellio est cuius labra spurcissima iam in c. LXXX notata sunt, melius finem capit in disticho suo

Tu satis id duxti; tantum tibi gaudium in omni
Culpa est in quacunque est aliquid sceleris.

quod ut uersibus XCV. 9, 10, ita quodammodo simile est illis quibus LXXXVIII clausit, et quibus LXXXIX. Restat ut aut post LXXVII. 6 scriptum sit, aut fragmentum sit epigrammatis cuius cetera perierint: sic enim opinatus est Bergkius nec omnino abnuit Westphalius, quanquam uterque etiam alium locum assignarunt uersibus, hic ubi leguntur in codicibus, Bergkius post LXXXVIII. 8. Illam Bergkii nuper autem Behrensii sententiam ut fragmentum sint hoc ueri duco similiorem quod repetita in LXXVII. 5, 6 *heu heu nostrae* carmen optime claudunt, praecipue si recte scriptum est in codicibus *nostrae* pectus *amicitiae*. Cf. CIX. 6.

(5) Epigrammata 12 uersuum.

Exempla sunt LXXXIV XCVII. Et LXXXIV quidem sic distributum est 6, 6 ita tamen ut duo primi uersus duobus respondeant postremis. XCVII in tres strophas 4 uersuum; quarum quae prima est eandem rem bis ponit quam semel tertia (2 *culum*, 4 *culus*, 12 *culum*).

Ventum est ad carmina quae LXI praecedunt. Haec, cum aut lyrica sint aut lyricum aliquid prae se ferant, iam in quattuor genera descripsi (1) Quae summam sententiae in medio ponunt, ceteras partes utrinque certo collocant ordine (2) Quae ipsi carmini aequabiliter distributo uersus aliquos tanquam prooemium adnectunt (3) Quae post finem carminis tanquam epodon (4) Cetera.

I.

c. VI VIII XIV XXV XLIV XLVI.

Carminis VI medium locum tenent 7 uersus, quibus adnectuntur utrinque 5. Hi uersus in 32, 23 scinduntur. Itaque σχῆμα facio 32 . 7 . 23 quod idem fecit Frankius, cuius uerba libet proferre. 'Qui uice prooemii funguntur tres primi uersiculi numero nec non 'sententia similes habentur eis quibus carmen concluditur: cf. 2 sq. '*Ni sint inlepidae atque inelegantes Velles dicere:* u. 15 sq. *Quare quid-'quid habes boni malique, Dic nobis.* Vndecim uero phalaecii ab illis 'membris circumclusi (4–14) ordinati ita sunt ut duo primi (4 sq.) 'respondendi rationem cum extremis duobus (13 sq.) ineant (cf.

'u. 4) *nescio quid febriculosi Scorti diligis;* u. 14 *Nei tu quid facias* '*ineptiarum.*'

C. VIII Ribbeckius sic ordinat.

	Stroph.	Antistr.	Stroph.	Antistr.	
1–2	3–5	6–8	9–11	12–14	15–19

ut duas contineat strophas, duas antistrophos, trium quamque uersuum; prioris autem strophae primus uersus sit *Fulsere quondam candidi tibi soles* ultimus antistrophi *Fulsere uere candidi tibi soles;* alterius strophae finis sit *Sed obstinata mente perfer, obdura,* initium antistrophi *Vale puella, iam Catullus obdurat.* Sed non satis sic respondet prior pars carminis posteriori; illa enim duos uersus habet (1–2) a ceteris disiunctos, haec quinque (15–19) et hos non per 32 diuisos sed per 41. Aliter Richterus in 2 33333 2. Sed quis concedat *Quem nunc amabis? cuius esse diceris?* a sequente uersu *Quem basiabis? cui labella mordebis?* seiungi potuisse a Catullo? Sed tamen illud quod utriusque commune est ut primae tres partes in 2 3 3 distribuantur id nec mihi nec Frankio nec cuiquam spero fore dubium qui carminis iuncturam attentius inspexerit. Sed quam rationem secutus est Catullus in prioribus stropha et antistropho, ut quae uerba in primo uersu strophae posuit ex iis aliquod repetat in ultimo uersu antistrophi, hanc etiam in posterioribus secutum crediderim. Quod non cadit in uu. 11, 12 cum 11 tertius sit strophae, 12 primus antistrophi, cadit in 14, 19 qui utrique incipiunt *At tu.* Itaque 14 primum uersum strophae, 19 ultimum facio antistrophi. Stropham ut priorem, sic nouam duo praecedunt uersus; restant tres qui quasi quandam mesodon faciunt

Nunc iam illa non uult: tu quoque impotens noli
Nec quae fugit sectare, nec miser uiue,
Sed obstinata mente perfer, obdura.

quos bene cum LXXVI. 11–16 conpares qui et ipsi omphalos sunt carminis

Quin tu animo offirmas atque istinc te ipse reducis?
Et deis inuitis desinis esse miser?
Difficile est longum subito deponere amorem.
Difficile est, uerum hoc qua lubet efficias.
Vna salus haec est, hoc est tibi peruincendum,
Hoc facias, siue id non pote siue pote.

Duas partes ante Mesodon quanta diligentia adsimilarit iis quae

eam secuntur, ex comparatis apparet utrisque. In 1–2 Catullus amori ualedicit; in 12, 13 Lesbiae (*Vale puella*); in 3–8 reminiscitur uoluptatis cum Lesbia actae; in 14–19 uenturum dolorem eidem uaticinatur. Itaque totius carminis σχῆμα ut a me et Frankio singillatim constitutum est, huiusmodi erit 2 33 . 3. 2 33.

C. XIV Frankius sic describit 3 + 8 48. Quod ideo non probarim, quia nec primi tres uersus ullo modo separantur a sequentibus, et melius epodon facerent tres ultimi. Quanquam ne hoc quidem admitto. Est enim carmen ex iis quae in medio habent rem primariam: quem locum hic tenet *Di magni horribilem et sacrum libellum*, uersibus undenis utrinque collocatis. Priores cadunt in 344, posteriores aut in 353 aut quod magis probo 443. Amat enim Catullus nouas περικοπὰς a uocabulo *Nam* incipere, ut VI. 6, XII. 14, XIII. 11, XVI. 5, XXXV. 5, XXXVI. 3, XLIV. 10, LXIV. 76, 105, 177, 366, LXVIII. (51) (89) (119), LXXVI. 7, XCVII. 5, XCIX. 7. Itaque uersum *Non non hoc tibi salse sic abibit* quartum facio περικοπῆς Bβ. Certe singularum περικοπῶν mira sic efficitur responsio, cum Aα = Bα, Aβ = Bβ, Aγ = Bγ, nec numero solum sed etiam re concinentium.

C. XXV in medio habet furtum Thalli (6–8); hos praecedunt 3 uersus in quibus cinaedus, 2 in quibus fur dicitur conparatione a procella ducta; tum post tres ἐν μέσῳ secuntur (9–11) minitantes supplicium, 2 (12, 13) conparatione a naui ducta. Nihil hoc carmine concinnius si partium respexeris aequabilitatem; σχῆμα est 3 2 . 3 . 3 2. Et sic Frankius nisi quod 5 quod utrinque stat non iterum in 32 resoluit.

C. XLIV miro et quasi praepostero artificio ita conposuit Catullus ut numeri eidem essent a fine regredientibus ad initium qui fuerant ab initio progredientibus ad finem. Medium tenent 3 uersus, quibus narratur id quod praecipuum est carminis, Catullum Sesti orationem legisse. Tussim et grauedinem hinc ortas 5 uersibus praecedentibus dicit; harum remedium sequentibus quinque; carmen ut incipiunt quattuor, sic quattuor claudunt. Σχῆμα igitur hoc est 45354. Et sic Frankius.

Carminis XLVI simplex conformatio 3 5 3. Medios 5 uersus sic diuidit 212

Linquantur Phrygii, Catulle, campi
Nicaeaeque ager uber aestuosae.
  Ad claras Asiae uolemus urbes.
Iam mens praetrepidans auet uagari,
Iam laeti studio pedes uigescunt.

II.

Prooemium in uno c. X inuenitur. Faciunt id primi quattuor uersus. Ceteri in tres partes, primam (A) nouem uersuum, secundam (B) decem, tertiam (Γ) undecim scinduntur. Harum περικοπαὶ ex sensu cum fine uersuum terminato plerumque colliguntur. Interdum tamen sunt etiam ubi non est plena interpunctio, inprimis ante orationem. Iam in A plena fit post quartum uersum interpunctio; in B post septimum; in Γ etiam post septimum. Hinc

A = 4, 5
B = 7, 3
Γ = 7, 4

Sed in B, Γ septem uersus in 4, 3 cadunt cum quintus uersus orationem inducat '*Non*' *inquam* '*mihi tam fuit maligne*' (18). *Istud quod modo dixeram me habere* (28). Vnde, cum B=433, Γ=434, non iniuria mihi uideor A in 432 diuisisse; nam post septimum uersum etsi non noua sententia noua tamen clausula infertur, *Praesertim quibus esset irrumator.* Σχῆμα igitur hoc est 4 + 9 (432) 10 (433) 11 (434).

III.

IV V XXII XXIII XXIX XLV.

C. IV de Phasello inter clarissima exempla συμμετρίας habeo. Nam non solum duobus dimidiis constat paribus, sed his sic diuisis ut singulis περικοπαῖς alterae respondeant et eodem loco positae et pari numero uersuum. Dimidia ex duodenis sunt, quorum posterius a priori separatur conuersione a Phasello facta ad locos ubi quondam fuerat *Amastri Pontica et Cytore buxifer* (u. 13). Post u. 24 additi sunt uersus tres, qui tanquam appendicem faciunt carminis.

Sed haec prius fuere; nunc recondita
Senet quiete, seque dedicat tibi
Gemelle Castor et gemelle Castoris.

Vtrunque dimidium distribuitur in 543 (α β γ). In α Phasellus bis inducitur de se loquens; in A α quod celerrimus fuerit, in B α quod antea steterit in Cytoro: praeterea haec in A α, B α communia; *ait* (u. 15); superlatiui *celerrimus* (2), *cognitissima* (14), geminata *siue, siue* (4, 5), *tuo, tuo* (16, 17). In β transitus fit per *Et* ad itinera quae cum

Catullo Phasellus fecerit. A β locos recenset B β per quot freta quo caelo; denique A γ natalem locum Cytorum commemorat, B γ Benacum, ultimum secessum. Vidit hanc συμμετρίαν scriptor parodiae, eamque ita seruauit ut pro duodenis uersibus undenos in utraque parte collocaret, partes non ut Catullus aequaliter diuideret, sed priorem per 524, alteram per 533. Carmen integrum subicio.

A α Sabinus ille quem uidetis, hospites,
Ait fuisse mulio celerrimus,
Neque ullius natantis impetum cisi
Nequisse praeterire, siue Mantuam
Opus foret uolare siue Brixiam.

β Neque hoc negat Tryphonis aemuli domum
Negare nobilem, insulamue Caeruli,

γ Vbi iste post Sabinus, ante Quinctio
Bidente dicit attotonse forcipe
Comata colla, nequa sordidum iugo
Premente dura uolnus ederet iuba.

B α Cremona frigida et lutosa Gallia
Tibi haec fuisse et esse cognitissima
Ait Sabinus: ultima ex origine
Tua stetisse dicit in uoragine
Tua in palude deposisse sarcinas;

β Et inde tot per orbitosa milia
Iugum tulisse, laeua siue dextera
Strigare mula, siue utrinque coeperat.

γ Neque ulla uota semitalibus deis
Sibi esse facta, praeter hoc nouissimum,
Paterna lora, proximumque pectinem.

Sed haec prius fuere; nunc recondita
Sedetque sede, seque dedicat tibi
Gemelle Castor et gemelle Castoris.

Obiecit mihi Conington quod quae pausa rhythmi est in Phaselli uersibus 11 *Comata silua; nam Cytorio in iugo* 15 *Ait phasellus; ultima ex origine* huic nihil simile in antistropho inferatur; tum post u. 9 non abrumpi orationem, interrumpi post 21; hinc reliquum strophae cum antistropho concentum fortuito accidisse. Hic non queror quod

minutiorem quaerat concentum; tota enim res uersatur in minutis; sed dum singulorum uersuum inter se quaerit conuenientiam, non debuit praetermittere partium; nec si uersuum caesuram in περικοπαῖς non semper respondere intellegas, idcirco ne esse quidem περικοπὰς collegeris. Quis est enim qui non consulto id factum existumet quod in duas pares partes et Epodon diuiditur carmen? Sed ut existumarit, perlecta Parodia existumabit? Quod si maiorem partitionem dederis, cur neges minorem? Sed dixerit: 'non nego: sed non 'eadem est in utraque parte diuisio. Nam stropha in 5, 7, anti'strophos in 9, 3 distinguitur. Non enim in stropha nisi post 5, in 'antistropho post 9 plena cadit interpunctio.' Sed quis docuit diuisionem ibi tantum fieri ubi oratio prorsus interrumpatur? Videndum an non idem Catullus in minore partitione admiserit quod etiam in maiore, dico in Strophas Antistrophos Epodos, admiserunt Pindarus Theocritus alii. 'Sed quomodo nosces?' Conparatis inter se Stropha et Antistropho. Si enim Stropha per 5, 7 Antistrophos per 9, 3 diuiditur, unus numerus qui utriusque communis sit elicitur 4; unde Stropha aut per 5 43 aut 5 3 4, Antistrophos aut per 543 aut 453 distribuenda est. Diuidi autem antistrophon per 543 colligitur ex transitu *Et inde* (18); nam si post quartum uersum diuidas, separes quae coniunguntur *Tuo stetisse dicit in cacumine Tuo imbuisse palmulas in aequore*. Iam si Antistrophi numeri sunt 543, uerisimile est Stropham, quam in 5, 7 iam uidimus discedere, rursus in 543 scindi. Et scinditur; nam post commemoratos locos quos Phasellus uiserat, non inscite ab ultimo horum Ponto transitur ad Phaselli natalem domum Cytorum hoc uersu *Vbi iste post phasellus antea fuit Comata silua*. Totius igitur σχῆμα hoc est 12 (543) 12 (543)+3. (Cf. Frank. pp. 8, 9[1]).

C. V Primus Maurerus (Mus. Rhen. XIV. 322) in quattuor strophas descripsit trinorum uersuum. Hoc ut faceret, postremos duos omisit, unum ipse interpolauit. De uu. 1–9 Maurerum uerum uidisse cum Ribbeckio Richtero Frankio largior; in ceteris nec hunc probo nec Ribbeckium Richterumque qui sublato u. 13 quartam stropham et ipsi trinorum faciunt. Nam (1) in u. 12 *Et ne quis malus inuidere possit* nimis abrupte clauditur carmen, (2) pro u. 13 stat imitator in

[1] Non me fallit Westphalium (p. 272) nihil huiusmodi in Phasello ponere, quod Archilochus, quem in iambis Catullum imitari existumat, strophas quidem in iambis suis fecerit sed simpliciores, et quas ne Alcaei quidem nec Sapphus strophis ἰσομέτροις contuleris nedum Catullo. Sed cum ex Archilochi iambis tantummodo supersint fragmenta, Catullus autem etiam alios potuerit imitari, nihil hinc certi conclusum arbitror. Et c. XXIX Catulli ipse Westphalius in quinque strophas redegit quinorum uersuum.

Priapiis (LII. 12) *Cum tantum sciet esse mentularum.* Hinc postremos 4 uersus Epodon cum Frankio facio.

C. XXII Frankius sic distribuit 11 (353) 10. In quo uerum uidit sed non omnino. Felicius mihi rem puto euenisse, conparatis inter se XXII, XXIII. Nam XXII. 18–21, cum praecedentia quasi explicent et interpretentur, quasi Epodi loco uidentur subiungi: ceteros uersus non potes aliter diuidere atque a Frankio sunt diuisi 35, 36. Simile est σχῆμα carminis XXIII. Primum distinguitur post 6, deinde post 11 (Aα Aβ). In 12 *Atqui corpora sicciora cornu* noua infertur partitio duodecim uersuum, qui rursus in 6, 6 scinduntur (Bα Bβ). His subnectuntur quattuor uersus (24–27 [1]). Itaque haec duo carmina artissimo inter se uinculo consensionis copulantur; nam

XXII hoc habet σχῆμα 8 (35) 9 (36) + 4,
XXIII hoc 11 (65) 12 (66) + 4.

C. XXIX uarie tentarunt Mommsenus Ribbeckius Schwabius. Mommsenus (Hist. Rom. III. 318) postremos quattuor uersus post u. 10 posuit, quem secutus est Schwabius sed ut duos tantum (23, 24) transponeret. Ribbeckius hunc ordinem facit (Iahn. Ann. LXXXV. 377)

10 *Es impudicus et uorax et aleo.*
11 *Eone nomine, imperator unice,*
12 *Fuisti in ultima occidentis insula,*
23 *Eone nomine urbis opulentissimae*
24 *Socer generque perdidistis omnia,*
13 *Vt ista uostra diffututa mentula*
14 *Ducenties comesset aut trecenties?*
15 *Quid est alit sinistra liberalitas?*
21 *Quid hunc malum fouetis aut quid hic potest*
22 *Nisi uncta deuorare patrimonia?*
16 *Parum expatrauit an parum helluatus est?*
17 *Paterna prima lancinata sunt bona:*
18 *Secunda praeda Pontica, inde tertia*
19 *Hibera, quam scit amnis aurifer Tagus.*
20 †*Hunc Galliae timet et Britanniae.*

Harum mutationum duae fere sunt causae. (1) Si uersus 24 *Socer generque perdidistis omnia* praecedit 13, *uostra* habet quo referatur.

[1] Frankius c. XXIII sic ordinat 4 . 2 : 8 ; 1 : 8 . 4, ut 1–4 prooemium sint 24–27 clausula, 5–6 per se stent, 15 transitum faciat a Furi parentibus ad ipsum Furium. Sed non bene a 1–4 seiunguntur 5–6, nec satis subest causae cur 15 *Quare non tibi sit bene ac beate?* sic nude legatur.

Nunc ad unum Caesarem referri uidetur. (2) Coniunguntur duo disticha, quae utraque incipiunt a uerbis *Eone nomine*. Sed (1) non praecedente tantum u. 23 recte sequitur *uostra*. Potest enim aut cum Caesare ad Caesarianos aut per anticipatiönem ad Caesarem et Pompeium referri[1]. (2) Disticha illa etiamsi non continua leguntur, habent tamen uim suam. Quod enim alterius strophae initio indignabundus quaerit poeta, idem quaerit in fine alterius. Quae alia attulit Schwabius, ut uu. 23, 24 ideo non posse carmen claudere quod nihil de Mamurrae profusis diuitiis dicant, eosdem uersus propter geminata uerba *Eone nomine* facile potuisse a loco suo moueri, non multum ualere censeo, cum in uniuersum periculosa res sit uersuum transmutatio, hic autem nulla eius uestigia appareant.

Non quo nihil transpositum sit in codicibus Catulli; sed ex locis ubi hoc factum est plerique aut repetunt uersus, aut ut manifestum uitium, ita causam uitii manifestam habent. Et repetuntur quidem L. 16, 17 post LIV. 1, LXVII. 21 post LXIV. 386, LXVIII. 16 post LXVIII. (49), LXI. 65 post LXI. 49; alieno loco leguntur LV. 15–24 qui in codicibus secuntur LVIII. 5, LXI. (189)–(193), (194)–(198) qui praeposterum ibi ordinem tenent, LXXXIV. 3, 4 qui secuntur LXXXIV. 10. De repetitis uersibus non est quod dicam; ex uersibus qui in alienam sedem migrarunt, LXXXIV. 3, 4 non possunt scribi nisi post LXXXIV. 10 nec LXI. (189)–(193), (194)–(198) nisi inuerso ordine; LV. 15–24 possunt ii quidem uel post LV. 13 uel post 14 transponi; transpositos fuisse nemo est qui infitietur. Quod non cadit ex aequo nec in LXI. (80), nec in LXXXVII + LXXV nec in LXXVII. 7–10; nam LXI. (80) non credo motum fuisse; de LXXXVII + LXXV, LXXVII. 7–10 Bergkius Rossbachius Westphalius alii dubitant. Qui si in locis dubitant ubi multa indicia extant turbati ordinis, multo magis, ut opinor, ubi nulla. Nam in XXIX (1) quod parum est, omnes codices eundem ordinem seruant (2) amat Catullus carmina fortiter et quasi cum inpetu deponere; quod si unquam fecit, fecit his iambis quibus, ut a Suetonio edocemur, perpetua stigmata sibi imposita fuisse Caesar non dissimulauit. Quis est autem qui conparatis inter se his uersibus †*Hunc Galliae timet et Britanniae, Nisi uncta deuorare patrimonia, Socer generque perdidistis omnia*, non hoc illis ut amarius ac uirilius praeferat? Adde quod idem hic uersus aliud carmen claudit (Catal. III.

[1] Cf. LXIV. 160 *Attamen in uestras potuisti ducere sedes*, h. e. Thesei et patris. XXXIX. 20 *Vt quo iste uester expolitior dens est*. LXVIII. (151) *Ne uestrum scabra tangat robigine nomen*, LXXI. 3, LXXXIX. 5. (Vide *Schwab. Quaest. Catull.* p. 155).

5, 6) *Vt iste uersus usque quaque pertinet Gener socerque perdidistis omnia*, unde notum fuisse colligas; notior autem futurus erat si in fine carminis legeretur. Itaque omissa hac cura, uideamus quam partitionem patiatur carmen ut a codicibus accepimus. Videmus autem repeti haec *impudicus et uorax et aleo* (2, 10), *Cinaede Romule haec uidebis et feres* (5, 9), *Eone nomine* (11, 22). Ex his *Eone nomine* nouam partitionem uidetur inducere, idque conuenit in u. 10 *Es impudicus et uorax et aleo*, quo post tot interrogationes satis animose ipse sibi respondet poeta. Est igitur ultimus strophae hic uersus 10. Hunc praecedit *Cinaede Romule haec uidebis et feres?* quem antea in u. 5 posuerat. Iam hi uersus (dico 5, 9) repetunturne in eadem stropha an alter in altera? Distinctiones sequimur; sunt autem in 1–10 hae 4, 1, 3, 1, 1, in 11–20 hae 41, 131. Sunt igitur quattuor περικοπαὶ quaternorum uersuum quibus subicitur unus (4 + 1, 4 + 1, 4 + 1, 4 + 1), et hanc normam nobilissimi carminis facio, ut uersus ille *Cinaede Romule haec uidebis et feres?* primae strophae ultimus sit, quartus secundae. Post u. 20 sequitur demum ad Pompeium Caesaremque conuersio, ut ex plurali *fouetis* intellegitur; hanc quattuor uersibus inclusit, quo numero sed adiecto uno uersu ceteras strophas complexus est. Itaque totum sic diuido 4 + 1 4 + 1, 4 + 1 4 + 1, + 4. Quod σχῆμα sic ut a me repertum est, idem placuerat Richtero Westphalioque; quanquam uterque eo potius uidetur propendere ut existumet uersum post 22 periisse; quo facto totum ex quinque strophis constare quinorum (Westph. p. 272). Frankius rem reliquit incertam.

Venio ad illud quod unum est ἐπῳδικὸν proprie, XLV. Hoc Ribbeckius sic ordinauit.

7 · 2 · 7 · 2   2 · 2 · 2 · 2

priorem enim stropham Septimii amorem, alteram Acmes depingere, utrique subnexis tanquam ἐφυμνίῳ duobus uersibus, quibus Amoris omen fauentis significetur; qui autem sequantur uersus, horum primo ac quarto disticho amborum amantium felicitatem; secundo singillatim Septimii, tertio Acmes describi. Id Ribbeckium uere perspexisse nec Richterus nec Frankius nec Westphalius[1] dubitauit, nec quenquam credo dubitaturum qui carmen attentius inspexerit: illud nescio an iure fecerim ut priorem stropham iterum in 232 + 2, alteram in 322 + 2 diuiderem.

[1] Dubitat tamen Westphalius postremi octo uersus 19–26 Epodon faciant, an uersus exciderit, quo tertia efficeretur stropha nouem uersuum (pp. 231, 2).

Hactenus de tribus generibus carminum. Ceterorum haec sunt genera.

A. Aequalium

(1) Carmina paribus semper strophis, h. e. eundem numerum uersuum habentibus VII XXX XXXIII XL XLI XLVIII.

(2) Carmina duarum stropharum parium sed non eodem semper modo diuisarum in περικοπὰς XVII XXXVI XXXVII XLII.

(3) Carmina trium stropharum parium sed non eodem semper modo diuisarum in περικοπὰς XXVIII XXXV.

B. Aequabilium, h. e. ratam proportionem habentium.

α. (1) Carmina, ubi primus numerus respondet secundo, tertius quarto. I II XIII XVI XXIV.

(2) Vbi primus numerus respondet tertio, secundus quarto. IV IX XII XV XXI XXXI LVII.

β. Carmina in tres partes diuisa, quarum

(3) prima respondet tertiae XXXII XXXVIII XLVI LII.

(4) prima respondet secundae XXVII XXXIX XLV XLVII LVI.

(5) secunda respondet tertiae XLIX.

(6) Singulae ita se gradatim excipiunt ut numeri uel rata quadam proportione crescant uel minuantur L LV.

γ. Cetera. XI XXVI XXXIV XLIII LI LIII LVIII LIX LX.

A. 1. Carmina paribus semper strophis.

C. VII in sex strophas cadit binorum uersuum (2 × 6). Simile est Priap. XXXII *Vuis aridior puella passis Buxo pallidior nouaque cera,* quod septem strophas habet binorum (2 × 7).

De c. XXX dixi iam ad locum. Ex hoc, nondum lectis quae de eo scripserant Anglus in Ephem. Class. IV. 297, XV. 107, Lachmannus in Bergkii et Caesaris Diar. Antiq. 1845, p. 492, putaram unum uersum post 3 excidisse; id si uere tum suspicatus sum,—(et potui, nam Theocriti Ἠλακάτη quod eodem metro scriptum est, non potest κατὰ δύο distribui, est enim 25 uersuum)—carminis duae sunt partes, senorum utraeque, quibus interpositus est unus ἐν μέσῳ

Eheu quid faciant, dice, homines cuiue habeant fidem?

Nunc cum Lachmanno et Westphalio (p. 271) Sappho uel Alcaeum Catullum hic imitatum arbitror. Itaque κατὰ δύο distribui, sed ita,

ut relicto post 3 duorum spatio, totum ex quattuordecim uersibus constare faciam.

C. XXXIII XL XLI hoc habent commune, quod omnia sunt octo uersuum. Sed XXXIII in 4, 4 distributum est; XL XLI non solum in 4, 4 sed iterum in 22, 22 scinduntur, id enim in XLI Catullum uoluisse acute perspexit Ribbeckius, cum idem uocabulum *puella* alternis uersibus 1 3 5 7 scripserit, bis post quartam syllabam (1, 7) bis post sextam (3, 5).


Ameana puella *defututa*
Tota milia me decem poposcit,
Ista turpiculo puella *naso,*
Decoctoris amica Formiani.
Propinqui, quibus est puella *curae,*
Amicos medicosque conuocate.
Non est sana puella, *nec rogare*
Qualis sit solet aes imaginosum.

C. XLVIII quod ad Iuuentium scripsit Catullus sponte in duas strophas trinorum scinditur (3 × 2).

A. II.

XVII XXXVI XXXVII XLII.

Haec omnia illud habent commune quod omnia in medio scinduntur, XVII in 13 × 2, XXXVI XXXVII utraque in 10 × 2, XLII in 12 × 2. In XVII A (1–13) Catullus orat Coloniam, ut, si uelit ponte nouo uti, municipem quendam suum in imam lacus uoraginem demergat utpote stolidissimum. B (14–26) stultitiam describit. Homo supinus puellam delicatam quae sibi nupsit, neglegit, nihil uidet, nihil audit. Rursus A in 76, itemque B diuiditur; A uersu quo transitus fit a Colonia ad Catulli uotum, B uersu 21 *Talis iste meus stupor nil uidet nihil audit.* Sed ne sic quidem omnia explicantur. Nam priores utriusque strophae περικοπαὶ (Aa Ba) in 4 2 1 discedunt (Aa Aa″ Aa‴ Ba Ba″ Ba‴) quae sibi inuicem et eodem respondent ordine. Alteras περικοπὰς senorum uersuum haud scio an non temere in 4, 2 olim diuiserim: melius fortasse priorem in 42, posteriorem in 2, 4 distribueris. Nam ut Frankius uidit, a uersu 23 *Nunc cum uolo de tuo ponte mittere pronum* uidetur noua inferri sententia. Itaque totum σχῆμα hoc est[1]



[1] Aliter Frankius qui sic describit 7 | 4 . 11 . 4.

C. XXXVI XXXVII mire inter se conueniunt: nam ut in 10 x 2 utrunque, ita singuli deni per hos numeros 2, 3 sed uarie ordinatos digeruntur. In XXXVI. 11 transitum faciunt uerba *Nunc o caeruleo creata ponto*, in XXXVII. 11 *Puella nam mi quae meo sinu fugit.* Iam XXXVI A in

2 33 2

discedit, pariterque XXXVII A, quanquam interpunctione dissimili; hoc enim sic se habet 23, 32; illud sic 2, 33, 2. XXXVI B aut in 3223 aut in 2323 scinditur. Versus sunt

Nunc o caeruleo creata ponto,
Quae sanctum Idalium Vriosque apertos,
Quaeque Ancona Cnidumque harundinosam
Colis, quaeque Amathunta, quaeque Golgos,
Quaeque Durrachium Adriae tabernam,

Possis aut post *apertos* incidere aut post *harundinosam.* Hoc in Horatio probaturus eram; illud in Catullo praetuli, ut simplicius (artificium enim sapit illud Horatianum ut nouam stropham uersus inducat cuius post primum uocabulum interpungitur) et quia Catullus carmina nisi interpunctio in fine uersus quamuis leuis fuerit, non solet incidere. Ea quam leui utatur, ex XXXVII. 11–20 intellegitur. Hi enim uersus in 3322 discedunt, quorum numerorum post secundum et quartum tantummodo plena fit distinctio. Quanquam non nego rarius Catullum nisi in fine uersus sententiam claudere: rarius igitur περικοπῆς finem a fine disiungere sententiae. In XXXVII. 18 non est quod multum haereas; sequitur enim uocatiuus *Egnati*, qui cum emphasin quandam prae se ferat, in initio nouae περικοπῆς recte positus est. Iam σχήματα carminum sunt

XXXVI	A 2332	B 2323.
XXXVII	A 2332	B 3322.

C. XLII Richterus Frankius Westphalius pro se quisque diuiserunt. Et Frankius quidem prooemium in eo discernit et tres quasi actus quorum cuiusque finem intercalares uersus 11, 19, 24 indicant

23 | 133; 233; 13

In quo a uero mihi uidetur abhorrere quod 6 *Persequamur eam et reflagitemus* cum prioribus non coniungit, iungit cum eo qui melius nouam περικοπὴν incipit 7 *Quae sit quaeritis. Illa quam uidetis.* Quare Richteri Westphaliique praefero opinionem totum carmen in duas partes 1–12, 12–24 diuidentium, alteram clausam uersu *Redde, putida*

moecha, codicillos, alteram sic *Pudica et proba redde codicillos.* Sed non assentior Richtero has rursus sic describenti A 2343 B 2343. Id enim iure fecit in A, non idem in B, cum sic *Redde putida moecha codicillos* (20) non claudat περικοπὴν sed sequentem habeat unum uersum a quo noua manifeste incipit *Sed nil proficimus, nihil mouetur.* Itaque cum Westphalio potius in utraque parte duas strophas facio, sed aliter; cum enim ἐπίφθεγμα illud *redde codicillos* in fine strophae semper requirat, uu. 16, 17 a loco suo motos posuit post 21, *Quod* (16) in *Quo* mutauit. Quod fecit ille quidem συμμέτρως, sed ut mihi uidetur non magis necessario quam si carminis XXIX uersum illum qui bis legitur (5, 9) ad 10 transposuisset, ut strophae concinniores efficerentur. Cf. quae dixi de LXII. (66)., Itaque seruato ordine quem tenent codices, carminis σχῆμα hoc facio

A 24 42 B 24 24.

A. III.

Huius generis duo sunt carmina XXVIII XXXV utraque lucidissimis notis signata συμμετρίας. Habent enim ambo tres strophas XXVIII quinorum, XXXV senorum uersuum. Carminis XXVIII strophae altera ac tertia in 3, 2 discedunt, conuersione repente post tertium uersum facta, *O Memmi bene me ac diu supinum* (9), *At uobis mala multa di deaeque* (14). Quod cadit etiam in primam stropham. Nam cum uersibus 1–3 Pisonis comites allocutus est, eosdem uersu 4 *Quid rerum geritis?* interrogat, unde satis post 3 distinctum credo, ut ibi incidatur. Non minus carminis XXXV in minores partes discedunt strophae; priores duae in 4, 2; tertia in 33. Σχήματα sunt haec

XXVIII 32, 32, 32 (555 Richterus)
XXXV 42, 42, 33 (sic Frankius; Richterus non multum aliter 6 . 6 . 3 . 3 .)

B. Aequabilium.

a. 1 ubi primus numerus respondet secundo, tertius quarto. I II XVI XXIV. Carmen I sic distributum est in partes 2, 5, 3; ex quibus 5 rursus in 2, 3 cadit. Qua in re eandem normam Catullus secutus est quam in carmine Parcarum LXIV. 323–381, ut esset quidem partibus sua aequabilitas, neque ea tamen iisdem finibus quibus res de qua sermo esset includeretur.

C. II huc sed dubitanter rettuli, corruptis quae 8 secuntur, 11–13 autem multorum iudicio cum reliquo poemate male cohaerentibus.

Nam Rossbachius eos fragmentum existumat amissi carminis; Pleitnerus Klotzius Schwabius Behrensius cum tribus uersibus qui in fine XIV leguntur conectunt hoc modo

Si qui forte mearum ineptiarum
Lectores eritis, manusque uestras
Non horrebitis admouere nobis,
Tam gratum est mihi quam ferunt puellae
Pernici aureolum fuisse malum
Quod zonam soluit diu ligatam.

Ingeniose ii quidem, cum facete ut uirgini ita libris uis illata dicatur. Sed (1) nolim uersus a loco satis apto ad alium etiam aptiorem transferre; (2) aut imperfectum est c. II aut praeter morem suum id clausit Catullus si nihil post u. 10 secutum est. Nam post deductum per octo uersus exordium exile quiddam sonant isti duo uersiculi

Tecum ludere sicut ipsa possem
Et tristis animi leuare curas!

(3) Versus 11–13 non inepte in loco suo teneas, si uel *est*[1] omittas cum Coningtone in 11, ut sententiam faciant priori adpositam, uel, quod magis probo, nonnulla credas inter 10, 11, excidisse. Vnius uersus spatium indicaui, nec ad sensum loci plura deesse arbitror. Suppleto enim uersu qui fortasse initium duxit a uerbis *Tecum ludere*, conparatio habet uim suam 'nihil est mihi iucundius quam cum 'passere ludere Lesbiae; neque enim gratiora Atalantae poma erant 'propter quae fecit id quod noluit facere, uirgo esse desiit[2].' Sic

[1] Cf. LXVIII. (142) *Ingratum tremuli tolle parentis onus*, ubi codex *a* habet *Ingratum est*.

[2] Sententiam meam confirmat Theognidis locus quem Catullus fortasse imitatus est. 1283–1294

Ὦ παῖ, μή μ' ἀδίκει, ἔτι σοι καταθύμιος εἶναι
βούλομαι, εὐφροσύνῃ τοῦτο συνεὶς ἀγαθῇ·
οὐ γάρ τοί με δόλῳ παρελεύσεαι οὐδ' ἀπατήσεις·
νικήσας γὰρ ἔχεις τὸ πλέον ἐξοπίσω.
ἀλλά σ' ἐγὼ τρώσω φεύγοντά με, ὥς ποτέ φασιν
Ἰασίου κούρην, παρθένον Ἰασίην,
ὡραίην περ ἐοῦσαν, ἀναινομένην γάμον ἀνδρῶν
φεύγειν· ζωσαμένη δ' ἔργ' ἀτέλεστα τέλει,
πατρὸς νοσφισθεῖσα δόμων, ξανθὴ Ἀταλάντη·
ᾤχετο δ' ὑψηλὰς ἐς κορυφὰς ὀρέων,
φεύγουσ' ἱμερόεντα γάμον, χρυσῆς Ἀφροδίτης
δῶρα· τέλος δ' ἔγνω καὶ μάλ' ἀναινομένη.

Nam si tanto odio Atalantae erant nuptiae, quanti id futurum erat quod ut consequeretur, ne nuptias quidem dedignata est. Theognidem alias imitatus est Catullus ut in

carmen euadit 14 uersuum; quod aut ut feci in 44 33 (cf. XVI) diuiseris, aut si uersuum 11 neges a sequentibus seiungi potuisse, in 2 × 7, cf. VII.

C. XIII XXIV extra dubitationem pósita sunt. XIII enim cadit in 55 4, hi autem numeri rursus in 23 . 32 . 22 (sic Frankius p. 9). XXIV hoc habet σχῆμα 33, 22 (sic Frankius p. 61). XVI eodem modo distributum est quo I, numeri enim 44 33 inter se quidem pares sunt, sed secunda περικοπή sensu cum tertia cohaeret, in quarta reditus fit ad primam.

B. *a*. 2.

Vbi primus numerus respondet tertio, secundus quarto. III IX XII XV XXI XXXI LVII.

C. III Frankius sic disposuit 2 + 3 . 5 . 2 + 3 | 3. Sed (1) Interrumpitur oratio post 4, non post 5, cum aptius ad miserationem in fine περικοπῆς inferantur isti duo uersus 3, 4

Passer mortuus est meae puellae,
Passer deliciae meae puellae

a relatiuo autem melius incipiat tota passeris descriptio (5–10) *Quem plus illa oculis suis amabat—Ad solam dominam usque pipilabat.* (2) Non uideo cur u. 16 *Vae factum male! uae miselle passer!* a 13–15 absciderit, si quidem XXVII. 5 *At uos quo lubet hinc abite lymphae,* XXXVI 18 *At uos interea uenite in ignem* (cf. XIV. 21 *Vos hinc interea ualete abite* [1]) in initio περικοπῆς collocantur quorum uersuum non dissimilis est hic de quo dicimus 13, *At uobis male sit malae tenebrae.* Haec ego secutus uestigia post 4, tum post 12 incido. Postremi 6 uersus rursus in 3 × 2 scinduntur. Interpositi octo duas partes habent, priorem sex (3 × 2), alteram 2 uersuum. Sic 4 uersibus qui stropham praecedunt 2 respondent qui antistrophon. Σχῆμα autem hoc est

A. B. Γ. Δ.
4 33 2 33

LXXIII quod partim ad Theogn. 1263–6 partim ad 1309 et Sapph. fr. XII refertur, et XCIX. 3–6 ubi Theogn. 1299–1302 sed liberius expressit.

[1] Ne XXVIII. 14 quidem *At uobis mala multa di deaeque* pro Frankiana distributione stat carminis III. Nam hic uersus quanquam stropham non incipit, et respondentes sibi habet binos uersus stropharum primae ac secundae (A β, B β), et nullam post se sequentem περικοπήν.

Similis est c. IX conformatio, sed inuersa. Nam qui numerus medium locum tenet carminis, hic in fine geminatur. Constat duabus strophis quaternorum, quibus interpositus est quasi Omphalos uersus ille *Venisti. O mihi nuntii beati!* similis illi XIV. 12 *Di magni horribilem et sacrum libellum!* Huic respondent in fine duo, ut σχῆμα sit

4 1 4 2 (sic Frankius)

C. XII duo habet dimidia, 1–9 ubi de Asinio queritur quod sua furatus sit, 10–17 ubi poenam minitatur, addita causa poenae. Σχῆμα est 54, 44. Paulo aliter Frankius 3 : 2 + 4 . 2 . 2 + 4.

C. XV ad exemplum carminis IX fecit; constat duabus strophis quinorum, quibus interpositi tres respondentes sibi habent post secundam stropham sex, in 3 × 2 discedentes, ut strophae in 23. Σχῆμα igitur hoc est

5 (23) 3 5 (23) 6 (33) sic et Frankius (p. 49).

Vidimus carminum IX, XV secundam περικοπὴν in quarta geminatam, primam aequatam tertiae; contra in XXI secunda aequatur quartae, prima geminat tertiam. Inciditur post 6, 8, 11. Σχῆμα igitur facio

6 (33) 2 . 3 2. Paulo aliter Frankius (p. 13) 3 | 122–122.

LVII constat ex duobus dimidiis, utrisque in 23 cadentibus. Qui autem primus prioris est strophae, idem ultimus est posterioris, ut carmen ab eodem uersu incipiatur ac desinat *Pulcre conuenit improbis cinaedis.*

De carmine XXXI haereo. Vnum pro certo habeo, postremos tres uersus per se stare tanquam a ceteris disiunctos. Priores Frankius sic ordinat 38; in quo deesse reor aliquid quod aequalitati Catullianae satisfaciat. Possumus 8 uersus in 4 . 4 diuidere; quo facto similis euadit Prologo Persi. Sed Conington obicit uersum 7 *O quid solutis est beatius curis?* cum octauo *Cum mens onus reponit ac peregrino* artius cohaerere quam qui ab eo abscindatur; quod idem secuti alii sic diuidunt 33 44, alii 33 1 + 3 + 1 3. Prius non recte se habere iam dixi; nam uu. 12–14 per se stare hoc est quod unum est pro explorato. Carmen in 33 1 + 3 + 1 3 potuisse describi et ipse concesserim; sed rara apud Catullum huiusmodi descriptio. Itaque

aliam uiam sequor. Credo enim primam περικοπὴν post 4, non post 3 cadere, ut secunda sic procedat

> β *Vix mi ipse credens Thuniam atque Bithunos*
> *Liquisse campos et uidere te in tuto.*
> *O quid solutis est beatius curis?*

tertia sic incipiat

> γ *Cum mens onus reponit ac peregrino*

Ita quattuor περικοπαὶ hae sunt 43, 43 (αβγδ), singulae autem haec habent

(α) Laetatur Catullus quod Sirmionem iterum inuisat.

(β) Sed tantum laetatur ut sibi uix credat, felicitatem nactus omnium maximam, quod a curis solutus sit.

(γ) Nam post longos labores in domum redire hoc est beatissimum.

(δ) Itaque saluere iubet Sirmionem Benacum domum.

Sic quod in fine prioris partis ponit, ponit etiam in fine posterioris; respondentibus inter se 7 *O quid solutis est beatius curis?* 14 *Ridete quicquid est domi cachinnorum.* Quod nouam περικοπὴν a uocabulo *Cum* incipit, fecit idem II. 5 *Cum desiderio meo nitenti* IV. 10 *Vbi iste post phasellus antea fuit* nec multum distat id quod saepius usurpat, ut nouam περικοπὴν a relatiuo incipiat, cf. XVII. 14, XXV. 9, XXXVIII. 4, LXIV. 11, 31, 60, 278, LXVIII. (91), (105), III. 5, 11.

B. β. Carmina in tres partes diuisa.

B. β. 3 ubi prima respondet tertiae XXXII XXXVIII XLVI. XXXII XLVI utraque trinos uersus in initio, trinos in fine, in medio quinos habent. Mediae partis medius uersus rem habet primariam, XXXII. 6 *Neu tibi lubeat foras abire*, XLVI. 6 *Ad claras Asiae uolemus urbes.* Non dissimile est XXXVIII si integrum est; habet enim utrinque trinos, duos in medio. Σχήματα sunt

XXXII.	3 . 212 . 3	(3 . 5 . 3 Richterus et Frankius)
XLVI.	3 . 212 . 3	(3 . 5 . 3 . Frankius)
XXXVIII.	3 . 2 . 3	sic Richterus.

B. β. 4 ubi prima respondet secundae XXVII XXXIX XLVII LVI. XXVII XLVII LVI omnia in 223 discedunt. XXXIX bis incisum est post 8, 16. Habet igitur tres partes 885 (sic Frankius, p. 9). Ex his 5 in 32, partes octonariae post sextum uersum in 62 discedunt: prior autem rursus in 332, unde eandem sectionem posteriori tribuerim. Σχῆμα igitur est 332, 332, 32.

B. β. 5 ubi secunda pars respondet tertiae, unum habet C. XLIX quod sic diuisum est 322.

B. β. 6. L bis incisum est post 6, 13. Habet igitur partes tres (678), singulas uno uersu praecedente maiores. Has diuisurus eram in 24, 25, 26; sed quattuor postremi uersus cum manifestam περικοπὴν faciant, tertia pars habet hos numeros 4, 4. Regredientibus ad primam numeri sunt aut 2 5 aut 3 4. Hoc cum plerisque praetuli, ne coniuncto *Vt conuenerat esse delicatos* cum *Scribens uersiculos uterque nostrum*, nescio quid asperum nec Catullo conueniens saperet oratio. Habemus igitur A. 3, 3. B. 7. Γ. 4, 4. Vnde B in 4, 3 quae altera restat diuisio, non in 2, 5 merito mihi diuisisse uideor. Σχῆμα igitur est 33 · 43 · 44 · (33 · 7 · 44 Richterus.)

De LV minutius dixi in apparatu critico. Quae si uere disputauimus, σχῆμα est

14 (6 + 2 . 4 + 2)   10 (2 6 2)   8 (2 4 2).

Adieci tabulam σχημάτων qualia a Ribbeckio Richtero Pleitnero Maurero Vsenero Frankio me denique ipso descripta sunt.

	Ego	Frankius	
I.	2 . 23 . 3		
II.	44 33 (? 2 × 7)		
III.	4 · 3, 3 · 2 · 3, 3	2+3 · 5 · 2+3 | 3	
IV.	12 (543) 12 (543) + 3	12 12 + 3	Maur. Ribb. Richt.
V.	3 · 3 · 3+4	ut ego	3333
VI.	5 (32) 7 5 (23)	ut ego	
VII.	2 × 6	ut ego	Ribbeckius
VIII.	2 . 33 . 3 . 2 . 33	ut ego	2 · 33 · 33 · 5
IX.	4 . 1 . 4 . 2	ut ego	
X.	4+9(432) 10(433) 11(434)		
XII.	54, 44	3 : 2+4 . 2 . 2+4	
XIII.	5 (23) 5 (32) 4 (22)	554	
XIV.	11 (344) 1 11 (443)	7 . | 4 · 11 . 4	
XV.	5 (23) 3 5 (23) 33	5 · 3 · 5 · 6	
XVI.	4 · 43 · 3	112 . 7 . 21	
XVII.	13 (742) 13 (724)	7 | · 4 · 11 . 4	
XXI.	33 · 2 · 3 · 2	3 | 122 . 122	
XXII.	35, 36 + 4	11 (353) 10	
XXIII.	65, 66 + 4	4 . 2 : 8; 1 : 8 . 4	
XXIV.	33, 22	ut ego	
XXV.	5 (32) 3 5 (32)	5 3 5	
XXVII.	22, 3		
XXVIII.	5 (32) 5 (32) 5 (32)	ut ego et ante nos Richterus	

	Ego	Ribbeckius		Westphalius
XXIX.	55, 55 + 4	55 4 55		55, 55, 5
XXX.	2 × 7	2 × 6 sic Lachm.[2] Haupt. Schwab. Westphal.		
		4 × 3 Anglus in Ephem. Class. IV. 297. Lachm.[1]		
		Frankius		Amicus meus.
XXXI.	43, 43	383		33, 44
XXXII.	3 . 212 . 3	353 et sic iam ante Richterus.		
XXXIII.	4, 4	22, 4		
				Richterus.
XXXV.	6 (42) 6 (42) 6 (33)	ut ego		6 . 6 . 33
XXXVI.	2332, 2323	10, 10 et sic Ribbeckius.		
XXXVII.	2332, 3322	10, 10		
XXXVIII.	323 et sic Richterus.			
XXXIX.	332, 332, 32	885		
XL.	22, 22	ut ego		
				Richterus.
XLI.	2 . 22 . 2	ut ego, secutus Ribbeckium.		44
			Richter.	Westph.
XLII.	24, 42 . 24, 24	23 | 133; 233; 13	2343, 2343	6 × 4
XLIV.	45354	ut ego		
XLV.	9 (7 + 2) 9 (7 + 2) 8 (2 . 22 . 2) sic post Ribbeckium et Richterum Frankius Westphalius ego.			
XLVI.	3 . 212 . 3	353		
XLVII.	223			
XLVIII.	33			
XLIX.	322			
L.	33, 43, 44 (678)	33 . 7 . 44 secutus Richterum.		
LII.	1 2 1			
LV.	14 (6 + 2, 4 + 2) 10 (262) 8 (242). Vide Praefationem carminis.			
LVI.	223	ut ego		
LVII.	23, 23			

Ego

LXI. A. 3222. Μεσῳδός. 123. B. 2232 || Γ. 2223. Μεσῳδός. 123. Δ. 3231

Pleitnerus, quem secutus est Schwabius, sic describit 9 . 14 . 14 . 9

LXII. 55 9 66 88 10 10 9. Vide Praefationem carminis.

LXIII. 12–26=6 3 6; 50–73=A. 33, B. 231, Γ. 33, Δ. 231; 78–83=3, 3.

Frankius 26 + 17 . 4 . 26 + 17 | 3. Idem 12–26 sic 2 + 4 + 1; 50–73 sic 12 × 2; 78–83 sic 3, 3.

LXIV.
1–49 = 11 10 9 7 5 4 3;
50–131 = 10 88 10 8 11 11 88;
132–201 = 11 11 17 17 + 14;
202–264 = 13 10 3 10 13 + 14;
265–322 = 13 16 13 16;
323–381 =
5 6 4 5 × 5 4 6 10;
382–408 = 23 10 10 2.

Frankius 52–75 = 3+3+2, 3+3+2, 3+5.
76–129=4 | 4 + 2 . 8 . 7 + 4 . 7 + 4 . 8 . 2 + 4.
130–170=2+2+3 . 4 . 6 . 3+2 . 4 . 6 . 3+2+2.
171–201=6, 1 . 6 : 4 | 4 6 4;
202–250=5 . 5 3 | 3 . 5+5 5 . +5 | 3 . 5 . 5;
323–381=5 | 6+4 . 9×4 . 4+6;
382–408=23 10 10 2. Cetera non diuidit.

LXV. 44 6, 4 6

LXVI. 14 12 12 12 14 14 + 16 — Frankius 14 | 6+12 . 6 . 4 . 8 . 8 . 6 4 . 8 . 12+6

LXVII. Frankius 8 . 6+4 10+2 6+4 8
C. I. C.I.C. I. C. I. C. I.

LXVIII. 14 12 14 . 12 12 10 14 4+10+4 14 12 10 14 12 12
1–40 Frankius mecum diuidit in 14 . 12 . 14. Reliquam partem carminis Vsenerus sic

	A	B	A′
Prooemium. 41–72 =	4 + 4 + 2	6 + 6	4 + 6
	B	B′	A
Epilogus. 131–160 =	4 + 6	4 + 4 + 2	6 + 6
73–130 =	4 + 10	4 + 10	4 . 12 . 12 . 2

Westphalius sic

	Prooem.	Archa		
41–72 =	10	22		
	Katatropa	Omphalos	Metakatatropa	Sphragis.
73–138 =	14	14	30	18
149–160 = 12 (Epilogus)				

		Frankius.
LXIX.	442	ut ego
LXXII.	44	ut ego
LXXVI.	64 . 6 . 64	ut ego
LXXX.	44	ut ego
LXXXIV.	6, 6	ut ego
LXXXVIII.	4, 4	ut ego
XCI.	442	ut ego
XCV.	442	ut ego
XCVII.	444	
XCIX.	24442	ut ego, et sic fere ante nos Ribbeckius.
C.	44	ut ego
CI.	46	
CVII.	44	2222
CX.	44	ut ego
CXV.	242	
CXVI.	44	

EXCVRSVS

AD I. 4.

CITAT hunc uersum Plinius in Praefatione Naturalis Historiae § 1. *Libros naturalis historiae nouicium Camenis Quiritium tuorum opus, natos apud me proxima fetura licentiore epistula narrare constitui tibi, iucundissime imperator, sit enim haec tui praefatio uerissima, dum maxumei consenescit in patre; namque tu solebas putare esse aliquid meas nugas, ut obicere moliar Catullum conterraneum meum (adgnoscis et hoc castrense uerbum); ille enim, ut scis, permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit quam uolebat existumari a Veraniolis suis et Fabullis.* Exscripsi locum qualis ex optimis codicibus colligitur. Dixit de eo Mommsenus in Herme I. 128, ubi, relicta Alciati emendatione Saetabis, codices secutus plerosque syllabis restituit, pro uerbis obicere moliar uel quod habent alii obicere molliam cum Barbaro Rhenano Dalecampio obiter emolliam scribit; uersum quem de Catullo citauit Plinius sic constituit cum Hauptio

namque tu solebas
Nugas esse aliquid meas putare.

Cum enim scripsisset Catullus Mĕās esse aliquid putare nugas iambum autem uel trochaeum in prima sede hendecasyllaborum non ponerent Plini aequales ut duriorem, cuius rei testis sit minor Plinius Epp. I. 16, 5 *facit uersus, quales Catullus aut Caluus; quantum illis leporis dulcedinis amaritudinis amoris! Inserit sane sed data opera mollibus lenibusque duriusculos quosdam, et hoc quasi Catullus aut Caluus;* Plinium conterranei sui Catulli ut in praefatione operis recordatum, uerba eius suis inseruisse, sed ita emollita ut pro duriore illo iambo Mĕās mutato ordine uerborum scriberet in primo pede nugas, meas collocaret in quarto. Haec quanquam plerisque probata, nuper autem etiam Munroni, non adeo mihi uera uidentur ut nihil contra dici possit. Nam (1) Plini codices testibus Silligio et Detlefseno habent namque tu solebas putare esse aliquid (uel aliquid esse) meas nugas, uel esse aliquid meas putare (esse) nugas non quod Hauptius posuit Nugas esse aliquid meas putare. Quo ordine si uerba Plinius coniunxit, non intellego cur in nullo codice primum locum obtineat *nugas*, in omnibus ultimum. Nec si Plinius Catulli uerba mutato quidem ordine sed seruato metro uoluisset laudare, id dicturum credo fuisse quod Hauptio placuit sed potius Nostras esse aliquid putare nugas,

ut iam olim coniecerunt Vossius et Marcilius in commentariis ad Catullum. (2) Incerta est emendatio. obiter emolliam. Etsi enim propter oppositum duriusculum probari poterat, hoc tamen minus habet commendationis quod sublato obicere moliar uix inueneris castrense uerbum (*adgnoscis* et *hoc*) quod ante alterum illud conterraneum posuerit Plinius[1]. Contra et obicere et moliar ex castris sunt desumpta. Verisimile autem non est obiter hic corruptum fuisse, quod incorrupte idem legatur § 28 ut obiter caueam, (3) permutatis prioribus syllabis obscurius dixit Plinius si eo sensu dixit quem ponit Mommsenus, h. e. longa prima syllaba uersus in breuem mutata, ut meas iambice scriberet non spondaeo uteretur—praesertim cum, ut dixi, ipsum uersum non emollierit Plinius, nisi forte emollire est sine numeris proferre. (4) Si duriusculum se fecit Catullus dum iambis in prima sede pro spondaeis utitur, nec se tamen duriusculum uolebat existumari a Veraniolis suis et Fabullis, mirum est eum in ipso carmine unde haec sumpsit Plinius (XII) iambum in prima sede posuisse u. 9 Disertus puer et facetiarum. Sed nego Catullo duros huiusmodi uersus uisos esse. Quod enim alter Plinius dicit ut ad multa alia, non ad hoc unum potest referri ueluti ad resolutum primum pedem (LV. 10), ad spondaeum pro dactylo in secundo pede positum, ad uersus male incisos qualis est ille Decoctoris amica Formiani (XLI. 4), ad elisiones duras qualis est Ignes interiorem edunt medullam (XXXV. 15) ita ex recentioris aeui iudicio dictum uidetur. Catullus adeo non durum hoc arbitratus est ut in nullo ex mollioribus carminibus quae hendecasyllabis scripsit praeter V et XXIV non aut iambum aut trochaeum in prima sede semel locauerit, in Passere (II, III), in Carminibus ad Lesbiam (VII), Caecilium (XXXV), Cornificium (XXXVIII), Lucinium (L), fortasse etiam Iuuentium (XLVIII. 4). His adde carmina ad Cornelium (I), Asinium (XII), Pincernam (XXVII), Ipsithillam (XXXII), Rauidum (XL), Ciceronem (XLIX), Porcium et Socrationem (XLVII), de Annalibus Volusi (XXXVI), de Ameana (XLI), de Moecha (XLII), de Acme et Septimio (XLV), Risi nescio quem (LIII), Othonis caput (LIV), Oramus, si forte (LV), quorum dimidia sane pars iram contemptumque exprimit, cetera aut media sunt aut cum amore ac deliciis coniunguntur. Quae iambo uel trochaeo in prima sede carent, haec sunt Viuamus mea Lesbia atque amemus (V), Flaui, delicias tuas Catullo (VI), Verani

[1] Munroni (Criticisms and Elucidations of Catullus, p. 152 note) hoc Plinius uidetur significare: adgnoscis et hoc (conterraneum) castrense uerbum, quemadmodum multa desumpta de castris prioribus epistulis ad te conscripsi.

omnibus e meis amicis (IX), Varus me meus ad suos amores (X), Cenabis bene mi Fabulle apud me (XIII), Nei te plus oculis meis amarem (XIV), Commendo tibi me ac meos amores (XV), Pedicabo ego uos et irrumabo (XVI), Aureli, pater essuritionum (XXI), Furei, cui neque seruos est neque arca (XXIII), O qui flosculus es Iuuentiorum (XXIV), Furi uillula nostra non ad Austri (XXVI), Pisonis comites, cohors inanis (XXVIII), Salue nec minimo puella naso (XLIII), Iam uer egelidos refert tepores (XLVI), O rem ridiculam, Cato, et iocosam (LVI), Caeli Lesbia nostra Lesbia illa (LVIII), fortasse etiam Pulcre conuenit improbis cinaedis (LVII), O furum optime balneariorum (XXXIII). In uniuersum carmina in quibus hendecasyllabis usus est Catullus sunt unum et quadraginta; trochaeum uel iambum in primo pede septuagies fere posuit.

Haec mihi consideranti cum Coningto protulisset uersum Martialis I. 61. 1 *Verona docti syllabas amat uatis*, occurrit potuisse Plinium eodem modo dicendi uti, quo Martialis ibi usus est. Syllabae enim Martialis sunt hendecasyllabi. Itaque hoc Plinium dixisse censeo. 'Statui licentius te adloqui, quia semper putasti esse aliquid 'meas nugas, ut Catulli uerbis quamuis impudentius me defendam; 'cuius exemplum secutus (ille enim omissis hendecasyllabis, quibus 'se antea delicatioribus amicis commendarat, uersus elegiacos 'scribendo duriorem se fecit quam dum iis uult placere) faciam 'me duriorem teque ut militem miles rudi sermone adgrediar.' Duriusculum igitur refero ad ultimam partem carminum Catulli, ubi, permutata ratione qua priores hendecasyllabos expoliuerat, duriorem rhythmi et orationis modum praecipue in pentametris affectauit. Vt uno exemplo rem probem solo CXVI. 8 s finalem elidi passus est, quod ut iam subrusticum nouos poetas fugisse dicit Cicero in Oratore § 161. Haec interpretatio si uera est, Catullus elegiacos uersus, saltem maximam partem, aut scripsit nouissimos aut scripsisse creditur a Plinio.

EXCVRSVS ad III. 16.

Ad haec de Passere carmina spectare uidetur epigramma Aginni iuxta Augustam Ausciorum in Aquitanis (Agen à Auch) repertum anno 1865. Insculptum est marmoreae tabulae literis quae ut Leoni Renierio uidentur (Hermes I. 68) saeculum post Christum natum secundum testantur.

Quam dulcis fuit ista, quam benigna,
Quae cum uiueret in sinu iacebat
Somni conscia semper et cubilis.
O factum male, Myia, quod peristi.
Latrares modo si quis adcubaret
Riualis dominae licentiosa.
O factum male, Myia, quod peristi.
Altum iam tenet insciam sepulcrum
Nec seuire potes nec insilire
Nec blandis mihi morsibus renides.

Epitaphium est canis quam siue de colore siue propter lusus et nequitiam Myiam (muscam) uocabant. Eius quisquis auctor fuit Catullum imitatus est. Nam ad II. 3 Quicum ludere quem in sinu tenere pertinet u. 2; ad III. 16 uersus 4, 7; ad LVII. 9 Riuales sociei puellularum u. 6. Idem fortasse respexit Epigramma Martialis I. 110 quod et ipsum est de catella[1]. De artificio poetae bene disseruit Bischoffius. Versus enim arto quodam uinculo inter se conectuntur; 4, 7; 3, 8 ubi respondent somni, sepulcrum; 5, 9 ubi latrares seuire; 1, 10 ubi dulcis, benigna, blandis morsibus renides. De tempore quo scriptum est nihil equidem explorati habeo. Quod enim litterae omnes sunt maiusculae, quodque nisi in uno uocabulo MORSIB. pro MORSIBVS absunt scripturae compendia, non multum hinc concluditur: neque ideo saeculo post Christum natum secundo assignarim quod *seuire*, non *saeuire* exhibeat[2]. Vnum de meo afferam: in u. 5 modo quod plerique cum latrares coniungunt, mihi potius cum si quis adcubaret coniungendum uideri. Non enim credo poetam modo usurpasse hoc sensu ut idem quod nuper esset; sic enim exspectandum esset Latrabas, non Latrares. Si autem pro tantum usurpauit, quid uelit non intellego. Contra modo si quis pro si quis modo simili quanquam non eodem usu posuit quo Ouidius Trist. II. 263

Persequar inferius, modo si licet ordine ferri,
Posse nocere animis carminis omne genus,

et post Ouidium multi, iuris consulti inprimis, si fides est Handio Tursellin. III. 633, Papinian. Dig. 26. 2, 28 *Qui tutelam testamento mandatam excusationis iure suscipere noluit, ab his quoque legatis sum-*

[1] Scripserunt de Myia Barrius in Ephemeride Romana *Bolletino di Corrispondenza*, Bischoffius et Couturius in Censura Gallica (*Reuue de Gascogne* VI. 596), Gulielmus Wagner in Herme I. 68.

[2] Hermes I. p. 68.

mouendus erit quae filiis eius relicta sunt modo si legata filii non affectione propria, sed in honorem patris meruerunt. Cf. id. Dig. 39. 1, 18. Et his quidem modo si idem est quod plerisque dummodo; auctor carminis de Myia non tam pro dummodo usurpauit quam pro modo siue post si quis addito 'Latrares si quis adcubaret modo' siue praeposito et omissa particula 'Modo adcubaret aliquis, latrares' 'One had but to seat himself by her side and you would bark.'

Epigramma eleganter conuertit amicus meus Shadworth H. Hodgson.

The pet so dainty and so gentle dead!
Nursed in her mistress' lap, and in her bed
Nightly partaker of her sleep. O Fly
'Twas wrong, 'twas very wrong of you to die!
A riual for your lady's fauour too,
For did one sit a little closer, you
Would bark, a graceless libertine! O Fly
'Twas wrong, 'twas very wrong of you to die!
Now all unwitting you lie buried deep,
Nor can show fight, nor on the knee can leap,
No more you gleam on me with teeth that bite
In gentle snatches, half of play, half spite.

EXCVRSVS ad X.

Huius carminis uu. 9–13 sic scribendos censet Munro (*Criticisms and Elucidations* p. 30 sqq.)

Respondi id quod erat, nihil neque ipsis
Nec praetoribus esse nec cohorti.
Cur quisquam caput unctius referret?
Praesertim quibus esset irrumator
Praetor, nec faceret pili cohortem.

allatis B. C. I. 72 *Caesar in eam spem uenerat, se sine pugna et sine uolnere suorum rem conficere posse, quod re frumentaria aduersarios interclusisset. Cur etiam secundo proelio aliquos ex suis amitteret? cur uulnerari pateretur optime de se meritos milites? Cur denique fortunam periclitaretur? praesertim cum non esset minus imperatoris consilio superare quam gladio.* B. G. I. 40. 2, IV. 16. 2.

Vu. 25, 26 fortasse sic scribendi erant

Quaeso, inquit, mihi mi Catulle paulum
Istos commoneam. Volo ad Sarapim
Deferri.

'Pray, my dear Catullus, let me just give those bearers of yours a reminder,' viz. that they have a duty to do and are requested not to be idle. Non absimili modo dixit Plautus, Ps. I. 2. 15–17

Atque heri iam edixeram omnibus dederamque suas prouincias:
Verum ita uos perditi estis, neglegentes, ingenio inprobo,
Officium uestrum ut uos malo cogatis commonerier.

Vix enim crediderim Catullum scripsisse id quod coniecit Munro *Istos da modo: nam* idemque mutata distinctione iam antea Doeringius *Istos da: modo nam.* Sed in u. 27 uerum potest esse quod et Munro et Arturus Palmer coniecerunt Memini uel Meminei pro mane me: 'now I bethink myself: when I said just now that I had them, I forgot myself for the moment: my dear friend Gaius Cinna, he it was who bought them,' quae uerba Munronis sunt p. 35.

EXCVRSVS ad XXI. 11.

Pro eo quod habent codices

Me me puer et sitire discet

Munro coniecit A te mei puer e. s. d.

ADDENDVM ad XVII. 25.

Et supinum animum in graui derelinquere coeno
Ferream ut soleam tenaci in uoragine mula.

Hunc locum respexit Gargilius Martialis de Persicis X (Mai. Auct. Class. I. 401) *Sparto ligata aduersum plurima incommoda ut amfora extimant: et odieque nonnulli* iumentorum solias in itinere derelictas *prae medio truncis ramisue suspendunt.*

EXCVRSVS ad XXII. 7, 8.

Hos uersus Munro sic scribendos censet (*Criticisms and Elucidations* p. 51).

Noui umbilici, lora rubra, membranae.
Derecta plumbo et pumice omnia aequata
Haec cum legas tu, bellus ille et urbanus κ.τ.λ.

Membranas pro inuolucris habet ex membrana quibus uolumina includerentur. Versum 8 sic interpretatur 'haec carmina cum legas tu aequis lineis per plumbum ordinata, omnia autem pumice ita correcta ut si quid inaequaliter scriptum uel lituris deformatum sit tollatur,' allatis locis quales sunt Lucr. IV. 430, 1. *Tecta solo iungens atque omnia dextera laeuis Donec in obscurum coni conduxit acumen,* Cat. LXVI. 65, ut uerborum collocationem duriorem sane defendat.

EXCVRSVS ad XXV. 5.

Hic uersus sic legitur in G

al. aues uel aries i
Cum diua mulier alios ostendet oscitantes

aues ostendit habent ceteri plerique codices; aries *O Ven* arios marg. *L* alios *La*² *V Phillippensis* margo *h*; ostendet *DOh*. Interpretationes loci congessit Pohlius in Specimine Lectionum p. 35. Hae duplices sunt, aut enim ad procellam referuntur, quae opinio fuit editorum ante Lachmannum paene omnium, aut ad Thalli rapacitatem. Qui priorem uiam ingressi sunt, dum hoc uersu tempestatis signa credunt describi aut oscitantes aues (alites) interpretantur clamitantes (sic Scaliger Vulpius Conr. de Allio Huschkius) aut aliud uerbum pro eo scribunt, oscinentes Faernus et Statius, occinentes Auancius Ald. I Muretus, ominantes Doeringius. Sed oscitare pro clamitare uix Latine dici uidetur. Quanquam enim oscitatus tam ferarum quam hominum est (Gloss. Ball. s. u. Rictus[1]), nec locum noui ubi aues hoc sensu oscitare dicuntur et ipsius uocabuli usus alius est. Oscitare enim h. e. os aperire quod ii faciunt qui segnitie uel taedio uel somno uincuntur (de ore patulo capitis abscisi dixit Ennius Ann. 462) ad eos transfertur qui aliquid agunt neglegenter et quasi χασμώμενοι. Priore sensu inuenitur apud Comicos, ueluti Caecilium 272 (Ribb). Oscitans *Hietansque restas* Turpilium 15 (Ribb). *Timere coepi et interdum* oscitarier, *Ineptus quid mi uellem ex insolentia Nescibam*, 'to yawn like a fool,' ib. 153. *Ego praestolabo illi* oscitans *ante ostium* 'with my mouth agape.' In his locis omnibus subest notio quaedam stultitiae. Plaut. Menaech. V. 2. 77.

Men. *Hei mihi insanire me aiunt, ultro quom ipsi insaniunt.*
Mat. *Vt pandiculans* oscitatur. *Quid nunc faciam mi pater?*

Cic. pro Mil. § 56 *Adde inscitiam pransi poti* oscitantis *ducis:* fragm. orat. pro Q. Gallio *Hesterna potatione* oscitantes, ad Herenn. IV. § 48 *Cum etiam maiores* (*calamitates*) *impendere uideantur, sedetis et* oscitamini. Lucret. III. 1065 Oscitat *extemplo tetigit cum limina uillae.* Mart. II. 6. 3, 4 *Spectas eschatocollion, Seuere, Et longas trahis* oscitationes, VI. 61. 3 *Ecce rubet quidam pallet stupet* oscitat *odit*, XI. 98. 21 *Dabit* oscitanti *basium natantique Dabit et cacanti.* A. Gellius N. A. IV. 20

[1] 'Rictus uocatur omnis oris apertio. uel patefactio. oscitatus autem tam ferarum quam hominum. et rictus oris simpliciter.'

In iure stans clare nimis et sonore oscitauit *atque inibi ut plecteretur fuit, tanquam illud indicium esset uagi animi et alucinantis et fluxae atque apertae securitatis*, unde optime illustratur quod dicit Terentius Andr. I. 2. 10 *Sperantes iam amoto metu interea* oscitantis *opprimi* h. e. securos.

Hinc apparet oscitantes non posse idem esse quod clamitantes. Non tamen idcirco negauerim de auibus id hic usurpari. Hiant enim saepius aues, praecipue in opere Venereo. Plin. H. N. X. 102 *Neque in alio animali par opus libidinis. Si contra maris steterint feminae (perdices) aura ab his flante praegnantes fiunt, hiantes autem exserta lingua per id tempus aestuant.* Aristoph. Equit. 956 λάρος κεχηνὼς ἐπὶ πέτρας δημηγορῶν. Eubul. ap. Meinek. Fragm. Comic. Graec. III. 260 χῆνα πλατυγίζοντα καὶ κεχηνότα. Ephippus ib. III. 326 ἐφίλησεν οὐχὶ συμπιέσασα τὸ στόμα | ὥσπερ πολέμιον ἀλλὰ τοῖσι στρουθίοις | χαυνοῦσ' ὁμοίως, cf. Aristophaneum Aristyllum ὃς δι' αἰσχρουργίας ἀεὶ ἐκεχήνει. Largiamur igitur oscitantes ad aues hoc sensu referri posse. Restat ut priora illa mulier aues quid uelint consideremus. In quibus aperte corruptum est aues; nam nec metrum stat nec priorem partem uersus in -es exiisse credo ne aures offenderet eiusmodi παρήχησις in posteriore. Idem cadit etiam in alites. Si totius loci sententiam respicimus, uidetur Catullus hoc significare; 'Thalle 'qui mollissimus es atque idem rapacissimus si forte aliqua occasi- 'onem nactus es furandi, per neglegentiam eorum quibuscum uer- 'saris' uel si legitur offendet 'Thalle, qui mollissimus es idemque 'rapacissimus; remitte mihi quae mea sunt si occasionem nactus 'fueris aliquid ex aliis furandi?' Vnde si de auibus dixit Catullus hoc loco, dixit, ut uidetur, per metaphoram, aut si aues respexit ut quae signum darent procellae, hanc significationem cum illa coniunxit. Iam quaerenti de quanam aue iure oscitatio illa dici potuerit, uenit in mentem κέπφος ille Aristophaneus qui auium stultissimus habitus est.

Aristoph. Pax 1067 καὶ κέπφοι τρήρωνες ἀλωπεκιδεῦσι πέπεισθε h. e. stultissimae. Ibi Scholiasta κέπφοι· εὔηθες ζῷον ὁ κέπφος οὗ μέμνηται καὶ Νίκανδρος (Alexiph. 166) καὶ Ἄρατος περὶ τῶν διοσημιῶν διαλεγόμενος, (184) καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἰάμβοις (fr. 81). ἐκ δὲ τῆς θαλάσσης ζῆν αὐτὸν λέγουσιν, ἐσθίοντα τὸν ἀφρόν. Εἶναι δὲ αὐτὸν πολὺν μὲν ἐν τοῖς πτεροῖς, ὀλιγὸν δὲ ἐν τοῖς κρέασι, καὶ κεκραγέναι ὠδίνοντα· ὅθεν γενέσθαι τὴν παροιμίαν 'κέπφος ὠδίνει' ἐπὶ τῶν ἐπαγγελλομένων μὲν μεγάλα, μηδὲν δὲ ἄξιον τῆς ἐπαγγελίας ποιούντων. Plut. 912 ὦ κέπφε, ubi Scholiastae ὄρνεον ὅπερ φιλεῖ ἀφρὸν θαλάττιον ἐσθίειν· καὶ οἱ παῖδες τῶν ἁλιέων λαμβάνοντες τὸν ἀφρὸν ῥίπτουσι τὸ πρῶτον πόῤῥωθεν εἶτα ἐγγύτατα εἶτα εἰς τὴν χεῖρα τὸν ἀφρὸν καὶ

οὕτως εὐχερῶς ἀγρεύουσι καὶ ἐπὶ τῶν ἀλογίστων ἀνδρῶν τοῦτο εἰς παροιμίαν. Ἄλλως. ἀνόητε κοῦφε. ὦ τὸν νοῦν μετέωρε· ὄρνις γὰρ θαλάττιος τὸ κέπφος, κουφότατον σφόδρα τῷ ἀφρῷ διατρεφόμενον διὰ τῆς θαλάττης καὶ πάνυ ὀλίγον ἔχον σαρκῶδες. Ἄλλως· ὦ εὐτελέστατε καὶ λάλε· φασὶ γὰρ τὸν κέπφον εὐτελῆ καὶ λάλον. Ἄλλως. ὦ εὐτελέστατε καὶ λάλε· φασὶ γὰρ τὸν κέπφον εὐτελέστατον καὶ λάλον. ὄρνεον γὰρ ἄφρον, ὅπερ φιλεῖ ἀφρὸν θαλάττιον ἐσθίειν. τοῦτο βουλόμενοι οἱ τῶν ἁλιέων παῖδες χειρώσασθαι, ῥίπτουσι τὸ πρῶτον πόῤῥωθεν ἀφρὸν, εἶτα ἐγγύτατα, εἶτα φέρουσι τοῦτο ἐν τοῖς χερσὶν, καὶ οὕτω κατὰ μικρὸν ἀπατῶντες εὐχερῶς ἀγρεύουσι τοῦτο ἐμπεσὸν εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν. εἴληπται οὖν εἰς παροιμίαν ἐπὶ τῶν ἀλογίστων ἀνδρῶν καὶ ἀνοήτων. καλεῖται δὲ κοινῶς λάρος.

Arat. Dios. 184, 5

Καὶ πότε καὶ κέπφοι, ὁπότ' εὔδιοι ποτέωνται,
Ἀντία μελλόντων ἀνέμων εἰληδὰ φέρονται.

Nicand. Alex. 165–170

Πολλάκι δ' ὀρταλίχων ἁπαλὴν ὠδῖνα κενώσας
ἀφρὸν ἐπεγκεράσαιο, θοοῦ δορπήϊα κέπφου.
τῷ γάρ τε ζωήν τε σαοῖ, καὶ πότμον ἐπισπεῖ
εὖτε δόλοις νήχοντα κακοφθόρα τέκν' ἁλιήων
οἰωνὸν χραίνωσιν, ὁ δ' ἐς χέρας ἔμπεσε παίδων
θηρεύων ἀφροῖο νέην κλύδα λευκαίνουσαν.

ubi Scholiasta eadem fere tradit quae ad Aristophanem citantur. Eustath. ad Od. V. 51

Ἰστέον δὲ ὅτι τὸν λάρον τῇ εὐηθείᾳ ἡ ὕστερον προσοχὴ παροιμιακῶς ἀποκληροῖ, ὅθεν καὶ λάρους τοὺς εὐήθεις φάμεν. οὕτω δὲ καὶ κέπφους ἀπὸ κούφου ὥς φασιν οἱ παλαιοὶ ὀρνιθαρίου καὶ εὐμεταχειρίστου καθὰ καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ ἐστὶν εὑρεῖν. Suidas s. v. ὦ κέπφε. ἀντὶ τοῦ ὦ εὐτελέστατε καὶ λάλε· φασὶ γὰρ τὸν κέπφον τοιοῦτον εἶναι· τάττεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀλογίστων ἀνδρῶν· ὁ γὰρ κέπφος ἀφρὸν ἐσθίει θαλάσσιον· οἱ δὲ παῖδες τῶν ἁλιέων ῥίπτουσι τὸ πρῶτον πόῤῥωθεν, εἶτα ἐγγυτάτω, εἶτα εἰς τὴν χεῖρα τὸν ἀφρὸν καὶ εὐχερῶς ἀγρεύουσι.

Idem κεπφωθείς· ἐπαρθεὶς ἐρεθισθεὶς ὀξέως ἐλαυνόμενος. LXX. Prouerb. VII. 22 ὁ δ' ἐπηκολούθησεν αὐτῇ κεπφωθείς. Hesych. κέπφος· εἶδος ὀρνέου κουφοτάτου, περὶ τὴν θαλασσίαν διατρίβοντος, ὁ εὐχερῶς ὑπὸ ἀνέμου μετάγεται. ἔνθεν λέγεται ὀξὺς καὶ κοῦφος ἄνθρωπος κέπφος. ib. κεπφωθείς· ἐπαρθείς. ἀπατηθείς. Cic. ad Att. XIII. 40 *Mirum quam inimicus ibat, ut ego obiurgarem. Sed plane* κεπφοῦμαι. Hanc auem κέπφον Latine Catullum gauiam dixisse credo. Gauia legitur apud Plinium H. N.

X. 91, ib. 204, rursus XVIII. 362 et hic quidem inter praesagientes tempestatem *mergi anatesque pinnas rostro purgantes uentum* (*praesagiunt*) *ceteraeque aquaticae aues concursantes, grues in mediterranea festinantes, mergi gauiae* (*cauiae* nonnulli codices) *maria aut stagna fugientes.* Apuleius[1] Met. V. 28 *Tunc auis peralba illa gauia quae super fluctus marinos pinnis natat demergit sese propere ad Oceani profundum gremium,* ubi gauia Veneris famula est.

Sane gauia *λάρος* exhibet Gloss. Labbaei. Sed non nimis accurate de his scripsisse lexicographos multa indicant. Philoxeni enim in Glossario haec sunt. *Λάρος* Larus Fulica. Gauia Fulica Ardea. Gloss. Labb. Ardea *ἐρῳδιὸς λάρος.* Fulica *λάρος ἢ φακαρὶς* (*ι. φαλαρίς*) *πελέκανος, θαλάσσιον ὄρνεον,* c. *λάρος.* c. *φήνη.* c. *ἐρῳδιός.* c. *αἴθυια.* c. *λάρος.* Gloss. Bodl. Auct. T. II. 24 *Larus in penthatheuco gauiam significat qui solet semper supersedere aquam.* Cicero quoque cum Aratum uerteret Diosem. 181–3

> *καὶ δ' ἂν ἐπὶ ξηρὴν ὅτ' ἐρῳδιὸς οὐ κατὰ κόσμον*
> *ἐξ ἀλὸς ἔρχηται φωνῇ περὶ πολλὰ λεληκὼς*
> *κινυμένου κε θάλασσαν ὑπερφορέο τ ἀνέμοιο*

scripsit

> *Raua fulix itidem fugiens e gurgite ponti*
> *Nuntiat horribiles clamans instare procellas*
> *Haud modicos tremulo fundens e gutture cantus*

neque aliter Auienus 350

> *Et cum parua fulix trepido petit arua uolatu*
> *Stagna sinens longasque iterat clangore querellas,*
> *Indicat insanis freta mox canescere uentis*

quanquam *ἐρῳδιὸς* ardea proprie non fulix uidetur dici. Auienus quidem in uertendo Diosem. 184, 5, qui uersus non iam apud Ciceronem aut Germanicum extant

> *καί ποτε καὶ κέπφοι ὁπότ' εὔδιοι ποτέωνται*
> *ἀντία μελλόντων ἀνέμων εἰληδὰ φέρονται*

adeo ab Arato discessit ut *κέπφον* dixerit sturnum (356). Non magis accurate Hesychius *κήξ. ὁ λάρος κατὰ 'Απίωνα· λέγεται δὲ καὶ καύηξ· τινὲς καὶ αἴθυιαν ἀποδιδόασιν, οἱ δὲ κέπφον οἱ δὲ διαφέροντα ἀλλήλων.*

Gauiam Latine pro stulto poni non scio, sed potuit in uulgari sermone, quemadmodum Italis hodie gabbiano et larus est et homo simplex. Morri Vocabolario Romagnolo-Italiani Gabian uomo sciocco semplice materiale. Cherubini Vocab. Milanese-Ita-

[1] Attulit hunc locum Apuleii Heinsius ad Catull. XXV. 5 legendo *Cum deuias* uel *eliuias* uel *gauias Malea aues.*

ľiano Gabbiàn Gabbiànna Gabbiòtt Merlotto Badie. Pariter Angli stultorum nomina ex auibus marinis habent deriuata haec 'Gull, Loon, Noddy' nec a uero abhorret quod in hominibus signum est stultitiae id si in aue aliqua prae ceteris inueniatur—oscitant autem in primis lari, teste Raio in Willughbii Ornithologia p. 351 —huius nomen tanquam stultissimae ad homines transferri[1]. Et in Catulli loco non tam transfertur significatio quam cum altera coniungitur; gauia enim oscitans et homo simplex est et auis augur procellae.

Quod gāuias scribo, id ex etymologia confirmatum reor. Est enim auis eadem quae Graecis *καύαξ καύηξ καύης* mox etiam *κῆυξ κήξ* appellata est. (Vide Curtii Grundzüge der Griechischen Etymologie p. 496.)

Transimus ad priora Cum diua mulier. Iam Bergkius in Mus. Rhen. XIX. 605 emendarat Cum diua muttiens aues, h. e. Lauerna. Acron ad Hor. Epp. I. 16. 60 [*Furum dea*] *Lauerna uiae Salariae lucum habet, est autem dea furum. Simulacrum eius fures colunt aut quia consilia sua tacita uolunt, aut quia cum silentio preces eius exercentur.* Arnobius adu. Gent. III. 26 *Non commemorabimus hoc loco Deam Lauernam furum Bellonas Discordias Furias et laeua illa quae constituitis numina taciturnitatis silentio praeteribimus.* Ante Bergkium Leyserus in Censura ed. Doeringianae (Iahn. Ann. XV. 37) diuam Larundam interpretatus est, eumque nuperrime secutus est Schwabius allato ex Placidi Glossis (Mai. Class. Auct. III. 478) *Larundam quam quidam diuam* (sic Schwabius pro eo quod habent codices *uiam*) *dicunt.* Ipse Bergkii coniecturam ducem secutus conicio Cum diua muta gauias; uix enim credo diua sic nude per se poni potuisse, muttiens autem nescio quid asperi sonat, ut nihil de adsonantibus aues oscitantes dixerim. Diua muta aut Larunda est aut ut magis inclino ut credam Angerona.

Hanc enim Diuam proprio nomine uocatam fuisse indicant feriae eius, quae XII ante calendas Ianuarias celebratae Diuae uel Diuales in Fastis Praenestinis, Diualia in Maffeianis appellantur. De hac dea Varro L. L. VI. 23 sic scribit *Angeronalia ab Angerona cui sacrificium fit in curia Acculeia et quoius feriae publicae is dies.* Plin. H. N. III. 65 (*Romae*) *nomen alterum dicere arcanis caeremoniarum nefas habetur, optumaque et salutari fide abolitum enuntiauit Valerius Soranus luitque mox poenas. Non alienum uidetur inserere hoc loco exemplum religionis*

[1] Simili modo *ὥτους*, quod est *εἶδος ὀρνέου μιμηλοῦ*, uocabant *τοὺς εὐεξαπατήτους*, Sueton. *περὶ βλασφημιῶν* p. 422 in Milleri Mélanges de Littérature Grecque, qui citat Eustath. 561. 3, 1522. 56. Eiusdem libri p. 523 quod ex Eustathio 1818. 20 citatur, nescio an Catullo notum fuerit (XXV. 1) *ἐκ δὲ τοῦ θάλλου καὶ θαλλοφόρος παροιμιακῶς ὁ μηδὲν χρήσιμος ἀλλ' ἢ βοσκήμασι θάλλον παραβάλλειν.* Sed cf. Athen. 581.

antiquae ob hoc maxume silentium institutae. Namque diua *Angerona cui sacrificatur ante diem XII Calendas Ianuarias ore obligato obsignatoque simulacrum habet.* Macrobius S. I. 10 *Duodecimo (ante kal. Ian.) uero feriae sunt diuae Angeroniae, cui pontifices in sacello Volupiae sacrum faciunt, quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait quod angores ac sollicitudines animorum propitiata depellat. Masurius adicit simulacrum huius deae ore obligato atque signato in ara Volupiae propterea collocatum, quod qui suos dolores anxietatesque dissimulant perueniant patientiae beneficio ad maximam uoluptatem. Iulius Modestus ideo sacrificari huic deae dicit quod populus Romanus morbo quae angina dicitur praemisso uoto sit liberatus.* Id S. III. 9. 4 *Ipsi Romani et deum in cuius tutela urbs Roma est, et ipsius urbis Latinum nomen ignotum esse uoluerunt. Sed dei quidem nomen nonnullis antiquorum licet inter se dissidentium libris insitum, et ideo uetusta persequentibus quicquid de hoc putatur innotuit. Alii enim Iouem crediderunt, alii Lunam: sunt qui Angeronam quae digito ad os admoto silentium denuntiat; alii autem, quorum fides mihi uidetur firmior, Opem Consiuiam esse dixerunt.* Paulus p. 17. M. *Angeronae deae sacra Romanis instituta sunt, quum angina omne genus animalium consumeretur, cuius festa Angeronalia dicebantur.* Solinus I. 6 *Inter antiquissimas sane religiones sacellum colitur Angeronae, cui sacrificatur ante diem XII k. Ian.: quae diua praesul silentii ipsius praenexo obsignatoque ore simulacrum habet.* Gloss. Philoxeni p. 12 *Angeronia ἡ θεὸς τῆς βουλῆς καὶ καιρῶν*[1]. Huius Deae tres imagines reperiuntur apud Montfauconum, Antiqq. Explic. I. p. 344. Omnes digitum habent labris inpressum, quod etiam in Harpocrate signum est silentii; tertia si uere huius est etiam Sarapidis calathum in capite gestat, et Herculis clauam in sinistra tenet. Hanc igitur interpretationem praefero; quae enim diua praesul est silentii et signato suo ore monet ne temere quid agatur, hanc bene fingit Catullus aliorum Thallo ostendere oscitationem ut oblato καιρῷ utatur.

Superest ut Lachmanni emendationem examinemus. Qui in ed. 1829 haec scripsit Cum diua munerarios ostendit oscitantes additis his uerbis 'Ego ex li feci n. Munerarius est qui munera dat 'uel inuitus et oscitanti rapta.' Hanc interpretationem ex glossariis eum credo deprompsisse. Ipse in Glossario Balliolensi haec repperi. Munerarius qui munera dat. Gloss. Labbaei Munerarius φιλότιμος ἀγωνοθέτης χαριστικός. Gloss. Hildebrandi p. 366 Munerarius qui semper munera requirit. Mai. Auct. Class. VII. 569 Munifex munerarius qui munera fert, qui munus facit, id est officium aliquod. VI. 534 Munifex munerarius. Munerarius

[1] Hos locos congessit Mommsenus C. I. L. 1. p. 409.

qui munera dat. Ex his intellegitur munerarius duplici sensu usurpatus fuisse. Aut enim est idem quod munerator h. e. qui ludum gladiatorium edit (cf. Sueton. Domit. X) *Patrem familias quod Threcem mirmilloni parem* munerario *imparem dixerat* (dixerat credo *Threx par mirmilloni impar munerario*) *detractum spectaculis in arenam canibus obiecit cum hoc titulo 'Impie locutus parmularius.'* Quint. Declam. IX. 6 *Certa enim arenae destinabar uictima; nemo* munerario *uilius steterat.* Sen. Controu. IV. Praef. *Quod* munerarii *solent facere qui ad exspectationem populi detinendam noua paria per omnes dies dispensant*) aut est munerum dator. Priore sensu quantum scio semper apud bonos scriptores inuenitur; neque aliud uoluisse puto Quintilianum Inst. Orat. VII. 3. 34 *Quaedam tamen perdurant. Nam et quae uetera nunc sunt fuerunt olim noua; et quaedam sunt in usu perquam recentia, ut Messala primus* reatum, munerarium *Augustus primus dixerunt.* Piraticam *quoque ut* musicam *et* fabricam *dici adhuc dubitabant mei praeceptores.* Fauorem *et* urbanum *Cicero noua credit: Nam et in epistula ad Brutum* eum *inquit* amorem et eum ut hoc uerbo utar fauorem in consilium aduocabo. *Et ad Appium Pulcrum* te hominem non solum sapientem uerum etiam ut nunc loquimur urbanum. *Idem putat a Terentio primum dictum esse* obsequium: *Caecilius a Sisenna* Albente caelo. Ceruicem *uidetur Hortensius primus dixisse; nam ueteres pluraliter appellabant.* Exscripsi locum ut intellegeretur non nimium auctoritatis Quintiliano tribuendum esse. Nam piraticam dixerunt Cicero et Sallustius, fabricam Plautus Terentius Cicero, fabricare Afranius 169 Ribb. fabricatus Attius 559 Ribb. musicam Cicero obsequium Plautus ceruicem Afranius 415 Ennius Ann. 462 Vahlen. Lucretius VI. 744. Nec tamen hoc magis ausim munerarios tanquam a Catullo scriptum tueri; quanquam enim muneribus potuit hic locus esse, cf. Iuuen. IX. 50–3

En cui tu uiridem umbellam, cui succina mittas
Grandia, natalis quoties redit et madidum uer
Incipit et strata positus longaque cathedra
Munera femineis tractat secreta Calendis,

diuam autem cum Leysero et Schwabio Lauernam fortasse poteris interpretari,—nolim tamen Catullo uocabulum inferre quod fueritne adhuc incertum est, hac quidem significatione in nullo bono auctore inuenitur. Non magis probo Hauptii coniecturam mulierarios. Esto enim ut aut soluta arsi usus fuerit Catullus, ut L. Muellero uisum est de re Metrica p. 154, aut mulier in disyllabon transierit, cf. Hor.

Epod. XI. 23 *Nunc gloriantis quamlibet mulierculam Vincere mollitia Amor Lycisci me tenet* at quod de uocabulo munerarios ualet, cadit etiam in mulierarios. Habent id quidem multa Glossaria, Mai. Auct. Class. VIII. 363 mulierum frequens appetitor. Gloss. Hildebrandi 212 Mulerosus (sic) mulierarius. Gloss. Papiae Mulierarium faemelarium antiqui dicebant: sed hic sensus haud scio an apud ullum bonae latinitatis scriptorem extet, quemadmodum ne mulierosus quidem nisi perraro Cicero uidetur scripsisse. Idem quod mulierariam manum dixit pro Caelio XXVIII, manum hominum dixit comparatorum a Clodia; neque hunc credo aut mulierarios nisi adiecto nomine aut si adiectiue usus esset pro mulieroso dicturum fuisse.

EXCVRSVS ad XXVII. 1, 2.

Hi uersus sic scripti sunt in Gronouii codice Gelli N 21 bibliothecae Leidensis minist˜ ueạ̈tuli puer falerni. ĩg' mi cabiles amariores, uti per litteras me edocuit uir solertissimus W. N. du Rieu.

EXCVRSVS ad XXVII. 4.

Vt lex Postumiae iubet magistrae
Ebriosa acina ebriosioris.

Hic uersus cum tribus quos sequitur legitur etiam in A. Gelli noctibus Atticis VII. 20.

Scriptum in quodam commentario repperi, uersus istos a Vergilio ita primum esse recitatos atque editos:

Talem diues arat Capua et uicina Veseuo
Nola iugo;

postea Vergilium petisse a Nolanis, aquam uti duceret in propinquum rus, Nolanos beneficium petitum non fecisse, poetam offensum nomen urbis eorum, quasi ex hominum memoria, sic ex carmine suo derasisse, 'oram' que pro 'Nola' mutasse atque ita reliquisse:

et uicina Veseuo
Ora iugo.

Ea res uerane an falsa sit, non laboro; quin tamen melius suauiusque ad auris sit ora, *quam* Nola, *dubium id non est. Nam uocalis in priore uersu extrema eademque in sequenti prima canoro simul atque iucundo hiatu tractim sonat. Est adeo inuenire apud nobiles poetas huiuscemodi suauitatis multa, quae appareat nauata esse, non fortuita;*

sed praeter ceteros omnis apud Homerum plurima. Vno quippe in loco tales tamque hiantes sonitus in assiduis uocibus pluribus facit:

> Ἡ δ' ἑτέρη θέρεϊ προρέει εἰκυῖα χαλάζῃ
> Ἢ χιόνι ψυχρῇ ἢ ἐξ ὕδατος κρυστάλλῳ.

atque item alio loco:

> Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον.

Catullus quoque elegantissimus poetarum in hisce uersibus:

> Minister uetuli puer Falerni
> Inger mi calices amariores,
> Vt lex Postumiae iubet magistrae
> Ebriosa acina ebriosioris,

cum dicere 'ebrioso' posset et, quod erat usitatius, 'acinum' in neutro genere appellare, amans tamen hiatus illius Homerici suauitatem, 'ebriosam' dixit propter insequentis a literae concentum. Qui 'ebrios' autem Catullum dixisse putant aut 'ebriosos,' nam id quoque temere scriptum inuenitur, in libros scilicet de corruptis exemplaribus factos inciderunt.

Secutus sum editionem Hertzi postulante, ut uidetur, sententia Gelli. Codices plerique habent Ingere, Ebriosę acino (acine cod. Parisinus saec. XIII ut Markhemio uinum est, Ebriose acin$\overset{ae}{\text{o}}$ Mus. Brit. Add. 16981), cum dicere ebriosi posset quod erat usitatius. Multi a post literae non habent. His indiciis ductus credideram Gellium de concinente e non a dixisse, Catullum enim cum potuisset scribere

> Vt lex Postumiae iubet magistrae
> Ebriosi acini ebriosioris

amantem tamen hiatus Homerici suauitatem praetulisse

> Vt lex Postumiae iubet magistrae
> Ebriosae acinae ebriosioris.

Hoc si uerum esset ebriosioris uel accusatiuus uel genetiuus esset a quo penderet acinae; sensus autem hic euaderet, 'ut Postumiae 'lex uini nimiae iubet' aut 'ut Postumiae lex iubet uini nimios.' Pro accusatiuo certe ebriosioris habuerunt ii qui ebrios uel ebriosos in prima parte uersus legerunt, et sic Vossius. Sed obstant huic interpretationi quae secuntur 'ebriosam dixit propter 'insequentis literae concentum' (exemptum quod legitur in

quibusdam codicibus quid uelit non intellego). Quamuis enim ebriosam Gellius potuerit pro ebriosae non minus quam pro ebriosa ponere, at cum post ebriosae sequatur acin- insequens litera non potest alia esse quam a. Deinde genetiuos qualis est ebriosioris acinae h. e. nimiae in acinis Catullus respuit.

Itaque relictis codicibus uidendum ex Vergilianis Homericisque exemplis quid Gellius dixerit. In Vergiliano loco sola παρήχησις est literarum o o in fine unius uersus, initio alterius (Veseuo Ora), idemque fortasse etiam in Homericum illud λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον cadit, quanquam duplex -αν ne ipsum quidem fortuitum uidetur. Sed in secundo loco Gelli uerba non ita obstrinxerim ut ad concentum tantummodo ea referam qui est in προρέει εἰκυῖα, ψυχρῇ ἤ, nam uterque sonus et ει et η per totum utrunque uersum producitur,

ἡ δ' ἑτέρη θέρεϊ προρέει εἰκυῖα χαλάζῃ
ἢ χιόνι ψυχρῇ ἢ ἐξ ὕδατος κρυστάλλῳ

cf. uerba Gelli 'uno quippe in loco tales tamque hiantes 'sonitus in assiduis uocibus pluribus facit,' quibus profecto non ad quattuor tantum uocabula respicit, sed ad ει bis η sexies repetitum. Hanc ob causam non adsentior Hauptio legenti Ebria acina. Sane ita Catulli uersus Homericis Vergilianisque magis starent ἐκ παραλλήλου—(utor uerbis Eduini Palmer cui cum eadem sententia in mentem uenisset quae Hauptio eam praetulit quam mox commemoraturus sum)—sed ne sic quidem omnino similia sunt ā+ă, et ō+ō ει+ει η+η, neque ullum huius lectionis uestigium praebent codices. Restat igitur explicatio iam pridem uulgata, et quae Parthenio Scaligero Gronouio Lachmanno Hertzio placuit.

Hi enim omnes scribunt

Ebriosa acina ebriosioris

ut ebriosioris genetiuus esset ex quo acina penderet. Ita enim et satis respondet prioribus illis exemplis uersus Catulli et minus obstant Gelliani codices. Itaque tribus modis legebatur A. Gelli tempore hic uersus (1) Ebriosa acina ebriosioris (2) ebrios acina ebriosioris (3) Ebriosos acina ebriosioris et hoc quidem tam temere scriptum ut numeris prorsus careret. Quartam lectionem his diuersam habuit Catulli codex unde nostri profluxerunt, Ebriose acino ebriosioris siue ebriosae uerum est siue ut potius iudico ex ebrioso corruptum. Non enim id ex ebriosa acino corruptum habeo, quanquam hoc Statius et Catullo tribuit et Gellio.

Gellium enim acina non acino legisse indicant ipsius uerba 'quod 'erat usitatius acinum in neutro genere appellare;' acinum enim feminini generis legi non credo. Quae in glossatoribus de hoc uocabulo repperi haec sunt Non. 194 Acina *genere neutro frequenter Varro posuit.* Acinus *masculino M. Tullius de Senectute* quae ex fici tantulo grano aut ex acini uinaceo. *Et alii obscurae auctoritatis.* Pressusque labris unus acinus arebat. Labb. Gloss. Acina *ῥὼξ*, Acini *ῥῶγες*. Acinus *ῥὼξ γίγαρτον.* Cyrill. Gloss. *ῥὼξ* acinus acina. *ῥῶγες* acini. Gloss. Mai. VIII. 46 acinus *botrus uua.* Ib. 15 *hic* acinus ni .i. *botrus unde Paulinus* Exprimit humentes acinos sucumque liquentem. Acron ad Hor. S. II. 6. 85 Hic acinus *et* hoc acinum. Acina, ae quanquam exempla eius non sunt apud Forcellinum, eodem modo poterat Catullus usurpare quo alii spicus spica spicum, araneus aranea araneum, 'quae ab adiectiuis translata esse fidem faciunt pariter mutabilia quae eadem adiectiua sunt ut nuntius nuntium, mundus mundum, cubitus cubitum, aruum arua, cliuus cliuum, canticum canticula, posticum postica, lupinus lupinum, labrusca labruscum item forus forum cum adiectiuo foras. Eiusdem generis alia permulta sunt quae adiectiue dici olim desierunt fluuius fluuia, labium labea, apium apius, corium corius, neruiae neruia, ostreae ostrea, horreum horrea, caseus caseum, balineum balinea, latrina latrinum. (Lachm. Lucret. p. 392.)

[Quod Hauptius docet Opusc. II. p. 121, Gellium hoc dicere, scripsisse Catullum *Ebria acina*, fuisse tamen qui scriptum *Ebriosa acina* uel *Ebrioso acino* uidissent, adeo id uerum uisum est Behrensio ut non dubitarit tanquam Catulli edere *Ebria acina*, repugnantibus et libris et metro. Melius Catullo consuluerat Hauptius qui errasse Gellium crediderit, ipse plerosque secutus editores *Ebriosa acina* scripserit. Munroni (*Criticisms and Elucidations* p. 67) Gellius et hic et in iis quae de Vergilio dicit alucinari uidetur; fundamento et hoc et illud carere; nihil igitur esse cur corruptos credamus Catulli codices, saltem de consilio; inhaerendum horum uestigiis, reiciendum illud *acina*, quae fueritne unquam cum sit in ambiguo, praeferendum esse Ebrioso acino.]

EXCVRSVS ad XXXVI. 15.

Durracenorum codex Vindobonensis Liu. XLIV. 30. (Schuchardt Vokalismus des Vulgarlateins I. 233). Rarius tamen inuenitur.

EXCVRSVS ad XXXVII. 10.

Frontem tabernae scorpionibus scribam.

Ex conjecturis quas de hoc loco interpretes protulerunt, uulgatissimae sunt hae scipionibus scorpionibus. Et scipionibus quidem quod baculis semiustis interpretantur (sic Conr. de Allio) quanquam ad sententiam satis commodum, uix Latine dici iudico. Esto enim: bacula sunt scipiones (σκῆπτρα) at semiusta per se non sunt; sed nisi semiustis baculis hic non opus est; nisi forte putamus baculis Catullum ideo tabernae frontem picturum fuisse, ut fustes moechis minitaretur. Nec multum placet id quod post Marcilium coniecit H. A. Kochius (Symb. Philol. Bonnensium p. 316) scriptionibus, quamuis huiusmodi repetitiones ut Plauto inprimis ita Catullo minime sint alieni. Cf. VII. 9 Tam te basia multa basiare XIV. 3 Odissem te odio Vatiniano XXII. 14 Idem infaceto est infacetior rure XXIII. 18 Hanc ad munditiem adde mundiorem. Sed ut taceam quam longe distet scriptionibus ab eo quod habent codices sopionibus uix ad iram fastidiumque satis nec satis clare hoc dictum uidetur. Nam si conscribillare se tabernam uelle Catullus dixit, uix credo dicturum fuisse nisi adiectis iis quae scripturus erat; certe omissa tali definitione languet nescio quo modo ista mera uocabuli geminatio. Ad rem illustrandam utilis est locus Petroni Sat. 21, p. 23 Buecheler.

Intrauerunt palaestritae complures et nos legitime perfusos oleo refecerunt. utcunque ergo lassitudine abiecta cenatoria repetimus et in proximam cellam ducti sumus, in qua tres lecti strati erant et reliquus lautitiarum apparatus splendidissime expositus. iussi ergo discubuimus, et gustatione mirifica initiati uino etiam Falerno inundamur. excepti etiam pluribus ferculis cum laberemur in somnum, 'itane est?' inquit Quartilla 'etiam dormire uobis in mente est, cum sciatis Priapi genio 'peruigilium deberi?'

Cum Ascyltos grauatus tot malis in somnum laberetur, illa quae iniuria depulsa fuerat ancilla totam faciem eius fuligine longa perfricuit et non sentientis labra humerosque sopitionibus pinxit.

Quid in sopitionibus lateat incertum est. A litterarum ductu proxime abest sopiti titionibus cf. Priap. XIV. 10 quod exhibere marg. L. docet Buechelerus; neque hoc idcirco respuendum est quod non sentientis praecedat, nam horum uerborum ἐπεξήγησις potest esse sopiti 'non sentientis ut qui sopitus esset.' Quod ipse Buechelerus dedit 'supini carbonibus' (carbonibus Hildebrandus) uix puto in sopitionibus corrumpi potuisse. H. A. Kochius scriptionibus hic quoque legendum censet; cui nescio an non praetulerim Heinsii

emendationem scopionibus; nihil enim ad rem aptius erat quam ut uino marcens ancilla ebrio temulentiam exprobrans scopionibus h.e. uuarum pediculis tanquam penicillis faciem eius depingeret. Omnia enim hic ad ebrietatem referuntur 'gustatione mirifica initiati 'uino Falerno inundamur' 'alii circa pedes discumben-'tium sparsi iacebant, alii parietibus appliciti, quidam in 'ipso limine coniunctis marcebant capitibus,' lucernae defectae, fracta a Syris lagena, ancilla super torum marcens, fures cum deprehensi essent excitata parte ebriorum stertentes tanquam olim dormissent[1]. Scopiones h. e. pediculos uuarum usurpauit Columella XI. 39. 3 *Vbi satis corrugata erunt acina demito et sine* scopionibus (scipionibus codd.) *in dolium conicito.* Eodem uocabulo usus est pro pediculis asparagi XI. 3. 46 *Stilus asparagi qui nouissime autumnali tempore nascitur, non omnis est tollendus sed aliqua pars eius in semen submittenda est. Deinde cum spinam fecerit electis seminibus ipsis* scopiones (scorpiones codd.) *ita uti sunt in suo loco perurendi sunt,* ubi scopiones Columella dicit quas scopas Palladius IV. 9. 12 *Postea* scopas *eius* (*asparagi*) *incendes.* Varro R. R. I. 54. 2 scopiones uuarum scopos appellat. *Quae calcatae uuae erunt earum* scopi *cum folliculis subiciendi sub prelum, ut si quid reliqui habeant musti exprimatur in eundem lacum.* Ib. II. 4. 16 *Si fundus ministrat, dari solent uinacea ac* scopi *ex uuis,* ubi codices scopei uel scropei exhibent, et sic Cato R. R. CXII. 3 *Tum acina de uuis miscellis decerpito de* scopio (scopione Politianus); *in idem dolium usque dum impleueris comprimito.* Sed utcunque de Petronii loco statutum fuerit, Catullus Scopionibus uix potuit dicere. Nihil enim hic de temulentia, quanquam in tabernis huiusmodi saepius bibebant, cf. Copae uersus 3–8 *Ebria fumosa saltat lasciua taberna κ.τ.λ.* Neque scopiones uuarum quanquam iis facies dormientis pingi potuit, satis magna uel clara res ut Catulli usibus inseruirent. Hinc scorpionibus legendum censeo. Scorpiones enim moechorum sedibus subiectos fuisse docet Plato comicus in Phaone fr. I. 21 (Mein. II. 673)

Τρίγλη δ' οὐκ ἐθέλει νεύρων ἐπιήρανος εἶναι.
Παρθένου Ἀρτεμίδος γὰρ ἔφυ καὶ στύματα μισεῖ.
Σκορπίος αὖ—
B. *παίσειέ γε σοῦ τὸν πρωκτὸν ὑπελθών.*

Sic enim post Elmsleium scribunt Dindorfius et Meinekius. Codices

[1] Disseruit de Petronii loco Munro (*Criticisms and Elucidations* p. 116 sqq.). Idemque pro sopionibus emendauit pusionibus quod ex Apul. ix. 7, Cael. xv. 36 uix satis defensum arbitror.

habent uariam lectionem *παύσειέ γε* nec orationem post *αὖ* interrumpunt. Iacobsius coni. *παύσει σε πόνου* quod sane eo commendatur quod continuus fit hexameter. Nam ex uersibus 22 hic seruatis iambi 7 Platonis sunt, ceteri hexametri siue a Philoxeno scripti siue a Platone ad inridendum Philoxenum, ut Bergkio placet. Nam in iambis duae personae inter se locuntur, post senarium autem quintum unus interponitur hexameter; secuntur duo senarii (7, 8); ceteri uersus hexametri sunt. Itaque haud scio an recte Elmsleius uersum post *αὖ* abruperit. Sed siue hoc modo eum scripseris siue ut Iacobsius similis euadet sententia. Nam *παίσειέ γε σοῦ* uotum erit interpellantis *παρ' ὑπόνοιαν*. A. 'Scorpius autem,' B. 'utinam tibi anum pungat 'suppositus' quibus uerbis inridet magnificentius recitantem, *παύσει σε πόθου* uel *παύσειε πόθου* hoc sensu dicetur 'Mullus quidem Venerem 'non adiuuat; scorpius uero omnino exstinguit—si quando eum in 'sede adulter senseris.'

Restat tamen altera quaestio, scorpiones animalia terrestria an pisces significentur. Et in Platonis quidem uersu piscem saltem primario loco significari necesse est; totus est enim de piscibus. Sic Heniochus in Polypragmone fr. III. (Mein. III. 561)

> *ὁρῶ δὲ θαῦμ' ἄπιστον, ἰχθύων γένη,*
> *περὶ τὴν ἄκραν παίζοντα κωβίους σπάρους*
> . . . . . .
> *τρίγλας ἐλεδώνας σκορπίους.*

Mnesimachus in Hippotropho 45 (Mein. III. 570)

> *κεστρεὺς σκορπίος ἔγχελυς ἄρκτος*

cf. Athenaeum in 313, 321 libri VII qui totus est de piscibus qui comeduntur. Eodem modo mugiles in adulterorum poena usitatos fuisse ex Iuuenale notum X. 317 *quosdam moechos et mugilis intrat*, ubi Scholiasta *Mugilis piscis grandi capite, postremus exilis, qui in podicem moechorum deprensorum solebat immitti*, cf. Cat. XV. 18, 19

> Quem attractis pedibus patente porta
> Percurrent raphanique mugilesque

Scorpius uel Scorpio piscis inuenitur etiam apud Ouidium Halieut. 116 *Et capitis duro nociturus Scorpios ictu* Plin. H. N. XX. 150, XXXII. 44, 67, 70, 94, 102, 127, 128, 151 ubi usus eius in medicina dicuntur, fortasse etiam Catonem R. R. 158 *eo addito brassicae coliculos II.... mutulorum L. 11, piscem capitonem et scorpionem I, cochleas VI et lentis pugillum.* His indiciis fretus credideram piscem scorpionem

et a Platone et a Catullo significari, et sic de Platone iudicarunt Gesnerus in Aquatil. s. u. Scorpio, Schweighaeuserus apud Athenaeum, Vossius ad Cat. XV. 19. Sed obstant haec. Apud Athenaeum sic legitur VI. 246. Ἀριστόδημος ἱστορεῖ Βίθυν τὸν Λυσιμάχου τοῦ βασιλέως παράσιτον ἐπεὶ αὐτοῦ εἰς τὸ ἱμάτιον ὁ Λυσίμαχος ἐνέβαλε ξυλινὸν σκορπίον ἐκταραχθέντα ἀναπηδῆσαι. Ib. XIV. 614 Φιλογέλως δ' ἦν καὶ Δημήτριος ὁ Πολιορκητής, ὥς φησι Φύλαρχος ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἱστοριῶν· ὅς γε καὶ τὴν Λυσιμάχου αὐλὴν κωμικῆς σκηνῆς οὐδὲν διαφέρειν ἔλεγεν. ἐξιέναι γὰρ ἀπ' αὐτῆς πάντας δισυλλάβους, τόν τε Βίθυν χλευάζων καὶ τὸν Πάριν μεγίστους ὄντας παρὰ τῷ Λυσιμάχῳ καί τινας ἑτέρους τῶν φίλων, παρὰ δ' αὐτοῦ Πευκέστας καὶ Μενελάους ἔτι δὲ Ὀξυθέμιδας. Ταῦτα δ' ἀκούων ὁ Λυσίμαχος· ἐγὼ τοίνυν, ἔφη, πόρνην ἐκ τραγικῆς σκηνῆς οὐχ ἑώρακα ἐξιοῦσαν· τὴν αὐλητρίδα Λαμίαν λέγων. Ἀπαγγελθέντος δὲ καὶ τούτου πάλιν ὑπολαβὼν ὁ Δημήτριος ἔφη, Ἀλλ' ἡ παρ' ἐμοὶ πόρνη σωφρονέστερον τῆς παρ' ἐκείνῳ Πηνελόπης ζῇ. Bithys uidelicet cum esset ex intimis Lysimachi et stuprum cum eius adultera uxore fecisset, Lysimachus ei poenam per lignei scorpionis imaginem minitatus est. Ligneum enim scorpionem non piscem fuisse et ex prouerbiis apparet huiusmodi (Athen. XV. 695)

Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος, ὦ 'ταῖρ', ὑποδύεται.
φράζευ μή σε βάλῃ· τῷ δ' ἀφανεῖ πᾶς ἕπεται δόλος.

et ex eo quod scorpionis piscis forma ab alio pisce uix poterat dignosci, scorpione uerme nihil notius tritiusue[1]. Adde quod inter coitum ac scorpiones credebatur aliquid esse commune; nam et secundum Plinium (H. N. XXVIII. 44) scorpionis morsu icti coitu leuantur et in Zodiaci distributione *scorpios inguine gaudet* Manil. II. 462. Nec iure mireris quod scorpius sedi suppositus fuerit, cum Lucilius dixerit apud Nonium 65 *Si natibus natricem impressit crassam et capitatam.* At scorpiones ignoti Romanis. Audi Plinium H. N. XI. 89 *Sane Psylli qui reliquarum uenena terrarum inuehentes quaestus sui causa peregrinis malis impleuere Italiam, hos quoque importare conati sunt, sed uiuere intra Siculi caeli regionem non potuere. Visuntur tamen aliquando in Italia sed innocui multisque aliis in locis ut circa Pharum in Aegypto.* Fronto V. 8 Naber *Cum cubiturus irem, scorpionem in lecto offendi: occupaui tamen eum occidere, priusquam supra accumberem.* Potuit igitur scorpionis forma nota esse Romanis; quanquam ne hoc quidem necessarium erat, nam Catullus fortasse Graecum aliquem imitatus est quemadmodum XV. 19 raphanos mugilesque uidetur a Graecis desumpsisse. Vt iam ad Platonem redeamus, quid de uersu

[1] Scorpionis figura qualis in taberna poterat a Catullo pingi inuenitur inter caetera signa zodiaci clypeo insculpta apud Fiorelli *Giornale degli Scaui di Pompei* 1862, p. 80.

scribendum est quem supra [illegible]? Non est cur multum haereas, nam ex utraque lectione [illegible] [illegible] [illegible]. Nam si codices secuti scribemus

[illegible]

poeta incipit quasi de pisce dicturus, sed cum subisset uermis ille scorpio, loco hinc petito uersum clausit: sin uerba cum Elmsleio post αὖ interrumpemus, altero sensu poeta piscem dixit, altero uermem is qui poetae uerba recitantem interpellat. Hic si quis dicat uermem quidem scorpionem significatum a Catullo, pisci enim in tabernae fronte locum non dari, idem tamen neget scorpionum in moechorum supplicio mentionem fieri nisi piscium; quaerendam igitur aliam rationem uersum explicandi: possis locos afferre quales sunt Photii p. 629 ed. Porson Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος· ἐλλείπει ὕπεστι· λέγεται ἐπὶ τῶν κακοήθων καὶ ἐπὶ ἐριστικῶν. Id. p. 326 Ὀκτώπουν· Κρατῖνος Θράτταις· Ὀκτώπουν ἀνεγείρεις· ἀντὶ τοῦ σκορπίον· παροιμία γάρ· Σκορπίον ὀκτώπουν ἀνεγείρεις· ἐν δὲ ταῖς Αἰσχύλου Ξαντρίαις ἡ Λύσσα ἐπιθειάζουσα ταῖς Βάκχαις φησίν· ἐκ ποδῶν δ᾽ ἄνω | ὑπέρχεται σπαραγμὸς εἰς ἄκρον κάρα | κέντημα γλώσσης σκορπίου βέλος λέγω. Hesychius Σκορπιαίνεται· ἐρεθίζεται. Suidas Σκορπιαίνεσθαι· ἀποθηριοῦσθαι, τραχύνεσθαι· ἀπαυθαδίζεσθαι . . . . Προκόπιος. Ἦν δὲ ἄρα ἡ Θεοδώρα σκορπιώδης (τουτέστι πληκτική) καὶ ὀργὴν σκοτεινή. Quibus ex omnibus apparet scorpiones dictos fuisse morosos et iracundos homines (utor uerbis Hildebrandi ad Apul. IX. 17) qui ἠρκότες τὸ κέντρον, ᾄττοντες δεῦρο κἀκεῖσε (Demosth. 786) icunt inopinantes. Tales solent esse zelotypi mariti; talis erat Barbarus ille apud Apuleium (IX. 17) quem *Scorpionem prae morum acritudine uulgus appellabat*, uxorem autem mira custodela domi suae solitum cohibere adulter Philetaerus elusit. Itaque cum scorpio piscis moechorum sedes poenae loco intrasse uideatur, idem autem nomen animalis terrestris fuerit et quidem notissimi, dixeris aut quod utriusque commune esset uim πληκτικὴν (cf. Athenaeum VII. 720) fecisse ut uermi tribueretur quod pisci proprium esset, aut coniuncto duplici sensu simul adulteri supplicium significasse scorpiones, simul mariti ultionem.

Illud etiam poterat subesse causae cur *scorpionibus* tabernam Catullus scriberet, quod inter eos qui ibi Lesbiam amabant fuit Egnatius ex urina factus homo (u. 19), et ob hanc rem Urioni siue Orioni comparandus quem, ex urina Iouis Neptuni Mercurii genitum, cum Dianam uiolare adgrederetur, diua immisso scorpione interfecit: quod narrasse traditur Euphorion a scholiasta Veneto ad Hom. Il. Σ. 486. Schol. Od. V. 121 οἱ οὖν θεοὶ ἐλεήσαντες αὐτὸν δι᾽ ἄστρων ὑπεζωγράφησαν αὐτὸν ἐν τῷ

οὐρανῷ μετὰ σκορπίου. Arat. Phaen. 637–646: cf. Schol. Germ. Arateorum p. 63 Breysig. Quod si uerum est hoc innuit Catullus. 'Putatisne, Egnati caeterique qui cum eo Lesbiam meam amatis tanquam solis liceat totum gregem puellarum constuprare, impune uobis id fore? Non hoc sic abibit: nam ego poenam uobis denuntio, aptam talia molientibus. Sicut enim Orionem, ex urina genitum, propter tentatam pudicitiam Diana scorpione immisso interfecit, sic ego uos, Lesbiam tentantes, uestrumque Egnatium, hominem totum ex urina factum, adulterorum poena afficiam, idque inscriptis per frontem lupanaris scorpionibus significabo.'

Postquam haec scripseram allata est mihi ingeniosa sane coniectura Rudolfi Peiperi, quam in Museo Rhenano anni 1877 p. 522 uulgauit. Nam Marius Plotius Sacerdos de Tropis p. 461. 30 in Keilii Gram. Lat. VI. Fasc. 2 haec habet. *Astismos fit tribus modis . . . per similitudinem, quomodo dictum est . . . illud de Pompeio, qui coloris erat rubei, sed animi inuerecundi. 'Quem non pudet et rubet, 'non est homo sed ropio,' ropio autem est aut minium aut piscis robeus aut penis.* Hinc Peiperus reponendum in Catulli uersu ropionibus arbitratur; de Pompeio enim sic dictum fuisse *non homo sed ropio* quemadmodum de Mamurra a Catullo Non homo, sed uero mentula magna minax.

Et rōpio quidem o productam habere satis probatur ordine uerborum *Quem non pudet et rubet non est homo, sed ropio*, in quibus Sotadeum agnouit Hauptius: neque est cur in dubitationem uocetur militare conuicium de Pompeio qui *oris probi animo inuerecundo* a Sallustio apud Sueton. Gramm. XV. dictus sit, qualia ab eodem Suetonio in Caesarem notissima memorantur (Jul. XLIX, LI). Sed iure mihi uidetur Keilius dubitasse ipsum illud ropio num incorruptum sit. Nam siue rubei coloris significationem habet, ut Keilius censet, siue ad ῥῶπος ῥῶπες referendum est, quod Peipero placuit, miror nusquam alias legi pro mentula positum: quae autem tradit Sacerdos de significatione uocabuli adeo fluctuant ut non multum auctoritatis in iis sit. Nam si ex *rub- ruf-* (*rof-*) ductum est, unde illa inuecta est nusquam alias in his obuia *p*? Vide Corssen. I. p. 369. Nec uero potuit a Rufione[1] corrumpi, quod nomen quinquies in inscr. ante C. Caesaris mortem C. I. L. I. 728, 737, 1032, 1068, 1093, semel legitur in Pompeianis 1847, septies in Hispanis 4420, 4970.

[1] Nomen Sopionis bis scriptum est in Pompeiana Inscriptioue 1700 cum Syuerote coniunctum.

EXCVRSVS ad XXXVII. 18.

Tu praeter omnes une de capillatis
Cuniculosae Celtiberiae fili.

Hos duos uersus Priscianus bis commemorauit Inst. V. 77, VII. 22. 'Vtrobique libri in hoc uitio conspirant

Celtiberosae Celtiberiae fili

'aut in mendis quibus ipsum illud Celtiberosae amplius deprauatum est. 'Sed codex Darmstadiensis[1] saeculo XII scriptus quo Hertzius usus est 'utrobique (secundum ipsum in Keilii Grammat. III. p. 188 in VII. 22 'tantummodo) Cuniculosae praebet. Quare putandum est aut uerum 'uocabulum usque ad hunc librum deuenisse ex antiquore exemplari 'quam ex quo ceteri libri omnes deducti sunt aut fuisse saeculo XII 'uel paullo antea non indoctum hominem qui quae Priscianus attulit 'cum Catullianorum carminum aliquo exemplari[2] compararet.' Haec Hauptius in Herme I. 45, quam uere possum de meo testari. Nam ex quindecim codicibus Prisciani quos aut ipse inspexi aut ab aliis curaui inspiciendos, quattuordecim habent Celtiberosae in utroque loco, unus (Bodl. 160) in VII. 22 qui solus ex duobus locis in eo seruatur. Exscripsi uersus ut in his codicibus uariant.

V. 77

Bodl. 132	Tu praeter omnes	une de	$\overset{c}{p}$apillatis
Magd. 17		une de	capitullatis
Harl. 6501	Tu pater om̄s	une	decapellati'
Harl. 2775	Tu pt̄ om̄s	une	decapellati' interfectis
Harl. 2674	Tu (*rasura*) p̄tom̄s	une	decapillatis (t interfectis *supra*)
Harl. 2673	om̄is		
Add. 12018			decapillate

Celtiberose Celtiberie fili

Harl. 6501	filii
Burn. 236	Celtiberie *om.*

In VII. 22 non uariant nisi quod nonnulli habent pater pro praeter, Exoniensis IV Celtibero se.

Quomodo igitur euenit ut pro Cuniculosae quod recte seruatum

[1] Hic codex quem Hertzius signauit Darmstad.°, Behrensio teste Prolegom. p. xli, is est qui Coloniensis 202 saec. XI uerius appellandus erat (Wattenbach. Catal. p. 87).

[2] Eadem est Behrensii opinio Prolegom. p. xli qui Coloniensem codicem Prisciani Coloniae scriptum, et cum codice Catulli in Belgia collatum fuisse conicit.

est in codicibus Catulli Celtiberosae legeretur apud Priscianum, idque non semel tantum sed in duobus neque eiusdem libri locis? Nam nec metro satisfacit nec sententiae. Credo in altero tantum loco uersus primum citatos fuisse, hinc in alterum illatos, sed lectione iam corrupta. Et a V. 77 quidem uersus non poterant abesse, nam de uocatiuo une dicens non erat Catulli uersum praeteriturus, poterant a VII. 22 ubi ad illustrandum praeceptum de uocatiuis in i alia exempla suppeditabant. Puto igitur in aliquo exemplari V. 77 scriptum fuisse Cuniculo se; mox erasis mediis litteris, uel fortasse oculis scribae qui Catulli librum cum Prisciano conferebat errantibus ad XXXIX. 17 Nunc Celtiber es, Celtiberia in terra, hoc mutatum in Celtibero se, hinc Celtiberosae in VII. 22 irrepsisse. Scriba codicis Darmstadiensis unde Cuniculosae in VII. 22 acceperit, non ausim diuinare; fortasse a margine desumpsit, fortasse a glossario, uel commentario aliquo quales in Priscianum extant non pauci.

[Haec in ed. priore scripseram. Nunc Munroni potius adstipulor existumanti Priscianum siue neglegentia siue uitio aliquo mentis captum in altero locorum descripsisse Celtiberosae Celtiberiae, mox idem erratum in altero repetiisse. *Criticisms and Elucidations* p. 67].

ADDENDVM ad XLII. 16–18.

Haec sic scribenda esse censet Munro (*Criticisms and Elucidations* p. 119)

> Quod si non aliud pote, ut ruborem
> Ferreo canis exprimamus ore,
> Conclamate iterum altiore uoce κ.τ.λ.

'if nothing else can do so, in order to extort a blush from her brazen face, bawl out once more in louder tones:' uel eadem sententia

> Quod si non aliud potest, ruborem
> Ferreo ut canis exprimamus ore κ.τ.λ.

quod equidem praeferendum arbitror. Sed iam anno 1876 Pleitnerus coniecerat (Studien p. 117) idem illud pote ut, quanquam totum locum 13–24 transpositis suo arbitrio uersibus ita corrupit ut tenebras carmini non lucem offudisse uideatur.

ADDENDVM ad XLV.

De hoc carmine uide disputantem Munronem (*Criticisms and Elucidations* pp. 120–122).

EXCVRSVS ad LIII. 5.

Non praetermittendum erat quod commemorat Vossius ad Catull. p. 229, *colopaedium*. 'Sic Bruti pusionem κολοπαιδίον uocauit Martialis. Nam quo loco in Apophoretis (XIV. 171) legitur Βρούτου παιδίον, in optimis Thuaneis membranis scriptum inuenimus BROVTOUICVLOPEDIONFICHILE, proculdubio pro Βρούτου κολοπαιδίον fictile.' Hanc scripturam Thuanei codicis confirmat Schneideuinus apparatu suo, qui tamen coniecturam κολοπαιδίον Beuerlando assignat. Gloss. Bodl. Auct. T. II. 24 *colo. calatis. conocla et canistelli* (fortasse *colocalathi icunculae canistelli*).

ADDENDVM ad LV. 7–10.

Haec sic scribit Munro (*Criticisms and Elucidations* p. 130)

Femellas omnes, amice, prendi
Quas uultu uidi tamen sereno.
A uel te sic ipse flagitabam
'Camerium mihi, pessimae puellae.'

Versus 9 uerba A uel te sic ita defendit ut uel ad sic referat 'ah, even so I continued to demand you of them,' interposito sic ut in Tib. IV. 11. 3 *A ego non aliter tristes euincere morbos Optarim quam te si quoque uelle putem*, Mart. IX. 8. 9 *Dilexere prius pueri iuuenesque senesque At nunc infantes te quoque, Caesar, amant*, IV. 19. 12 et apud Lucretium *Illud in his quoque te rebus*. Pro ipse autem conicit usque.

EXCVRSVS ad LVI. 12.

Quod DG habent Hem, id fortasse antiquae scripturae uestigium est. Cod. Harl. 6514 En *demonstrantis est cum indignatione; et sine aspiratione scribitur. Iuuenalis* quam te ac iura ferentem. Hen *cum aspiratione respondentis est.* Pro hec quod cum ceteris ex hic uel heic mutatum habui, nescio an non legendum sit ecce. Coniunguntur En ecce Sen. Oed. 1004 En ecce *rapido saeua prosiluit gradu Iocasta uecors*, quod iniuria in Et ecce mutandum censet Koziol Stil des Apuleius p. 149. Apuleii Met. I. 1 En ecce *praefamur ueniam*, ubi uide Hildebrandum. VIII. 26 *Puellae, seruum uobis pulcellum* en ecce *mercatus perduxi.* X. 9 *Iussi de meis aliquem curriculo taberna promptam afferre: et* en ecce *perlatam coram exhibeo* (hen

ecce Hildebrandi Guelferbitanus 1). XI. 15 En ecce *pristinis aerumnis absolutus Isidis magnae prudentia gaudens Lucius de sua fortuna triumphat.* Gloss. Bodl. (Auct. T. II. 24) Enecce *instat et cum ue* (ui) *clare uel manifeste.* Cf. Hand. Tursellin. II. 373.

ADDENDVM ad LIX. 1.

Cum Pleitnero facit Munro (*Criticisms and Elucidations* p. 134) ita tamen ut pro rufa rufulum existumet scribi potuisse a Catullo rufa rufum anus. Nam rufus tanquam conuicium saepius inuenitur. Ter. Heaut. 1061, Plaut. Asin. II. 3. 20, Mart. II. 32, Inscriptt. Pomp. 2421, Mart. XII. 32. 4, ib. 54 : quos locos congessit Munro.

EXCVRSVS ad LXI. 16.

Retinui Mallio secutus codices, et sic scriptum est nomen in Hageni excerptis ineditis cod. Bern. 207 (p. CCXIII. 24 sqq.) *Quot sunt ista agnomina? Multa sunt .... Ex meritis, ut Torquatus Mallius, qui condam Gallum occidit, cuius torquem suo collo conectit. Mallius enim habuit nomen, pugnauit contra Gallum, occidit illum, et quia mos erat Gallis ut in suis collis aureas torquis conecterent tulit Gallo Mallius torquem et collo suo conectit.*

EXCVRSVS ad LXI. 41.

Vt lubentius, audiens.

Non absurdum duco hic afferre quod habet Gloss. Ball. *Quo libentius ubi* (? *uti*) *libenter interrogatiuus uel obiurgatiuus sermo.* Nam si obiurgatiui aliquid suberat coniunctis uerbis *quo libentius* habemus causam cur *ut* hoc loco Catullus dixerit. Certe non desunt loci ubi huiusmodi sensus subesse uideatur. Caesar B. G. VIII. 40 *Volusenus ad eam uirtutem quae singularis in eo erat magnum odium Commii adiungebat: quo libentius id faceret quod imperabatur,* 'to make him more ready to do.' Corn. Nep. Eumen. V. *Callidum fuit eius inuentum quemadmodum stans iumentum concalefieri exercerique posset, quo libentius et cibo uteretur et a corporis motu non remoueretur. Substringebat caput loro altius, quam ut prioribus pedibus plane terram posset attingere: deinde post uerberibus cogebat exsultare et calces remittere.* Nam ut illic uirtuti Voluseni quasi calcar accedit odium Commii, sic hic in pigritiam et frigus labentibus equis additur stimulus timoris ac uerberum. Quod a uirginum cantu sane alienum.

ADDENDVM ad LXI. (99.)

Proca turpia persequens.

Quod in adnotatione ad hunc locum suspicatus sum huc pertinere Gloss. Ball. Progom uituperationem id confirmatum duco ex loco Varronis de Lingua Latina VII. 80 ubi pro eo quod Muellerus dedit procare duo codices habent progare, tres prorogare. Quod potuit sane a confusis per librarium C G oriri, potuit etiam uestigium esse antiquioris scripturae, quomodo tradit Festus s. u. Prodigia. *Prodigia quod praedicunt futura permutatione g literae, nam quae nunc c appellatur, ab antiquis g uocabatur.* Ad Catulli locum pertinent etiam haec. Paul. Diac. p. 225 M. *Procitant prouocitant, citare enim uocitare est, unde procet et procit et procat dicebant pro poscit,* ib. p. 248 *procare poscere est, unde et proci et meretrices procaces, et uerbum procas id est poscis.* Iam proca scribere, porca dicere potuit Catullus eodem modo quo Crotona et Cortona crocodilus et corcodilus (Phaedr. I. 25) trapezita et tarpezita Trasumenus et Tarsumenus (Quint. I. 5. 13) scripula (Veron. Palimpsest. Plin. H. N. XIV. 41. 81) scirpula leguntur (vide Corssen *Aussprache der Latein. Sprache* I. 246). Et porcax quidem pro procax posteriori tempore scriptum fuisse testatur Diefenbachius in Supplemento Ducangiani Vocabularii. Simili modo mutantur inter se in eadem inscriptione (Momms. C. I. L. I. 199) Porcobera, Procobera qui fluuius a Genua distans duo milia passuum a Plinio H. N. III. 48 Porcifera, hodie Polceuera dicitur. Cf. pergula, pregula (Quintil. I. 5. 12) porcillaca, procillaca (sic habet cod. Vossianus antiquus Plini H. N. XX. 210), Procilius, Porcilius, Att. IV. 15. 4.

ADDENDVM ad LXII.

1. Huius uersus initium Vesper adest Riesius putat a Varrone citatum L. L. VII. 50 *Vesperugo stella quae uespere oritur, a quo eam Opilius scribit Vesperum; itaque dicitur alterum:* (*alternum* Riesius, h.e. ἀμοιβαῖον, nam διεσπέριον uidetur esse carmen quod *alternis* canebatur uespere), Vesper adest; *quem dicunt Graeci* Διεσπέριον. Quod si uere intellexit, haec est Catullianorum carminum prima quae quidem ad nos peruenerit mentio.

6. Cernitis, innuptae, iuuenes? consurgite contra.

Thuanaeus habet consurgi eretera. Hinc I. Mowat scribendum censet *Cernitis, innuptae, iuuenes* consurgere *contra?* Scriptum fuerat CONSVRG$\overset{\text{IT}}{\text{E}}$RE $\overline{\text{CRA}}$.

ADDENDA ad LXIII.

5. Deuoluit ile acuto sibi pondere silicis.

Videtur ile simili modo dixisse Catullus quo palear Seneca in Hippolyto 1044, quod haud scio an usquam alias reperiatur in singulari positum. Ile haud dubie reponendum erat in carmine de Perdica quod Behrensius edidit 167 pro eo quod codex habet ille.

Pro Deuoluit Pleitnerus (Studien p. 37) coniecit Dissoluit.

9. Typanum, tubam Cybelles, tua, mater, initia.

Pro tubam coni. Munro (*Criticisms and Elucidations* p. 142) *typum* uel *tupum*, h. e. icunculam Attidis uel Cybeles, allatis locis ex Dionysio (Antiq. II. 19), Polybio ap. Suidam (s. u. Γάλλοι), Herodoto (VI. 9) ubi *τύμπανα καὶ τύποι* coniunctim memorantur.

75. Munro sic scribit

Geminas deae tam ad auris noua nuntia referens.

' bringing with them to the two ears of the goddess tidings so strange and novel.'

77. Pro Laeuumque coni. Pleitnerus et K. P. Schulzius Saeuumque. Mox in u. 82 fremitum quod est in Datano tanquam uehementius Pleitnerus censet retinendum (Studien p. 40) fortasse recte.

ADDENDVM ad LXIV. 16.

Hunc uersum Munro sic scribit p. 146

Illac (quaque alia?) uiderunt luce marinas.

ADDENDVM ad LXIV. 23.

Versus lacinias sic resarcit Munro p. 147

Heroes saluete, deum gens, o bona matrum
Progenies saluete iter*umque iterumque bonarum.*

nam deum gens etiam Vergilium scripsisse *uigilasne deum gens Aenea?* matrum autem bonam progeniem bonarum sic a Catullo dictum esse ut ab Euripide in Meleagro fr. 524 Nauck. *Ἠγησάμην οὖν εἰ παραζεύξειέ τις Χρηστῷ πονηρὸν λέκτρον, οὐκ ἂν εὐτυχεῖν, Ἐσθλοῖν δ' ἀπ' ἀμφοῖν ἐσθλὸν ἂν φῦναι γόνον.*

ADDENDVM ad LXIV. 109.

Pro cum eius obuia coni. Munro p. 149, comeis obit obuia, collatis Aen. XII. 209, Geor. II. 368.

EXCVRSVS ad LXIV. 241–245.

Videtur haec respexisse scholiasta Ibidos 497 ut in codice C. C. C. seruatus est *Egeum patrem Thesei tangit cui Theseus ad minotaurum tendens cum nigris uelis quod erat signum tristicie promiserat se mutaturum nigra uela in alba si minotaurum uinceret quo tandem uicto Atheseo naute pro leticia abliti* (*l. obliti*) *sunt mutare uela quae quia in reditu pater de arce sua nigra uidit filium suum putans mortuum de eadem arce se in mare precipitauit.*

EXCVRSVS ad LXIV. 270.

Nescio an legendum sit *proclinas.* Gloss. Bodl. Auct. T. II. 24 *Procline. prone inclinate.*

EXCVRSVS ad LXIV. 287.

Magnesson linquens Doris celebranda choreis.

Eustathius ad Hom. Il. B. 756 Τῆς δὲ κατοικήσεως τῶν Ὁμηρικῶν Μαγνήτων σημεῖα καὶ ταῦτα παρὰ τῷ Στράβωνι δίχα τῶν πρὸ ὀλίγου ῥηθέντων περὶ Κραννῶνος καὶ Γυρτῶνος. Φεραὶ πέρας φησὶ τῶν Πελασγικῶν πεδίων πρὸς τῇ Μαγνησίᾳ ἃ παρατείνει μεχρὶ Πηλίου στάδια ἑκατὸν ἑξήκοντα. λέγει δὲ καὶ ὅτι πρόκεινται Μαγνήτων νῆσοι Σκίαθος Πεπάρηθος Σκῦρος καὶ ἕτεραι. ὁ γοῦν ταύτας εἰδὼς εἰδείη ἂν καὶ τὴν αὐτῶν περαίαν Μαγνησίαν. ἐν δὲ τῷ τοιούτῳ τόπῳ λέγει ὁ γεωγράφος καὶ ὅτι μάλιστα δὲ ἐν ὀνόματι τούτεστιν ὀνομαστὴ ἡ Σκῦρος διὰ τὴν Λυκομήδους πρὸς Ἀχιλλέα οἰκειότητα καὶ τὴν τοῦ Νεοπτολέμου ἐκεῖ γέννησιν καὶ τροφήν . . . . ὑποδηλῶν δὲ καὶ εἰς ὅσον ὁ ποιητὴς τοὺς παρ' αὐτῷ τούτους ἐστενοχώρησε, λέγει ὅτι Μάγνητας τούτους νομιστέον τοὺς ἐντὸς τῶν Τεμπῶν ἀπὸ Πηνείου καὶ Ὄσσης ἕως Πηλίου . . . . ἰστέον δὲ καὶ ὅτι ὁ ἐκ νεφέλης Κένταυρος Μάγνης ἦν, ὡς ἐν τοῖς τοῦ Πινδάρου δηλοῦται, ὃς καὶ Μαγνησίαις ἵπποισιν συναναχρωννύμενος ἐκ τοιούτου σπέρματος τοὺς ἱπποκενταύρους ἔφηνε. Pind. Pyth. II. 44 Κένταυρον ὃς | ἵπποισι Μαγνητίδεσσιν ἐμίγνυτ' ἐν Παλίου | σφυροῖς. Hinc et quod Centauri cum Magnetibus coniunguntur, inprimis Cheiron, cui Μάγνητες ἀπαρχὰς κομίζουσι· ῥίζαι γάρ εἰσι καὶ βοτάναι δι' ὧν ἰῶντο τοὺς κάμνοντας (Plutarch. Sympos. III. 1), Magnessas hoc loco Catullum induxisse credo. Easdem Doras duabus de causis potuit uocare. Nam (1) Dorae sunt Thessalae. Herod. I. 56 τὸ δὲ πολυπλάνητον κάρτα· ἐπὶ μὲν γὰρ Δευκαλίωνος βασιλῆος οἴκεε γῆν τὴν Φθιῶτιν· ἐπὶ δὲ Δώρου τοῦ Ἕλληνος τὴν ὑπὸ τὴν Ὄσσαν τε καὶ τὸν Οὔλυμπον χώρην, καλεομένην δὲ Ἱστιαιῶτιν· ἐκ δὲ τῆς Ἱστιαιώτιδος ὡς ἐξανέστη

ὑπὸ Καδμείων, οἴκεε ἐν Πίνδῳ Μακεδνὸν καλεόμενον· ἐνθεῦτεν δὲ αὖτις ἐς τὴν Δρυοπίδα μετέβη καὶ ἐκ τῆς Δρυοπίδος οὕτως ἐς τὴν Πελοπόννησον ἐλθὸν Δωρικὸν ἐκλήθη. Steph. Byzant. s. u. Δώριον. Μέμνηται τῆς Δωρίδος τῆς Θετταλικῆς Χάραξ ἐν ζʹ τῇδε γράφων περὶ Θεσσάλου τοῦ Αἰάτου νικήσαντος τοὺς ἐν Ἄρνῃ Βοιώτους· ὁ δὲ Θέσσαλος οὐδὲ τὴν τετάρτην μοῖραν τῆς ἐπωνυμίας μετέβαλεν, ἀλλ' Ἱστιαιῶτιν αὐτὴν ὡς πρὶν καλεῖσθαι εἴασε. κεῖται δὲ πρὸς δυσμῶν τοῦ Πίνδου. Δῶρος δὲ αὐτὴν ὁ Ἕλληνος εἴληχε τὰ πρῶτα καὶ Δωρὶς ἀπ' ἐκείνου ἐκαλεῖτο πρότερον, ὕστερον δὲ Ἱστιαιῶτις μετωνομάσθη. (2) *Dorae* choreae proprie dicuntur quae a nudis saltantur. Anacr. fr. 60 ἐκδῦσα χιτῶνα δωριάζειν, ubi Bergkius affert Schol. Eurip. Hec. 933 λέχη δὲ φίλια μονόπεπλος | λιποῦσα Δωρὶς ὡς κόρα. Αἱ Λακεδαιμόνιαι κόραι διημέρευον ἄζωστοι καὶ ἀχίτωνες, ἱμάτιον ἔχουσαι πεπορπημένον ἐφ' ἑκατέρου τῶν ὤμων· καὶ Καλλίμαχος· Ἔσκεν ὅτ' ἄζωστος χἀτερόπορπος ἔτι· καὶ ἐν ταῖς ἀρχαίαις γραφαῖς οὐκ ὀλίγα ὧδε ἔσταλται· καὶ δωριάζειν τὸ γυμνὰς φαίνεσθαι τὰς γυναῖκας, unde φαινομηρίδες uocabantur; cf. Androm. 598 γυμνοῖσι μηροῖς καὶ πέπλοις ἀνειμένοις et ibi Paleium. Eustath. ad Il. 975. 30 Αἴλιος γοῦν Διονύσιος δωριάζειν φησὶ τὸ παραφαίνειν καὶ παραγυμνοῦν πολύ τι τοῦ σώματος· αἱ γὰρ κατὰ Πελοπόννησόν, φησι, κόραι διημέρευον ἄζωστοι καὶ ἀχίτωνες, ἱμάτιον μόνον ἐπὶ θατέρᾳ ἐπιπεπορπημέναι· καὶ ὅρα ἐνταῦθα διαφορὰν χιτῶνος καὶ ἱματίου. Παυσανίας δὲ καὶ αὐτὸς δωριάζειν φησὶ τὸ παραγυμνοῦσθαι· Δωρικὸν γάρ, φησι, τὸ παραφαίνειν τὸ σῶμα διὰ τὸ μήδε ζώνας ἔχειν, τὸ πολὺ δὲ χιτῶνας φορεῖν, ἐν δὲ Σπάρτῃ καὶ τὰς κόρας γυμνὰς φαίνεσθαι. καὶ ὅρα ὡς ὁ Διονύσιος μὲν ἀπέφησε τῶν Δωριάδων τὸ χιτωνοφορεῖν, Παυσανίας δὲ χιτῶνας φορεῖν αὐτὰς ἔφη, πλὴν οὐκ ἀεὶ ἀλλ' ὡς ἐπὶ πολύ. Ad eandem sententiam dixit Euphorion ap. Pollucem (IV. 95) Ὀρχόμενον χαρίτεσσιν ἀφάρεσιν ὀρχηθέντα (Meinek. Analect. Alexandrina p. 106). Iam Magnesson Catullus ita potuit dicere ut Tibullus Cimmerion (Κιμμερίων) IV. 1. 64, Varro Attices philosophiae, chorean astricen, physicen, Delphice columna, Odyssian lymphon Ludon flumen.

[Haec ut in ed. priore scripseram retinui, quanquam haesitans ut in loco desperato; nunc cum *Doris* nullo modo uerum uideatur, possit autem aut ex *Horis* aut ex *cloris* profluxisse, uersum sic refingendum arbitror

Aemonisin linquens Chlori celebranda choreis

Steph. Byz. Αἱμονία, ἡ Θετταλία, ἀπὸ Αἵμονος· Αἵμων δὲ υἱὸς μὲν Χλώρου τοῦ Πελασγοῦ, πατὴρ δὲ Θεσσαλοῦ, ὡς Ῥιανὸς καὶ ἄλλοι. Id ex Rhiano si Catullus sumpsit, non mirum si dixit obscurius; potest tamen Rhianus finxisse Chlorum choreas Thessalarum circa Tempe ducentem, ut hoc modo uiridem loci aspectum indicaret. Catullo *Viridantia Tempe*, Plinio (IV. 31) *Penius amoenus circa ripas gramine dicitur:* quibus adde

Aristid. I. p. 256 (448) καλλίστους στεφάνους ἀνῆκεν ἡ γῆ περὶ τὴν ὄχθην ἑκατέραν.]

EXCVRSVS ad LXIV. 300.

Quod in commentario suspicatus sum *Iri* hic scribendum esse, eodem possunt referri quae de Aselenis montibus tradit Etym. M. 153, 4 Ἀσέληνα ὄρη οὕτω καλούμενα ἅπερ οἱ μὲν παρὰ τὴν Τραχῖνα εἰρῆσθαι, ὡς Ῥιανὸς ἐν τῷ ιδ' Ἡρακλείας. Νίκανδρος δὲ ἐν τοῖς Αἰτωλικοῖς (Αἰτωλοῖς codd.), ὅτι, φησίν, ἐν αὐτοῖς τῆς σελήνης τῷ Ἐνδυμίωνι συγκαθευδούσης συνέβαινε τοὺς ἄλλους τόπους ἀσελήνους εἶναι καὶ μὴ μετέχειν τούτους θειοῦ φωτός. Haec si recte sic post Sylburgium scripserunt Gaisfordus et Meinekius Anal. Alex. p. 179, Aseleni uocabantur montes circa Trachinem siue montes Iri. Causa nominis in eo quod Luna dum hic moratur obscura facta est; quod consulto potuit Catullus memorare, cum teste Staphylo apud Schol. Ap. Rhod. IV. 816, quem locum Marcilius attulit, Pelei nuptiae celebrabantur tempore ἐν ᾧ ὕδατα πολλὰ καὶ πνεύματα ἐξαίσια, ut crederentur di μετ' ὄμβρου καὶ χειμῶνος aduenisse. Hanc fama traditam procellam a Marcilio creditur significasse Catullus dum Phoebum Hecatenque h. e. solem et lunam solos a nuptiis Pelei afuisse dicit: neque aliud erit quod post addidit *cultricem montibus Iri*[1]. Quae enim lucem dare nuptiis nolebat, merito potuit ibi latere, ubi cum esset, propinquae regiones in obscuro erant: siue in caelo morata est, fecit hoc ne lucem daret; quod quia saepius fecerat dum in Aselenis montibus siue amori indulgens siue aliam ob causam latet, non sine ui quadam *cultrix Iri*, quanquam in alio loco latens, inducitur[1].

ADDENDVM ad LXV. 9.

Versum Datani Alloquar, audiero nunquam tua loquentem Munro p. 154 tanquam interpolatum reicit, ipse hunc commentus est

Numquam ego te primae mihi ademptum in flore iuuentae.

EXCVRSVS ad LXVI.

Βερενίκης Πλοκάμου quo nomine Elegiam suam signasse uidetur Callimachus, cf. Schol. Arati Phaenom. 146, pauca quae quidem certo huc referas supersunt fragmenta. Sunt enim tria. Schol. Arati

[1] Non possum adstipulari K. P. Schulzio censenti *relinquens* et ad *caelo* et ad *montibus*, quae ambo pro datiuis habet, referendum esse. Vide eius recensionem commentarii mei Zeitschrift für Gymnasialwesen 1877 p. 705.

Phaenom. 146 Κόνων ὁ μαθηματικὸς Πτολεμαίῳ χαριζόμενος Βερενίκης πλόκαμον ἐξ αὐτοῦ κατηστέρισε. τοῦτο καὶ Καλλίμαχός που φησὶν

Τῇδε (codd. Ἠδὲ) Κόνων μ' ἔβλεψεν ἐν ἠέρι τὸν Βερενίκης
Βόστρυχον ὄντ' ἄρα κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖσιν.

ὃν κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς uulgo et sic Bergkius. Catullus sic expressit

Idem me ille Conon caelesti numine uidit
E Beronicaeo uertice caesariem
Fulgentem clare, quam multis illa dearum
Leuia protendens brachia pollicita est.

Vnde Scholiasten credo fragmenta in unum congessisse quattuor uersuum. Scripserat Callimachus hoc modo

(1) Τῇδε Κόνων μ' ἔβλεψεν ἐν ἠέρι τὸν Βερενίκης
(2) Βόστρυχον
(3) ὅν τ' ἄρα κείνη
(4) πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς.

Nam post Βόστρυχον exciderunt nonnulla quae Catullianis istis *Caelesti numine Fulgentem clare* (8, 9) responderent.

(2) Etym. M. s. u. Θηλαμών. Εἴρηται γὰρ καὶ θηλυκῶς κάρη ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ

σήν (codd. ἥν) τε κάρην ὤμοσα σόν τε βίον.

Catullus (40) adiuro teque tuumque caput.

(3) Schol. Apollon. Rhodii I. 1323 Χάλυβες ἔθνος Σκυθίας, ὅπου ὁ σίδηρος γίνεται. Καλλίμαχος· Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος. Id. II. 373 ἐκλήθησαν δὲ Χάλυβες ἀπὸ Χάλυβος τοῦ Ἄρεως υἱοῦ· μέμνηται αὐτῶν καὶ Καλλίμαχος.

Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος
Γειόθεν ἀντέλλοντα κακὸν φυτὸν οἵ μιν ἔφηναν.

Catullus (48) Iuppiter, ut Chalybum omne genus pereat
Et qui principio sub terra quaerere uenas
Institit ac ferri stringere duritiem.

Vnde a plerisque Callimachus sic scripsisse creditur

Ζεῦ πάτερ, ὡς Χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος.

Ex his tribus fragmentis uidetur Catullus liberius quidem Callimachum expressisse ita tamen ut plerumque eundem uersuum seruaret numerum. Incerta sunt quae nunc subicio. Etym. M. s. u. Ἀσσύριοι. Ἀσσύριοι τὸ ἔθνος. Καλλίμαχος Ἠ (ᾗι' Porsonus) ἀπ' (ἐπ' Blomfieldus) Ἀσσυρίων ἡμεδαπὴ στρατίη.

Haec ad Comam Beronices 12 Vastatum finis iuerat Assyrios pertinere censebat Anna Fabri, et post eam Blomfieldus et Bergkius negantibus Boissonadio Naekio Schneidero Callim. II. p. 420.

Eustath. ad Hom. Odyss. XXIII. p. 812 Ἤδεα· Ἰωνικῶς. Καλλίμαχος. Ἤδεα μᾶλλον ἐγώ κοτε. Haec ad u. 26

At te ego certe
Cognoram a parua uirgine magnanimam

refert Naekius in Hecale p. 163, probante Heckero.

Suidas s. u. Περίθριξ. ὁ ἀπὸ γενετῆς πλόκαμος, ὁ μηδέπω καρείς. ἔτι πλοκάμοιο περίθριξ, quae uerba ad Comam Beronices pertinere putabat Toupius, posse pertinere ad u. 77

Quicum ego dum uirgo quondam fuit omnibus expers

quanquam uix satis idonee etiam Naekius opinatus est in Hecale p. 162.

Etym. M. Ἐλειήτης. ὁ λέων

Ἐσχατίην ὑπὸ πέζαν ἐλειήταο λέοντος

εἴρηται παρὰ τὴν εἵλην, τὴν θερμότητα, ἣ λέγεται καὶ εἵλη, πλεονασμῷ τοῦ ι. Ἢ παρὰ τὸ ἕλος ὅτι πρὸ καταστερισμοῦ ἐν ἕλεσιν ἐνέμετο. Ὧρος.

Com. 65.

Virginis et saeui contingens namque Leonis
Lumina,

eo enim post Heckerum Bergkius et O. Schneiderus retulerunt.

Steph. Byzant. Αἴδηψος πόλις Εὐβοίας. ἦν δὲ σιδηρᾶ καὶ χαλκᾶ μέταλλα κατὰ Εὔβοιαν· Καλλίμαχος

δέδαεν δὲ λαχαινέμεν ἔργα σιδηροῦ

Haec posse ad Comae u. 49 referri rati sunt post Heckerum Bergkius et Rauchius; ad Αἴτια potius reuocant Bentleius et Naekius.

Etym. M. ὁ λύχνος, τὰ λύχνα, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ.

λύχνα φανείη.

Quae a Naekio referuntur ad Com. 79

Nunc uos optato quas iunxit lumine taeda.

Hesychius Πλοκαμώδεα τὸν οὖλον βόστρυχον. Ad Comam refert O. Schneiderus, sed incertus quem ad uersum pertineat, cum pro *me* positum ad multos quadret 33 63 69 74 91.

Et haec quidem duo a cupidiore tantum ad Βερενίκης πλόκαμον referri possunt. Melius eo retuleris quae secuntur.

Achilles Statius in Isagoge ad Arati Phaenom. 14 (in Dionysii

Petauii Vranologio p. 134) ὁ μὲν ἀστὴρ καὶ ἄστρον· οὐκέτι δὲ τὸ ἀνάπαλιν. Ὅταν μέντοι ὁ Καλλίμαχος

πρὶν ἀστέρι τῷ Βερενίκης,

ἐπὶ τοῦ πλοκάμου φησὶν ὃς ἐξ ἕπτα καταφανῶν σύγκειται. Τοῦτον δὲ τὸν πλόκαμον οὐκ οἶδεν Ἄρατος· παρετήρησε δὲ Κόνων ὁ μαθηματικός.

Com. 82

Quin (Quam codd.) iocunda mihi munera libet onyx.

Versum Valckenarius huc retraxit.

His unum ipse adicio. Suidas Φόβη· κόμη, θρίξ. Ὅστε (ὅστις codd.) φόβης ξανθοτάταις ἐκόμα,

quae uerba cum Catullianis istis

Com. 62

Deuotae flaui uerticis exuuiae

non inepte coniunxeris. Praecedebat fortasse Βόστρυχον.

ADDENDVM ad LXVI. 15.

Sic emendat Munro p. 156

Estne nouis nuptis odio Venus? an quod auentum

comparato 31 an quod amantes. Mox in 77 relicta priore coniectura scribendum censet omnibus explens Vnguentis se una uel quod scripserat Doeringius omnibus explens se unguentis.

ADDENDVM ad LXVII. 12.

Sic emendat Munro p. 158

Verum astu populi ianua quippe facit.

ADDENDVM ad LXVIII. 27–30.

Hunc locum sic constituit Munro p. 167

Quare quod scribis Veronae turpe, Catulle,
  Esse, quod hic quisquis de meliore notast,
Frigida deserto tepefecit membra cubili,
  Id, Manli, non est turpe, magis miserum est.

ratus hic de loco dici unde Manlius epistulam scripserit, locum autem fuisse Baias; quod idem ante Munronem coniecerat mecumque communicarat B. Jowett, quanquam uersum 29 aliter interpretatus de

balneis, ut in commentario dixi. Munroni sententia haec est 'therefore when you write "it is a shame, Catullus, to be at Verona, because here where I am whoever is a man of fashion has been warming his limbs on the bed you have abandoned," this Manlius is no shame but rather a cruel sorrow.'

ADDENDVM ad LXVIII. 75.

Munro coniecit p. 176

Incepto a frustra, nondum cum sanguine sacro.

Idem in u. 91 pro Quae uetet id emendauit Quae taetre id, in 97 pro Que scripsit Te. Post 141 duos uersus censet excidisse; in 148 codicum lectionem dies retinuit; 156, 7 sic scripsit Et domus in qua *nos* lusimus et domina Et qui principio nobis te *et eram* dedit Afer.

118. Corruptumne est tuum ex actutum? Nam hoc sic scriptum inueni in Auct. T. II. 24 *Actuum celerius cito sinemora submotum.*

EXCVRSVS ad LXXI. 1, 2.

Hos uersus sic scribit Munro p. 202

Siqua iure bono sacer, o Rufe, obstitit hircus
  Aut siqua merito tarda podagra secat

hac addita interpretatione 'If in any way, Rufus, the accursed he-goat has with full justice given offence, or if in any way the laming gout deservedly scourges:' ad obstitit autem allato Aen. VI. 64 *quibus obstitit Ilium et ingens gloria Dardaniae.*

ADDENDVM ad LXXVI. 5.

Pro manentum uel manenti quod habent codices Munro scribendum censet manent iam. Idem in 10 pro cur te iam scribit cur te iam a! ubi quod a non elisa sit, id ex Hor. Epod. V. 71, Tib. III. 4. 82, IV. 11. 3 defendit. Versum 11 sic legendum censet

Quin tu animum offirmas atque istinc teque reducis

ut que—et inter se respondeant, comparatis CII. 3, 4.

ADDENDVM ad XCV.

De hoc epigrammate disseruerunt nuper Pleitnerus (Studien p. 32) et Munro (*Criticisms and Elucidations* p. 209). Illud utriusque commune quod praeter Cinnam Volusiumque tertio nulli locum concedunt; quo fit ut in u. 3 Hortensius tanquam corruptum eiciant, locum sic refingant, Pleitnerus

Milia cum interea quingenta horrentius ullo
Ingenium Volusi uersibus euomuit

Munro

Milia cum interea quingenta Hatrianus in uno
Versiculorum anno putidus euomuit

ubi Hatrianus dicitur Volusius siue Tanusius Geminus ab Hatria urbe iuxta Padi ostia sita cuius mentionem fecit Plinius III. 119 sqq. Mox u. 9 hic idem sic supplet

Parua mei mihi sint cordi monumenta *Phalaeci.*

Mihi semper uisum est recte se habere illud Hortensius, quanquam non infitior minus apte hic inductum, si de ipsius carminibus Catullus dixerit. Sed potuit etiam tanquam Volusii patronus inferri: quod si ita fuit, pentametrum huiusmodi credas excidisse

Mense leuis quot habet carta legit Volusi.

Mox in fine u. 9 neminem repperi qui Antimacho potius opponeretur Lamynthio illo de quo sic tradit Athenaeus 597 Ἀλλὰ μικροῦ, ἔφη, ἄνδρες φίλοι ἐξελαθόμην ὑμῖν εἰπεῖν τήν τε Ἀντιμάχου Λυδὴν προσέτι δὲ καὶ τὴν ὁμώνυμον ταύτης ἑταίραν Λυδήν, ἣν ἠγάπα Λαμύνθιος ὁ Μιλήσιος. ἑκάτερος γὰρ τούτων τῶν ποιητῶν ὥς φησι Κλέαρχος ἐν τοῖς Ἐρωτικοῖς τῆς βαρβάρου Λυδῆς εἰς ἐπιθυμίαν καταστὰς ἐποίησεν ὁ μὲν ἐν ἐλεγείοις ὁ δ' ἐν μέλει τὸ καλούμενον ποίημα Λυδήν.

EXCVRSVS ad XCIX.

Totum hoc poema mirum quantum olet medicos. Huc referes purgo u. 5 (cf. Plin. H. N. XXV. 47, 51 ubi de ellebori ui ad purgandum agitur), diluta u. 7 (A. Gellius XVII. 15, 4 *Candido (elleboro) stomachum et uentrem superiorem uomitionibus purgari, nigro aluum quae inferior uocatur* dilui; *utriusque esse hanc uim ut umores noxios in quibus causas morborum sunt extrahant*), guttis u. 8 siue latiore sensu sumptum de umoribus uel ὀποῖς arborum interpreteris, Plin. H. N. XII. 116 *Sucus e plaga manat, quem o*[illegible]*obal mum uocant suauitatis eximiae, sed tenuis gutta ploratu,* quemadmodum δάκρυον apud Dioscoridem saepius reperitur, I. 77 Σμύρνα δάκρυόν ἐστι δένδρου γεννώμενον ἐν Ἀραβίᾳ, Herod. II. 96 τῆς ἀκάνθης τὸ δάκρυον κόμμι ἐστι, siue de Stacte Diosc. I. 73 στακτὴ καλεῖται τῆς προσφάτου σμύρνης τὸ λιπαρόν, siue de ammoniaco, quod Romanis guttam appellatum fuisse testatur aut Dioscorides aut aliquis ueterum III. 88. Plin. XII. 107 *Aethiopiae subiecta Africa ammoniaci lacrymam stillat in harenis suis,* XXIV. 23

Similis ammoniaci natura atque lacrymae probandae. Contractum u. 9 uox nota morborum, Plin. XXIII. 94 *Raphaninum phthiriasis longo tempore contractas tollit.* Lupae u. 10 quo nomine appellatum est κίκι siue croton Diosc. IV. 161. Herod. II. 94 *κάρπον φέρει πολλὸν μὲν δυσώδεα δέ· τοῦτον ἐπέαν συλλέξωνται οἱ μὲν κόψαντες ἀπιποῦσι, οἱ δὲ καὶ φρύξαντες ἀπέψουσι καὶ τὸ ἀπόῤῥεον ἀπ' αὐτοῦ συγκομίζονται, ἔστι δὲ πῖον καὶ οὐδὲν ἧσσον ἐλαίου τῷ λύχνῳ πρόσηνες, ὀδμὴν δὲ βάρεαν παρέχεται.* Huius oleum praecipue pingue fuisse docet Plinius XXIII. 83 *Semen ex quo fit nulla animans attingit; ellychnia ex uua fiunt claritatis praecipuae, ex oleo lumen obscurum propter nimiam pinguitudinem.* Potuitque in eius saliuario lentore per saliuam ludere Catullus quomodo Plinius saliuam dicit cochlearum ostreorum purpurarum. V. 8 abstersti Ter. Eun. IV. 7. 9 *abstergerem uolnera.* Primario sensu labella abstergere posuit Plautus Asin. IV. 1. 52

> *Quod illa autem simulet quasi grauedo profluat*
> *Hoc ne sic faciat, tu* labellum abstergeas
> *Potius quam quisquam sauium faciat palam*

quem hic Catullum imitatum fuisse crediderim.

In uu. 2. 13 *ambrosiam* cum editoribus omnibus scripsi, quanquam contra codices. Nam et ab Ibyco apud Athenaeum 39 ambrosia dicitur *τοῦ μέλιτος ἐννεαπλασίαν ἔχειν γλυκύτητα*, et nescio an in uoce Sauillum luserit Catullus, quod nomen fuit placentae ex farina caseo melle ouo confectae, teste Catone R. R. LXXXIV. Nam talibus sauillis ambrosiae nomen inditum fuisse docet Photius s. u. *Νεήλατα· τὰ νεωστὶ ἀληλεσμένα ἄλφιτα καὶ μέλιτι δεδευμένα οἷς καὶ ἀσταφίδες καὶ χλωροὶ ἐρέβινθοι συνεφυρῶντο. ἐκάλουν δέ τινες αὐτὰ καὶ ἀμβροσίαν.*

EXCVRSVS ad CII.

Epigramma sic scribit Munro p. 215

> Si quicquam tacite commissum est fido ab amico
> Cuius sit penitus nota fides animi,
> Meque esse inuenies illorum, iure sacratum,
> Corneli, et factum me esse puta Harpocratem.

'if aught has been confided in secresy by a trusty friend whose sincerity of soul is thoroughly proved, you will find me to belong to that order, consecrated with full right, and you may rest assured that I have become the god of silence incarnate.'

Quod post fido ab amico infertur illorum comparat locum similem CXI. 1, 2 contentam uiuere solo Nuptarum laus.

EXCVRSVS ad CVII. 3.

Versum Munro sic distinguit p. 217

Quare hoc est gratum nobis quoque—carius auro. auro,

EXCVRSVS ad CX.

Vu. 3, 4 sic scribit Munro p. 218

Tu, promisisti mihi quod mentita, inimica es:
Quod nec das et fers saepe, facis facinus.

'you, in having made to me feigned engagements, are unfriendly and unfair: in not granting your favours and yet taking money for them again and again, you are guilty of a crime.'

Vu. 6, 7 sic:

sed data corripere
Fraudando est furis—plus quam meretricis amicae,
Quae sese toto corpore prostituit.

'but to get hold of what is tendered by robbery and cheating is the conduct of a thief,—yes, worse than the behaviour of a grasping strumpet who yields to every form of degradation.'

EXCVRSVS ad CXIV, CXV.

Disputauit de his Munro pp. 221–227. Hic in CXIV. 6 dum modo ipse egeat sic tuetur ut modo pro ablatiuo habeat, modum autem duplici significatione dictum putet (1) de mensura fundi ut apud Gromaticos et Varr. R. R. I. 11, (2) de modestia uel moderatione qua ipse Mentula carebat. Pro Marcell. I. 1 *tantum in summa potestate rerum omnium modum . . . praeterire nullo modo possum,* Hor. S. II. 3. 265 *quae res Nec modum habet nec consilium ratione modoque Tractari non uult.* Mox in CXV. 1 coniecit tonsi pro instar, 2 nemoris pro maria, 4 Tot qui in saltu uno commoda possideat, 7 ut re pro ultor, 'yet he himself is greatest of all, being as he is in fact no man, but—.'

V. 4 iam ante Munronem Peiperus sic emendarat (Q. Valerius Catullus p. 62.) Tot qui uno in saltu commoda possideat. Pleitnerus (Studien pp. 64, 5) illud mihi uidetur uere in dubitationem uocare, sitne in CXIV. 4 legendum fructus sumptibus exuperat an quod habet Datanus sumptus fructibus e. Et Pleitnerus quidem Nec quicquam, quod et ipsum est in Datano, retinet: mihi Ne quicquam extra litem positum uidetur: quod cum sumptus fructibus exuperat coniunctum sic interpretor. Adeo abundat

rebus Mentulae saltus aucupio piscibus pratis aruis feris ut ad nouos semper sumptus suppetat; qui quamuis fiant iterum atque iterum, nunquam exhauritur fundus, sed fructibus semper uincit dispendia. Bene igitur dicitur nequicquam abundare saltus, qui cum rerum copia semper ad noua impendia paratus sit, nouis tamen fructibus semper renouetur. Vult enim quodammodo exhauriri, nec unquam tamen exhauritur. Sed et hac ex interpretatione diues ad Mentulam referendum puto: saltu enim diues est, quippe nihil non ferente: ipse tamen egenus est, quippe nihil habens unde aeri alieno soluendo sit.

DE ORTHOGRAPHIA QVORVNDAM VOCABVLORVM.

Varus, Varrus, Varius.

Varus nomen apud Catullum bis legitur X. 1, XXII. 1. In priore loco plerique codices habent Varius, Datanus Veranius, *Hah* Varrus, *C Vic ed. Pr.* Varus: in XXII. 1 nonnisi *h* habet Varre, quanquam in titulo Ad Varum duplex r etiam in aliis inuenitur. Varrus, Varre scripserunt Statius Scaliger Handius alii; etiam Varius in X. 1 seruarunt post Vossium Osannus ad Apuleium de Orthographia § 43 et Weichertus de L. Vario p. 4. Et hoc quidem nec XXVII. 2 Ingere mi calices amariores quod habent codices pro Inger mi, nec LVI. 10 Camerium mihi pessimae puellae satis defensum arbitror. De Varro alia res est.

Nam in Verg. Ecl. IX. 27 unus codex habet *Va.ro* ex *Varro* ut uidetur ortum; *Varrus* cod. Mediceus Taciti Hist. IV. 68, codices aliquot Persi S. IV. 12, VI. 18, *Varri* cod. *B* Schol. Bernensium ad Ecl. VI. 17. Simili modo *Varo Varro, Varonius Varronius, Varonianus Varronianus*, inter se mutantur in inscriptionibus (Momms. C. I. L. I. p. 522, III. 2685, cf. ib. 2564 *Varone*) et numis (Momms. de Moneta Romanorum p. 470, ib. p. 504) cum quibus comparanda sunt *Sula Nata Cina Cota Gelius Pilipus Renius Saranus Sisena Memius Alius* quae Mommseno teste in libro de Moneta Romanorum pp. 470, 1 plerumque sic scribuntur in numis ante Sullam. Cf. etiam Ioannis Wordsworth *Fragments and Specimens of Early Latin* p. 10. Sed quanquam Varrus duplici r non raro legitur in codicibus, non adeo bonae auctoritatis est ut id Catullo restituerim. Nusquam in Mommsenianis inscriptionibus commemoratum inueni; legitur tamen in Gruterianis 1099. 6. Contra *Vaarus* geminata a bis exhibet C. I. L. I. 1052, 1166 cuius similia sunt *Vaala*

Feelix aara Calaasius faatum Maanius Maarcius naata Paacilius Paapia paastores Staatius Vaarius. Quae cum a geminent utpote productam idem credo etiam in *Varum* cadere, nam nec *Valla Fellix fattum Mannius Varrius* Romanos nec uero *Varrum* dixisse. Eadem fere Weichertus de L. Vario p. 4 'non dubium est quin Vatrus 'inauditum Romanis nomen solis librariis eorumque neglegentiae 'debeatur[1].'

Multo crebrius inter *Varus Varius* fluctuant codices.

Verg. Ecl. VI. 12 *Quam sibi quae* Vari *praescripsit pagina nomen* (VARII *P*)
Hor. S. I. 5. 40 *Plotius et* Varius *Sinuessae Vergiliusque*
93 *Flentibus hic* Varius *discedit maestus amicis*
6. 55 *Optimus olim Vergilius, posthac* Varius
9. 23 *Si bene te noui non Viscum pluris amicum,*
Non Varium *facies*
10. 44 *forte epos acer Vt nemo* Varius *ducit*
Epp. II. 1. 247 *Dilecti tibi Vergilius* Variusque *poetae*
A. P. 55 *Vergilio* Varioque

His septem locis alii codices Varium, alii Varum habent; in Sat. II. 8. 21, 63 Varium Kelleri et Holderi, ut uidetur, omnes.

Donatus in Vita Vergili (in Scholiis Bernensibus ed. Hagen, pp. 734–745)

10	*inuitatum a* Vario *ad communionem sui*	Vareo codex *P* Hageni
19	*Asinium Pollionem Alphenumque* Varum	Varum codd. omnes
37	*ex reliqua* L. Varium *et Plotium Tuccam*	Varium *G*, Valerium *BP*
38	*Tucca uetat* Variusque *simul*	Varus *R* Reyfferscheidii
39	*Egerat cum* Vario *ut Aeneida combureret*	Varo *BR* et corrector *P*
40	*Eidem* Vario *ac simul Tuccae*	Vario *B*, Varo *R*
41	*Edidit auctore Augusto* Varius	Varos *B*, Varus *R*
42	Varium *duorum librorum ordinem commutasse*	Varium *B*, Varum *R*
63	*triumuiros agris diuidendis* Varum *Pollionem et Cornelium Gallum*	
68	*Sexta* (*Ecloga*) *μεταμορφώσεις et dicitur* Varus *uel Silenus*	

Martialis VIII. 18. 7 *Et* Vario *cessit Romani laude cothurni*
(Vario plerique, Varo Varro alii)

[1] Nescio quid Victorino tribuendum sit sic praecipienti 2457 P. 10 K. *Per duo r Arruntium Varrum currit ferrum.*

36. 21

Quid Varios Marsosque loquar?

(Varos plerique. Varios iiii)

XII. 4. 1 *Quod Flacco* Varioque *fuit summoque Maroni Maecenas.*

(Vario. Varo iiii).

Possum multa alia exempla addere, sed haec satis sunt ad demonstrandum id quod dixi, toties permutari inter se Vari, Varii nomina ut etiam contra codices alterutrum scribendum sit prout res uel uersus postulet ratio [1]. Vide Ribbeckium in Prolegom. Vergil. p. 101. Itaque Varus Catullo X. 1 restitui.

Zmyrna. Smyrna.

Smyrna an Zmyrna scribendum esset, nota grammaticorum quaestio. Sext. Empir. contra Mathematicos 173, 4 οὐδὲν γὰρ διαφερόμεθα ἐάν τε σὺν τῷ ι γράφωμεν τὴν δοτικὴν πτῶσιν ἐάν τε μή, καὶ ἐάν τε διὰ τοῦ σ τὸ σμιλίον καὶ τὴν Σμύρναν, ἐάν τε διὰ τοῦ ζ, καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀριστίων ὀνόματος ἐάν τε τῇ προηγουμένῃ συλλαβῇ τὸ σ προσμερίζωμεν ἐάν τε τῇ ἐπιφερομένῃ τοῦτο συντάττωμεν. Εἰ μὲν γὰρ παρὰ τὸ διὰ τοῦ σ ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦ ζ γράφειν τὸ σμιλίον οὐκέτι σμιλίον γίνεται ἀλλὰ δρέπανον, καὶ εἰ παρὰ τὸ σ τὸ τοῦ Ἀριστίων ὀνόματος οὕτως ἀλλὰ μὴ ἐκείνως συντάσσεσθαι τὸ σ, ὁ Ἀριστίων καθώς φησί τις τῶν γραμματιζομένων δεσπότου γίνεται, ἥρμοζε μὴ ἀδιαφορεῖν· εἰ δ' ὅπως ἂν ἔχῃ τι τῆς γραφῆς τὸ σμιλίον ἐάν τε διὰ τοῦ σ ἐάν τε διὰ τοῦ ζ κατάρχηται, ὅ τε Ἀριστίων ἀεί ποτέ ἐστιν Ἀριστίων, ἐάν τε τῷ ι ἐάν τε τῷ τ τὸ σ προσμερίζωμεν, τίς χρεία τῆς πολλῆς καὶ ματαίας παρὰ τοῖς γραμματικοῖς περὶ τούτου μωρολογίας: Eustath. ad Il. 2. 267 (p. 217, 24) ὅτι δὲ τὸ σμῶδιξ καθὰ καὶ τὸ σμερδαλέον καὶ τὸ σμικρόν, διὰ τοῦ ζ εἶχον τὴν προφορικὴν ἀρχὴν πάλαι ποτὲ διὰ τὸ παχέος τοῦ ἤχου, δηλοῦσιν οἱ παλαιοὶ ὧν ἐν ῥητορικοῖς λεξικοῖς τοῖς κατὰ στοιχεῖον κεῖται καὶ ταῦτα ἐν τῷ ζ στοιχείῳ· ζμινύη ὅτε τὸ σκαφεῖον, ὅτε ἀξινάριον, οἱ δὲ δίκελλαν. καὶ ζβέσαι τὸ παῦσαι λῆξαι κοιμίσαι, καὶ ζβεννυμένων αἰγῶν ληγουσῶν καὶ ζμῶσαι τὸ πατάξαι. Id. 228. 22 Δωρικῶς μέρδω καὶ μετὰ τοῦ ζα ἐπιτατικοῦ κατὰ συγκοπὴν ζμέρδω κατὰ τοὺς παλαιοὺς γραμματικούς· ἐφ' ὧν καὶ τὸ ζμύρνα καὶ τὸ ζμικρὸς διὰ τοῦ ζ κατήρχετο. Lucian. Iudic. Vocalium IX. Ὅτι δὲ ἀνεξίκακόν εἰμι γράμμα μαρτυρεῖτέ μοι καὶ αὐτοὶ μηδέποτε ἐγκαλέσαντι τῷ ζῆτα σμάραγδον ἀποσπάσαντι καὶ πᾶσαν ἀφελομένῳ Σμύρναν unde apparet Ζμύρνα recentiorem formam Lucianum habuisse. Eadem fuit sententia Herodiani Fragm. post Moeridem Piersoni (ed. Koch. p. 415) ζητεῖται πῶς

[1] 'Notum sane *Varii* et *Vari* nomina omnino sexcenties inter se permutari librariis.' Hagenus Schol. Bernens. Vergil. p. 698.

γραπτέον τὸ Σμύρνα ἐπειδὴ τινὲς μετὰ τοῦ ζ̄ γράφουσιν αὐτό, ἕτεροι δὲ μετὰ τοῦ σ̄. Διπλοῦν γὰρ ὂν τὸ ζ̄, οὐκ ἐγχωρεῖ μετὰ τοῦ μ̄ γράφεσθαι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τρία σύμφωνα ἐν ἀρχῇ τίθεσθαι λέξεως, εἰ μὴ μετὰ τοῦ ρ̄, ὃ ἔχει τινα οἰκειότητα πρὸς τὰ φωνήεντα. Theodos. Gramm. p. 63, 26 (Goettling. p. 225), *τὸ σμιλίον Σμύρνα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια διὰ τοῦ σ γραπτέον οὐ διὰ ζ.* Vbi Goettlingius 'In Marmor. Oxoniens. (XCVI. 8) pro 'Σμυρναίων est Ζμυρναίων. Mihi haec scriptura ex forma ϟ quam Σ in 'antiquis marmoribus habet exorta esse uidetur.' Adde Philem. Lex. p. 234 (Osann). Hos locos congessit Passouius ap. Weichert. Poet. Latin. Fragm. p. 171. Ipse autem censet Philippi temporibus scripturam ΖΜ pro ΣΜ in Ζμῆνος Ζμίνθος et similibus uocabulis inualuisse. Quod ad Romanos attinet, Zmyrnam habent optimi cod. Ciceronis Phil. XI. 2, pro Balbo XI, Zmyrnae palimpsestus de Rep. I. 8 a m. pr. ubi Maius conparat Martian. Capell. III. 257 *Z a Graecis uenit licet etiam ipsi primo C Graeca utebantur; nam Sethum dicebant quem nunc Zethum dicunt; tamen haec geminata ab ipsis etiam habetur. Nam a T et C componitur, quam ut aduertas duplicem nunquam poterit geminari. Haec praeponitur M literae ut* Zmyrna. Zmurnaeum ut uidetur Cato R. R. 102, Zmurnae Varro R. R. I. 7. 6, Zmyrnae unus codex Suetoni de Gramm. Illust. VI, Zmyrnae Zmyrna (h.e. Cinnae poema) ib. XVIII (ed. Reifferscheid), Zmirna[1] codex Bambergensis Quintiliani IX. 2. 64, Zmyrna Zmyrnaei Mediceus Tac. Ann. III. 63, IV. 43, 55, 56; et sic Plinius Silligii quanquam uariant codices. Zmirnae codex Frisingensis Hygini Fab. CCLI, sed Smyrna Smyrnae Fab. LVIII Smyrna CCXLII, Zmirneos Zmirna Solinus 40 (p. 187, 1, 4 ed. Mommsen.). Romani Grammatici Smyrnam potius scripsisse uidentur. Prisc. I. p. 23 Keil *Sola haec semiuocalis post S ponitur quod mutarum est ut* Smyrna, smaragdus. I. p. 41 Keil *In semiuocalibus similiter sunt aliae praepositiuae aliis semiuocalibus in eadem syllaba ut m sequente n, ut* Mnestheus amnis, *s quoque sequente m* ut Smyrna smaragdus, *nam uitium faciunt qui zm scribunt: numquam enim duplex in capite syllabae posita potest cum alia iungi consonante.* Apud Charisium uariant libri I. p. 93 Keil *Cinna in* Zmyrna *huius tabis dixit nullo auctore.* I. p. 145 Keil *Huius tabis Cinna in* Smyrna *dixit.* Ζμυρναίων in numis saepius inueniri testatur Spanhemius de Praestantia et Vsu Num. I. 116. Legitur etiam in inscriptionibus Gruteri CCCXIV. 1, Chandleri Marm. Oxon. XCVI. 8, Boeckhii 3203 . 7, 3211 . 6, 3270 . 8, 3286 . 10, 3289 . 9, 3311 . 9, Mommsen. C. I. R. N. 1798 Zmurna 1250.

[1] In X. 4. 4 *Smyrnam* exhibent Halmii antiquissimi duo codices Bernensis et Bambergensis.

Flagro, fraglo, fragro.

Quod flagrans habent plerique[1] codices Catulli VI. 8 Sertisque ac Syrio flagrans oliuo, flagrantem LXVIII. (144) Flagrantem Assyrio uenit odore domum, id non ex mero errore ortum iam intellexerunt Ritschelius et Ribbeckius (Iahn. Ann. 1858, p. 191). Fragrare enim auctoribus parum certis niti docet antiquissimorum codicum conparatio. Ex Vergili Ribbeckianis haec constant

G. I. 331 *ille* flagranti . . . *dextra*	(flaglanti *P V*, secundum Ribbeckium in Iahn. Ann. 1858, p. 191, sed in editione non conparet)
Aen. II. 685 *crinemque* flagrantem...*excutere*	(fraglantem *P*)
VII. 397 flagrantem *feruida pinum*	(fraglentem γ^1)
IX. 72 *pinu* flagranti *feruidus implet*	(fraglanti*P*γ^1, fragranti*M*)
XI. 225 *medio in* flagrante *tumultu*	'sic sed *L* et *R* in ras., *P*.' Ribbeckius.
XII. 65 Flagrantis *perfusa genas*	(fragrantis c^1)

G. IV. 169 *redolentque thymo* fraglantia *mella* (sic *FM*γ fraglatia *b* flagrantia *Pac2*, Diomedis *Par A. Mon.* fragrantia c^1)

Aen. I. 436 *redolentque thymo* fraglantia *mella*
(fraglantia $\gamma a^2 b^1$ FRAG*Lantia* P FLAGRANTIA *pr. M*, *Fc*, FLAGRANTIA (R *in ras.*) *R*, fragrantia $a^1 b^2$ *et sic corr. M.*

Vide Ribbeckii Prolegomena p. 420.

Ex his locis, quorum sex priores flagrare pro uri ponunt, duo posteriores pro redolere, fragrare duplici r scriptum exhibet *M* (Mediceus) bis, Ae. IX. 72 fragranti pro ardenti, Aen. I. 436 fragrantia pro redolentia, et hic quidem ex flagrantia mutatum. Non legitur in *FPR*. Contra inter flagro, fraglo maxima est uacillatio. Nam in sex prioribus locis fraglare quater Palatinus, in duobus posterioribus semel (Aen. I. 436) posuit; in iisdem duobus fraglantia Mediceus et Schedae Vaticanae G. IV. 169, flagrantia Aen. I. 436 Mediceus Romanus Schedae Vaticanae omnes habent a manu prima. Sed tamen si Vergili locos tantum respicias, flagrare pro ardere

[1] D habet *Fragrantem* sed ut in aliis locis, ita hic interpolatoris manum passus esse uidetur. In Ciris u. 512 *Non thalamus tyrio fragrans accepit amomo* quem qui scripsit aperte Catullum imitatus est tres Ribbeckii codices habent *flagrans*.

plerumque, flagrare incertum an fraglare pro redolere posuerit. Apud Lucretium VI. 1168, 9 flagrabat bis scriptum est, nec uidentur uariare codices.

Ad Plinium uértamur, cuius fragmenta librorum XI—XV extant in palimpsesto Veronensi saec. quarto exeunti uel ineunti quinto assignato a Moneo, quem ipse publici iuris fecit in editione Silligii T. VI. Huius in tribus locis ubi legitur flagrare, constanter sic scriptum est.

XI. 173 *buccarum sinus perlucent, oculi* flagrant *labore perpulsi.*
XIV. 131 *siccata recipit ignes et sine alimento per sese* flagrat.
XV. 74 *permittiali odio Carthaginis* flagrans.

Fragm. Gargilii Martialis de Amygdalis VII ex codice saec. V uel VI ed. a Maio Auct. Class. I. 391–413 *Aristoteles in Georgicis amaritudinem amygdali* fraglanti *soli adsignat.*

Fronto p. 5 ed. Naber, *Quid me uno beatius esse potest? ad quem tu tam* fraglantes *litteras mittis.*
p. 27 *Desiderio* fraglantissimo *incitauerint.*
p. 34 *Merito ego, mi magister,* fraglo.
p. 50 *Easque (epistulas) tam eleganter tam amice tam blande tam effuse tam* fraglanter *compositas.*
p. 79 *Dolorem et ignem* flagrantissimum *litteris his tuis misisti.*
p. 97 *Spondeo quanto saepius audierit, tanto* flagrantius *amauit.*
Schuchardt. I. p. 139.

Vide Naberi indicem p. 279: fugisse repetitam toties uocem fraglare Frontonis studiosissimum Klussmannum miror: Teuffelius affectatum id arbitratus est Hist. Rom. Litt. II. 351, meo quidem iudicio rectissime.

Flagrare pro uri quinquies scripsit Horatius, I. 25. 13, II. 12. 25, III. 13. 9, Epod. V. 81, S. I. 4. 125. Haec totiens sic scripta in Reginensi codice inueni.

Taciti codices duo Medicei conlati ab Orellio flagrare plus tricies exhibere uidentur, fraglare bis tantum inueni, Hist. II. 31 fraglantissim(a)e *libidines*, II. 46 *furore quodam et instinctu* frag labant. Pro olere nusquam uidetur usurpasse.

Apud Prudentium, cuius codicem inspexi quo unus tantum extat antiquior Bodleianum saeculi, ut habetur, VIII (Auct. I. 2. 22) fraglat scriptum est Cathem. III. 22 *Nullus aromate* fraglat *odor,* V. 114 *Illic purpureis tecta rosariis omnis* fraglat *humus,* et hic quidem ex flagrat mutatum. Peristeph. X. 734 *Sedat omnem pectoris* flagrantiam, Cathem. XI. 68 flagrasse *nardo et nectare,* XII. 70 *thesauros et*

fraglans (fuerat fragrans) *odor*, Perist. X. 63 Flagrare *cunctos peruicaci audacia*, Cath. IV. 22 *Tetrum* flagrat *enim uapore crasso Horror conscius estuante culpa.*

Boetius IV. Pr. 6 *odio* flagrantes
III. Metr. 12 *cum* flagrantior *intima*
Feruor pectoris ureret
III. Pr. 1 *quanto ardore* flagrares
V. Metr. 3 *Sed cur tanto* flagrat *amore*

ubi flagrare constanter cod. Trin. saec. XI, et Bodleianus (Auct. F. 1. 15) saec. X.

Martialis III. 65. 9 *Hoc tua, saeue puer Diadumene, basia* fraglant sic Thuanaeus et Schneideuini *AB.*
58. 7 *Et multa* fraglat *testa senibus auctumnis* sic *A*, flagat *b*, flagrat *XB* plurimi.
I. 87. 1 fragles *Fescennia uino* sic Thuan. *AB.* frages Gudianus saec. XII. flagres plerique reliqui.
V. 37. 9 Fraglauit *ore quod rosarium Paesti* sic *XB*, flagrauit Thuanaeus et alii, flaglauit *A.*
VI. 55. 3 Fraglas *plumbea Nicerotiana* sic *XAC*, flagras nouem.
XI. 8. 12 *Hoc* fraglant *pueri basia mane mei* sic *XAC pr. V*, flagrant Thuanaeus et sex alii.
VII. 87. 3 *si* flagrat *amore catellae* sic plurimi, fraglat *X*, fragrat pr. *A.*
26. 7, 8 *amore nugarum* Flagret fraglet *XA.*
27. 6 Flagret *et exciso festa culina iugo* fraglet *XA.*
XII. 52. 4 flagrat *amore cinis* fraglat *XA.*
X. 86. 2 Flagrauit *quanto Laurus amore pilae* sic Thuanaeus, fraglauit *XA.*

Apud Apuleium fraglantissimo *amore* Met. IV. 31, flagrantiae *solis* ib., *inuidiae felle* fraglantes V. 9, *cupidine* fraglans *cupidinis* V. 23, flagrans *balsama Venus* VI. 11, *de solis* fraglantia *mutuata colorem* VI. 12 codex Laurentianus LXVIII. 2 a Keilio collatus in O. Iahni ed. Cupidinis et Psyches.

Incerta res est apud Ciceronem, qui pro *redolere* nunquam uidetur usurpasse uocabulum. Sed hunc per l, non per r, scripsisse confirmant παρηχήσεις qualis est illa in Verrinis IV. 32. 71 *Conuiuia stupris domesticis flagitiisque* flagrabunt.

Ex grammaticis Nonii quae habent codices 438 corrupta uidentur.

Seruius haec dicit ad Aen. I. 436 Fragrantia. *Quotiens incendimus significatur quod flatu alitur per l dicimus, quotiens odor qui fracta specie maior est per r dicimus.* Probus in Appendice p. 201. 19 Keil *Inter* fragrat *et* flagrat (fraglat cod. *B*) *hoc interest quod* fragrat (fraglat *B*) *odorem significat,* flagrat *uero splendorem demonstrat.* Hoc Probi praecepto nihil antiquius neque ad rem grauius habeo; nam caetera uocabula inter quae discretionem ponit, pleraque sunt eiusmodi ut audientibus potuerint eadem uideri, quod cadit in *flagrat, fraglat,* in *flagrat, fragrat* non ex aequo. Gloss. Ball. Fraglat *et* flagrat *ita distinguitur:* fraglat *per r litteram ad odorem refertur;* flagrat *per l ad flammam et ignem.* Id. Fraglat *redolet spirat,* Fraglantia *bene olentia.* Gloss. Hildebrandi p. 147 Fraglantis *bene olentes.* Gloss. apud Mai. Auct. Class. VIII 245 Fragrare *olere quod et* fraglare *dicitur.* Ib. 509 *Renidere olere fraglare.*

Glossarium uetus Bibl. Bodl. (Auct. T. II. 24)

> Flagrans *ardens fulgens.*
> Flagrat *ardet urit uel olet.*
> Flagrantia *redolentia ardentia suauis odor.*
> Flagrantius *copiosius.*
> Flagrantes *olentes ardentes uel refulgentes.*
> Fra. glat. *plus olet* . *uel* fraglat . *odorem dat.*
> Fraglantes . *bene olentes uel refulgentes siue ardentes.*

Illud praeterea notandum est, quod flăgro uel frăglo rarius a correpta legitur. Habent id quidem Vergilius G. I. 331 *ille* flagranti, Aen. II. 685 *crinemque* flagrantem, Cat. VI. 8 *Sertisque ac Syrio* flagrans *oliuo,* Manilius I. 620, V. 442, Petronius Sat. 124. 262 (fragranti codex *P* Buecheleri): sed nusquam sic usurpatum inueni apud Lucretium Tibullum Propertium Horatium Ouidium Persium Iuuenalem Martialem Statium Priapia. Ex his locis quinque ubi a correpta est, in uno Catulliano sensum *olendi* retinet; in ceteris pro *uri* dicitur. Ne hoc quidem fortuitum habeo; nam ex conparatione scripturae codicum hoc elici posse uidetur; flagrare plerumque scriptum fuisse ubi *uri* significaretur; flagrare uel fraglare, incertum utrum sed hoc fortasse saepius, ubi pro olere positum esset. Sed hoc sensu Catulli tempore rarius usurpabant uocabulum, cum is apud Plautum Terentium Ennium Comicorum et Tragicorum fragmenta Lucretium Caesarem Salustium Corn. Nepotem nusquam uideatur occurrere. Itaque haud scio an non recte Ribbeckius suspicatus sit Seruianum illud discrimen serius inuectum fuisse. Nam si duplici sensu primo dicebatur flagrare facile euenit ut progrediente tempore

